DE PRÆSVMPTIONIBVS, TRACTATVS AVREI IVRISconsultorum clarissimorum,

D. ANDREAE ALCIATI,
Cum Argumentis & Annotationibus vtilissimis, D. Ioan. Arelatani.

D. HENRICI BOICH,
D. GVIDONIS PAPAE,
D. IOANNIS OLD.

Cum Indice materiarum & rerum memorabilium copiosissimo.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
ex Officina Nicolai Bassæi,
M. D. LXXX.

NOBILI ET STRENVO FRIDERICO

Adelberto ab Heſſenburg, in Schnozenbach & Haiwvinda Prætori & Conſiliario Herbipolenſi &c. Domino ſuo benefico,

S. P. D.

CVM honeſto & laudabili Maiorum fiat inſtituto & conſuetudine, Prætor iuſtiſſime, ac nobilitate generis & virtute clariſsime, vt eruditorum non tantum recens elaborata, ſed ab interitu etiam vindicata, inq; publicum locupletiora emiſſa operá virorum præſtan-

ſtantium patrocinio cùm ornentur, tum aduerſus malevolorum invidiam & obtrectationes muniantur; non ægre feres, vti ſpero, quod præclaris illis Iuriſconſultorum clariſsimorum D. Andreæ Alciati, D. Henrici Boich, D. Guidonis Papæ, & D. Ioan. Oldend. monumentis, vno volumine atq; coniunctim, LL. candidatorum rogatu, meis ſumtibus excuſis, nomen tuum tanquam tutelare aliquod numen præpoſuerim. Etenim artium optimarum & diſciplinarum liberalium, vt appellant, tanta ſemper fuit dignitas, vt nulla vnquam ætate, vlli vel Reges vel Principes earum ſe patronos conſtitui grauiter moleſteq́; tulerint. Neq; ab vllo lucubrationum genere, vllóve ſcriptorum argumento (niſi ab obſcœno

& ma-

& maledico) abhorruerunt. Itaq; Iulium Pollucem ad Commodum Cæſarem de Grammatica, Vitruuium ad Auguſtum de Architectura, Diophanem ad Deiotarum Regem de Agricultura, Oppianum ad Antonium de Piſcibus ſcripſiſſe legimus. Equidem nec Architectorum, nec Agricolarum tibi artem hîc offero, ſed eos autores ad te mitto, qui non ædificia vrbium, ſed incolumitatem ciuitatum architectantur; nec imbelles hamo piſciculos captant, ſed in controuerſijs dubijs & ambiguis, coniecturis veriſimilibus verum inueſtigando, & æquitatem atq; ius expiſcando, prauas improborum cupiditates coërcent, & vitam mortalium quietam & ſaluam tuentur. Quæ vero communis vitæ atq; Rerumpub.

ſutura facies, qui iudiciorum nerui, iure ciuili ſublato? Quo vel oppreſſo, vel deſerto, aut negligentius aſſeruato, quid quiſq; ſuum dicere poſſit, quid alienum? Quamobrem qui Iuris ciuilis cognitionem atq; interpretationem debito in honore eſſe non volunt, ac Iurisconſultos contemnunt, non homines lædunt, ſed vtilitatis vitæque communis vincula reuellunt, rerumq; publicarum fundamenta labefactant.

Gratum igitur fore tibi ſpero hoc quaſi mercium noſtrarum munuſculum, & non vtiliſſima tantummodò, ſed maximè neceſſaria de præſumptionibus ſeu coniecturis iure approbatis opuſcula. Etenim vt (quod Poëta ingenioſus ait) *ignoti*

nulla

nulla cupido, ita ea quæ intelliguntur acceptiora ſolent eſſe, minusq; diſplicere. Quorſum enim ad eum attineat benè loqui Gallicè, qui Gallicè nihil intelligat? Etſi igitur, Prætor vigilantiſſime, non ideo tibi Tractatus illos inſcripſi, vt erudita nobilitas hinc tua rerum cognitione iuriſque ſcientia fieret auctior atq; locupletior, abſurdum enim hoc foret, & planè noctuas, quod dicunt, Athenas; tamen præterquam quod ſummiſſam animi erga te mei affectionem ex hoc munuſculo cognoſces, nonnihil gaudebis, ſi pagellas iſtas, antea notorum tibi librorum, inſpiciens in memoriam tibi reuocaueris, tecum, totos dies ius dicente, ac vim fieri vetante, idem ſentire Iureconſultos, neq; ſtatim à præſcripto te

Legum diſcedere, ſi non vbique ſcriptum aut nuda Legum verba ſecutus, præſumtionibus nonnunquam, & coniecturis probabilibus vtaris.

Sereno igitur vultu ſuſcipe hoc quicquid eſt muneris, vir ſpectatiſsime, atq; Baſſæum tuum de clientum tuorum numero ne dele. Quod ſi pluribus abs te verbis petam, peccare videar in ſummam naturæ tuæ humanitatem, inque ſummam erga litteratos beneuolentiam. Si enim domus tua (quod de Iureconſultis ſcribit Cicero noſter) totius oraculum eſt ciuitatis; ſi te Prætorem nulla neque gratia inflectit, neque potentia perfringit, neque pecunia adulterat; ſi nihil amore aut cupidi-

piditate, nihil iracundia aut dolore, nihil nec ſpe, nec metu, nihil neque errore neque perturbatione aggrederis, ſed omnia ad Iuris normam exigis atque moderaris; ſi denique nihil tibi litterarum ſtudijs, nihil religioſa pietate optabilius aut antiquius, vt omnis Francia, ac tot in patriam merita, totque in tuos beneficia, in externos officia, clamitant, tuaque paſſim celebrata Bibliotheca illa teſtatur; te mihi facilem non fore, aut hanc tibi dedicationem improbatum iri, in mentem mihi quî veniat? Neque metuo, ne ſuſpiceris, hæc auribus me tuis dare velle, cum ea veriſſima eſſe, publico conſtet bonorum omnium teſtimonio. Vale, vir nobiliſsime, Franciæ tuæ lumen & decus immortale, deque litteris

cùm ſacris tùm prophanis, ita vt iampridem cepiſti, benè mereri perge. Data Francofurti ad Mœnum, ipſis nundinis vernis, Anni Chriſtianæ ſalutis 1580.

Strenuitatis tuæ

Obſeruantiſsimus,

Nicolaus Baſſæus
Typographus
Francofordienſis.

D. ANDREÆ ALCIATI IVRISCONSVLTI TRACTATVS DE PRAESVMPTIONIBVS.

IN PRIMAM PRÆSVMPTIONVM partem argumenta.

1 Operis diuisio.
2 Fictio quid, & illius diffinitio.
3 Fictio quid distet à præsumptione.
Probatio quòd veritas aliter se habeat, non admittitur aduersus legis fictionem. ibid.
4 Lex non fingit impossibilia secundum naturã, nec impossibilia de iure, nec inducit fictionẽ cõtra fictionẽ.
5 Fictio translatiua requirit habilitatem extremi à quo fictio incipit.
6 Fingere impossibilia an possit lex, latê disputatur. Conclusio traditur num. 9.
7 Dispensatio super illegitimitate est similis legitimationi.
8 Vulneratus letaliter, fingitur statim interfectus.
10 Habilitas extremi ad quod, an semper in fictione requiratur.
11 Filij nati ex filio meo naturali, an legitimentur si concubinam in vxorem duxero.

MATERIA quam aggressuri sumus, valdè vtilis est, & quotidiana in practica, sed confusa, inextricabilis ferè: communisq́ue est & Iureconsultis & Rhetoribus in genere iudiciali. Et pro meliori ordine, † diuidemus eam in tres partes: & primò videbimus de fictione, se- 1

 cundò

cundò de præsumptione iuris & de iure, tertiò latißimè tractabimus de præsumptione iuris: vbi gratia cõpendiosio ris doctrinæ dabimus tres regulas, ex quibus consequentur variæ præsumptionum species, aut rectius varij casus, qui ex præsumptione iuris resultant, quos sigillatim in sua quaq; regula enumerabimus.

2 *Primò ergo videndum est, † quid sit fictio. Et Bart. in l. si is qui pro empto. ff. de vsucap. & post eum Moderni referunt varias definitiones antiquorum, quæ tamen de facili impugnari possunt. Vnde tu ita definias: Fictio, est legis aduersus veritatem in re poßibili ex iusta causa dispositio. Quæ definitio constat ex genere & differentijs, vnde est bona, vt not. in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. Dicitur enim dispositio legis, quæ verba important genus: nam fictio ab homine induci non potest, vt est gl. in §. sed hæc solennia. in ver. quibuscunq;. Instit. de verb. oblig. & probatur secundum Bar. in l. si fortè. ff. de castren. pecul.*

¶ ADDITIO. Scilicet vt habeat iuris effectũ sine legis autoritate. fa. text. in l. codicillis. §. 1. de lega. 2. Cùm enim effectus iuris sit in potestate iuris, videtur quòd homo non posit per fictionem inducere in non sibi permissis à lege, prout inquit Imol. in d. l. si is qui pro. & vide latissimè Doct. in l. si quis in fundi vocab. vbi Iaso. post alios. de lega. 1. & Alex. not. consi. 158. col. fin. in 2 vol Do. in l. 1. §. in filij. in quæstione illa, an pater posit filiũ quò ad vnum actum, puta testandi, tantùm manumittere. ff. ad Trebel.

Proprium verò, & differentiæ comprehenduntur in istis verbis sequentibus, Aduersus veritatem in re poßibili, &c.

3 *Nam † cùm fictio sit aduersus veritatem, in hoc distat à præsumptione, quæ fundatur in veritate, quia lex ita præsumit.*

¶ ADDIT. Ideò super falso & certo fingitur, sed super incerto & vero præsumitur, secundum gl. in l. vnica §. accedit.

cedit. C. de rei vxo. actio. & vide Alex. in d. consi. 158. nu. 7.

Et propterea contra fictionem legis non admittitur aliqua probatio, quòd veritas aliter se habeat, ex quo propriè illa inducitur contra veritatem, vt est gl. in c. 2. de arbit. in sexto. per Fel. in c. quando. infr. eod.

¶ ADDIT. Adde Alex. in præalleg consi. 158. in fin.

Quod autem subditur, In re poßibili, dictum est, † quia lex non fingit impoßibilia secundum naturam, vt est gl. in l. Gallus. §. si eius. de lib. & posthu. vbi omnes hoc tenent, per tex. in l. qui ad certum. ff. locat. 4

¶ ADDIT. Et gloss. not. vbi Bal. in l. 3. ff pro soc. Bart. Imol. & Aret. in l. eandem. ff de duob. re. Ratio est, nam fictio imitatur naturā in quantum potest. l. adoptio enim. ff. de adopt. & §. minorem. Instit. illo titu.

Item non fingit impoßibilia de iure. glos. in l. talis scriptura. §. fin. ff. de leg. 1.

¶ ADDIT. Quam sing. reputat Bal. in c. cùm consuetudinis. col. 1. de consuet. suprà. & in c. innotuit. col. 2. nu. 7. de elec. & in l. siue possidetis. C. de proba. pro qua gl. est tex. in l. lex Cornelia & ibi ad hoc not. Bal. col. 2. de vulg. & pupil. & text. not. in l. 1. §. si quis quasi tutor. ff. de eo qui pro tut.

Et propterea lex nunquam inducit fictionem contra fictionem l. 3. §. è contrario. vbi Aret. Alex. & Ias. ff. de acq. posses. Et ex † hoc infertur, quòd in fictione translatiua requiritur habilitas extremi, à quo incipit fictio, vt est gl in l. 2. C. de inoffi. donat. & in l. donationes quas parentes. per illum tex. C. de don. inter vir. & vxo. Et ratio est, quia aliter lex introduceret quid impoßibile. Et ita residēt omnes in d. l. si is qui pro emptore. & in d. §. si eius. 5

¶ ADDIT. Vide Soci. consi. 41. col. pen in 4. vol. Adeò quòd quamuis in extremo ad quod sufficiat habilitas in potentia, licet non in essentia: tamen in extremo à quo requiritur habilitas tam in essentia, quàm in potētia. Bar.

in d.l.si is qui pro emptore versi expediti.de postli. nu.8. & in 3.q.princi.versi.item oppo.ad prædicta. & ibi Doctores, maximè Iason, num.119.

6 *Sed tu circa hoc aduerte, † quia videtur dicendum, quòd imò lex fingat etiam impoßibilia, dummodo subsit æquitas. Et pro ista parte primò adducitur tex. in l. qui in vtero.ff.de sta.hom. & in l. vel si viuo.ff. de suis & legi. vbi fingitur natus & viuere is qui in vtero est: quod est impoßibile, præsertim intra quadraginta dies, quo tempore nondum formatur infans, nec animam habet. Nec est bona responsio Imo. Alex. Iaso. in d.§. si eius. dum dicunt, quòd istud non est per fictionem, sed per dispensationem. Nam contra hoc obstat: quia quod nõ potest fieri per fictionem, non potest fieri nec per dispensationem, secundũ Bal. in l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inof. test. per gloss. ibi. Præterea ista dispensatio nihil aliud est, quàm fictio: sicut*

7 *† videmus in dispensatione, quæ est similis legitimationi: nam vtraq; per fictionem procedit. l. fina. ff. de natal. resti. per But. in c. tanta infrà, qui fi. sint leg. per Pau. de Cast. in l. 1. C. de iure aur. anul. & in l. pactum quod dotali. C. de collat. Ad idem facit, quia nõ potest aßignari ratio diuersitatis, cur lex non fingat super impoßibili, sed potius dispenset. Certè ista differentia videtur verbalis, contra l. 2. C. com. de leg. vnde ego non teneo istam solu. quam alijs rationibus satis leuibus etiam reprobat Ias. in d. l. si is qui pro empt. vbi etiam reprobat alias solutiones: & sic stat firmũ obiectum. Secundò adducitur tex. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aq. vbi fingitur hominem occisum à duobus in diuersis temporibus. Nec est bona solutio Imo. & Are. in l. eadem. ff de duo. re. & Alex. in l. diem functo. ff. de off. asses. dum dicunt, quòd ibi non est aliqua fictio, quòd quis sit pluries interfectus, sed solùm lex punit quemlibet de vulnere, tan-*

quàm

quàm si vterq; occidisset, & sic solùm fingitur plures vnū occidisse. Nam confutatur hæc solutio: quia † quando quis est vulneratus letaliter, fingitur statim interfectus, vt ibi notant Bar. & Bal. & idem Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & per Ang. Imo. & Alex. in l. in ratione. §. si seruus. 2. ff. ad leg. Fal. Cùm igitur ille primus censeatur interfecisse, certè si iste secundus vulnerans ex interuallo idē censeatur, non potest negari quin fingatur quis pluries interfectus. Et sic tollitur etiam quædam alia solutio Ia. in d. l. si is qui pro emptore. Tertiò contra istam opi. pondero tex. in l. si infanti. C. de iure deli. vbi pater adit hæreditatem delatā infanti ex iure transmissionis, quasi aditam ab infante: & sic lex fingit infantem adiuisse, quod est impossibile, ex quo infans non potest habere animum adeundi. l. pupillus. ff. de acq. hære. Et sic apparet, quod lex etiam fingit impossibilia de iure. Quartò fa. l. 2. in fi. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu cons. Nam lex ibi vsumfructum fingit, vbi esse non potest, seruatis regulis Iuris ciuilis. Et istud tantò clarius est in eo casu, in quo inducitur per fictionē aliquid impossibile de iure, ex quo lex fingendo in his quæ sunt iuris, dicitur inducere veritatem, & propriè tollere iura aduersantia, vt per Bart. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad l. Iul. de adul. & tangitur in d. l. si is qui pro emptore. Nec obstat l. qui ad certum. ff. loc. quia loquitur in præsumptione, non autem in fictione. Et ad tex. in d. §. ex contrariò. potest dici, quòd illud procedit in possessionem, in qua Ius ciuile procedit ad instar primæui Iuris naturalis. l. 1. in princ. eod. tit. vnde non fuit æquum quòd fingeretur aliquid in ea contra poßibilitatem naturalem: & ideò cessante æquitate, cessat fictio. l. deniq; ex qui. cau. ma. Quare tu sustinendo definitionem, vltra Doct. potes dicere, quod † aut quærimus, nunquid lex fingat factum impoßibile:

& dicendum est quòd non. aut quærimus, nunquid lex inducat aliquam dispositionē iuris, nō fingendo directè super facto impoßibili, sed illud præsupponendo: & tunc dicendū est quòd sic, dūmodo subsit æquitas. & ita procedit d.l. qui in vtero. & l. eandem. de duob. re. & cessant multæ ambages modernis. in d.l. si is qui pro emptore. Secundò aduerte,

10 † quia videtur dicendum, quòd nō requiratur habilitas extremi ad quod: & pro hoc videtur textus in l. sed et si quis stipuletur. §. fin. cum l. seq. ff. de vsufruct. vbi si seruus aliquid emat viuente fructuario, deinde post eius mortē soluatur precium de bonis fructuarij, fingitur res à principio fuisse fructuarij, & tamen extremū ad quod, est inhabile, ex quo mortuus erat fructuarius. Nec dicatur secundum Baldū ibi, quòd imò est declaratio, non fictio: quia istud non est verum: quod apparet, quia declaratio nihil noui inducit. l. hæredes palàm. §. sed si notā. ff. de testa. & tamen dominium non erat adhuc translatū in fructuarium, sed per istam numerationē trāsfertur, & sic inducitur quid nouū. Benè verum est, quòd fictio ista aliqualiter est similis declarationi, ex quo nō solùm inducit, sed etiam detegit quod prius non erat. Ad idem induco tex. nouum in hac materia, in l. si filium. ff. de gradib. vbi si filio meo mortuo Titium adoptauero, fingitur iste adoptatus fuisse frater defuncti, & tamē extremum erat inhabile, quia defunctus. Et ex hoc

11 † infero ad quæstionem: an nati ex filio meo naturali legitimentur, si concubinam ducam in vxorem, iuxta text. in c. tanta. infrà, qui filij sint legit. Et Gul. Alber. & Bal. in l. benignius. ff. de legib. tenent quòd non, propter inhabilitatem extremi, ex quo filius est mortuus. sequitur Alex. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liberis & posthum. vbi dicit, quòd nō reperit istam decisionem ab aliquo reprobatam. & idem tenet Ias. in d.l. si is qui. Tu tene contrarium, per casum manifestum in d.l. si filium.

¶ ADDIT. Stringit vltra præceptorem & Do. meum contra communem: nam communis est sententia Doct. in d. l. si is qui pro empt. post Bartol. ibi in 5. q. princ. versic. sed contra istud oppo. de casu l. &c. & in 3. oppos. ad versi. quod si seruus. & Iason ibi, col. 26. nu. 124. & hoc in d. §. si eius. quòd sufficit habilitatem extremorum esse circa ea quæ principaliter finguntur, licet in ijs quæ veniunt in consequentiam, non reperiatur habilitas extremorum, per tex, in l. pen. de suis & legit. ff. Modo sic, quando filij legitimantur per sequens matrimonium, fingitur à principio omnis coitus licitus, & matrimonialis. d. c. tanta. Super ergo matrimonio, super quo lex principaliter fingit, datur habilitas extremorũ: ideò licet respectu legitimitatis filio non detur habilitas extremorum, non debet obesse, quia venit in consequentiam matrimonij.

IN SECVNDAM PARTEM PRÆsumptionum argumenta.

1 Præsumere quam habeat significationem.
2 Ignorantia iusta excusat agentem, contra statuti dispositionem.
Ignorantia iuris non præsumitur, nec adiuuat vbi lex prohibet aliquid fieri ibid.
3 Præsumptio iuris & de iure quid sit, & eius diffinitio.
4 Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure. Limitatur multimodè num. 5.
5 Probatio contra præsumptionem iuris & de iure, admittitur per confessionem partis. quod qualiter intelligatur, latè traditur in seq.
6 Confessio non propriè est probatio, sed reuelatio ab onere probandi.
7 Probationem admitti per confessionem partis, contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, qualiter intelligatur.
8 Probabile non est, quod non est ponibile.
9 Probatio admittitur contra præsumptionem iuris & de iure, parte non opponente. & quæ sit ratio.
10 Iudex si per interlocutoriam admiserit articulos, &

pars permittat labi tempus ad appellandum, videtur quò ad se consentire, non quò ad iudicem.

11 Tutor describens in inuentario res proprias, an videatur donasse pupillo, ita vt nõ admittatur probatio in contrariũ per tutorem, etiam pupillo nõ opponente.

12 Probatio quæ fit per indirectum, admittitur contra præsumptionem iuris & de iure. & quæ sit ratio.

13 Titulus legitimus præsumitur ex possessione tanti temporis, cuius memoria non extet in contrarium: & est præsumptio iuris & de iure.

14 Malam fidem probare volens contra præscriptionem tanti temporis, cuius memoria non sit in contrarium, non auditur.

15 Testes examinans ad futuram rei memoriam, intra annum vtilem debet conuenire aduersarium: aliàs præsumitur fraudulosa examinatio.

16 Notorium an & quando admittatur contra præsumptionem iuris & de iure.

17 Probatio quæ fit per rei euidentiam, nunquam censetur sublata.

18 Notorium debet in actis allegari, aliàs non iuuat.

19 Notorium facti non permanentis debet probari: & quare.

20 Probatio in contrarium an admittatur contra præsumptionem iuris & de iure, antequam super dicta præsumptione sit lata sententia.

21 Restitutio in integrum an admittatur contra præsumptionem iuris & de iure.

22 Probatio contra præsumptionem iuris & de iure, an admittatur per protestationem quæ actum præcesserit, vel in actu interuenerit.

VIdendum est nunc de præsumptione iuris & de iure. Sed prius necesse est, vt aliqua attingamus circa significationem istius vocabuli, Præsumere. 1 *† Et ita dicitur quia lex antequam aliter constet, & absque alijs probationibus, habet aliquid pro vero, ex præpositione Præ, & verbo Su-*

bo Sumere. Et ista est propria & elegans significatio istius verbi, secundum quam reperitur in Digestis, & alijs antiquis autoribus. Sed in Iuribus recẽtioribus accipitur etiam Præsumere, vt significet aliquid sine autoritate superioris præsumptuosè agere, vt hîc dicit Felin. & in c. Iudæi. suprà, de testib. cum concor.

¶ ADDI. Et vide Alexan. consil. 123. nu. 17. & seq. in 4. vo.

† *Et inde refert Abbas in c. decernimus. col. 25. de iudi. ad statutum, ne quis præsumat tale quid facere: nam non comprehendit eum, quia agit nomine alieno. & cum Abb. hîc transeunt Doct. Sed tu aduerte, quia contraria opinio videtur verior, & sic, quòd etiam comprehendatur agens alieno nomine, quando actus est de se illicitus. & probatur in Auth. item nulla cõmunitas. & ibi gl. C. de epis. & cler. vbi text. prohibens ne aliqua communitas ecclesiastica bona inuadere præsumat. habet locum etiam in eo, qui nomine communitatis inuadit, puta officiali, vel quolibet alio. Secundò probatur, quia nil aliud est præsumptiuè agere, nisi temerariè & superbè, vt est gl. in §. sic itaq. in Authen. de nuptijs. Et simpliciter dicitur præsumere, qui agit de facto, secundum gl. in d. c. Iudæi. Quæ omnia conueniunt etiã agenti nomine alieno: vnde etiam vulgò dicimus eum Præsumptuosum, qui sit temerarius: & secundum communem vsum loquẽdi, statuta sunt intelligẽda, vt per Bar. in l. Labeo. ff. de supell. leg. per Felinum suprà, in proœm. Greg. vnde crederem talem esse in casu statuti. facit l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. Fallit, si iste nõ per dolum vel temeritatem ageret, sed per ignorantiã, secundum Card. in Clem. 1. in prin. in 3. quæst. de priuil. & per Fel. hîc. Sed tu sanè intellige istam fallentiam: quia si lex prohibet aliquid fieri, non præsumitur ignorantia: nec adiuuat lex iuris ignorantiã. C. de iuris & fact. ignor. & propterea in dubio talis com-* 2

prehendetur in statuto. Et facit pulchra decisio Alber. de Ros. in Auth. statuimus. in fi. C. de epis. & cler. & tex. in c. 2. infrà, ne cler. vel mona. Si verò prætenderet iustam ignorantiam, esset secus. l. generali. C. de tabul. lib. 10. gl. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vend. Alex. in l. de pupillo. §. nunciationem. ff. de oper. noui nunciat. & in consilio 36. visis. in 1. volumine.

¶ ADDIT. Adde quòd presumptio hoc modo sumpta, prout sonat in delictum, est multiplex: alia enim est vsurpatoria, alia diabolica, alia sacrilega, alia conspiratoria, alia perniciosa, alia nefanda, alia ambitiosa, alia fastuosa, alia præordinata, alia inobedientiæ, alia negligentiæ: de quibus omnibus vide Alber. in suo Dictio. versicul. præsumptio est multiplex.

3 *His sic præmissis, videamus † quæ sit præsumptio iuris & de iure. Et dic eam posse ita definiri: Est dispositio legis, aliquid præsumentis, & super præsumpto tanquã sibi cõperto statuẽtis. Et colligitur ista definitio ex c. is qui fidẽ. cum ibi not. inf. de sponsalib. per gl. in l. siue possidetis. C. de probat. per Abb. in c. quãto. inf. eod. vbi Feli. allegat concor. & inde assumpsit nomẽ. Nam dicitur præsumptio iuris, quia à lege introducta, & de iure. quia super tali præsumptione lex inducit firmum ius, & habet eã pro veritate. Vnde formatur conclusio, † quòd contra talem præsumptionem non* 4 *admittitur probatio in contrarium. l. antiquæ. C. ad Vellei. l. fi. C. ad Maced. l. fin. C. arbit. tutel. l. à diuo Pio. §. si pignora ff. de re iudi.*

¶ ADDIT. Vide Alex. in l. inter stipul. §. 1. de verb. oblig. & in consi. 47. & consi. 91. col. fi. in 6. vol. & consi. 114. in 4. volu. & consi. 77. in fi. in 6. vol. Rom. cons. 350. latè Hippolyt. de Mars. in l. 1. §. ad quæstionem. in fi. de quæst.

Et aliquos casus ponit Salic. in Rub. ff. de proba. & Spe. in tit. de præsumpt. §. 1. & ibi Ioann. Andr. in addit. allegat

Mars.

Mart.de Fan. enumerantem plures alios casus: in quibus tamen omnibus ego non puto quòd sit ista præsumptio, sed potius legis tantùm, de quibus infrà dicemus. Limitatur primò supradicta conclusio, † vt non procedat in confessio- ne partis: quia probatio per talem confessionem admittitur in contrariũ, vt est gl. in Auth. de æqual. dot. §. aliud. & in l. in contractibus. in verbo, nullo modo. C. de non nu. pecu. cum concord. per Fel. in c. quoniam contrà. in 16. col. vers. fallit ergo quintò. de probat. vbi ampliat idem esse in confessione ficta, secundum Bart. in l. absentem. in fi. ff. de pœn. & quod not. Bal. in l. fi. C. de interdict. mat. 5

¶ ADDIT. Vide Rom. in d. consi. 350. Alex. in d. §. 1. & in omnibus consilijs præallegatis.

Et ratio est, quia licet lex prohibeat probationem in cõtrarium, non tamen intelligitur prohibere eam quæ fit per confessionem partis, ex quo † confessio non est propriè probatio, sed releuatio ab onere probandi. l. eum qui. ff. de iure iur. per Ioan. Andr. & Doct. communiter in Rub. suprà, de probat. Sed pulchrũ est videre in practica, quomodo debeat istud intelligi. Nam attẽta ista ratione, sequeretur, quòd si cõstaret de confessione, puta quia facta in iudicio, tũc procederet limitatio: alioquin si pars diceret, volo probare per testes, qualiter tu confessus es extra iudicium, non deberet admitti, ex quo cesset ratio: quia hîc non agitur de reuelatione probationis. Imò omninò probandum est. & istud videtur fuisse de mente Iacobi de Put. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in prin. gl. magnæ. ff. de verb. oblig. vbi tenuit, quòd si victus per sententiam arbitri velit reclamare, & probare de confessione actoris, qui confessus erat sententiã iniquam, quòd non admittetur, imò incidet in pœnam compromissi: & tamen talis sententia non est efficax, nisi per præsumptionem iuris & de iure. Et propterea videretur sanè debe- 6

re in-

re intelligi quod dicit Feli. cum multis concord. in d.c. quoniam contrà. & Ias. in repet. l. admonendi. col. 44. ff. de iu 7 reiuran. † vbi generaliter dicunt, quòd contra sententiam quæ transijt in rem iudicatam, admittitur probatio per cõfeßionẽ partis: nam deberet intelligi, si pars in iudicio hoc confessa est, & non aliter. Et pro ista declaratione facit, quia ideò admittitur probatio per confeßionem, propter maiorem certitudinem, quam in se habet, secundũ Aret. & moder. in d. Rub. de probat. Quæ ratio nõ habet locũ, quando ista cõfeßio probaretur per testes: imò est minus certa cæteris probationibus, ex quo cõfeßio potuit esse facta per errorem: cæteræ autẽ probationes nõ, ex quo testes deponunt de eo quod viderũt, & per sensum perceperunt, in quo actu non ita faciliter cadit error, iuxta gl. & ibi Gem. in c. si quis episcopũ. 3. q. 9. Confirmatur ista opinio per id quod notat Ancha. cõsi. 350. in quæ. prædicta. vbi dicit, quòd quãuis statutum prohibens admitti probationes, nõ intelligatur de cõfeßione, tamen istud nõ procedit quãdo cõfeßio probaretur per testes, ex quo tunc militat ratio statuti, cui aliter poßit fraus de facili fieri. Et ista opinio est æquior, alioquin lites essent immortales, & daretur occasio multa falsa fabricandi. Et istud est de mente Bal. in l. filiũ quẽ habentẽ. C. fa. erci. in pen. quæst. vbi dicit, quòd isto casu nõ admitterẽtur partes ad faciendam positionem de confeßione, ergo nec ad pro 8 bandum: † quia quod non est ponibile, neq; etiam est probabile. l. sed & si restituatur. §. 1. vbi Ang. ff. de iud. per gl. & Do. in l. fi. §. quod obseruari. C. de iur. prop. cal. & idem etiam est de mente Ant. Butr. in d.c. is qui fidem. vbi dicit, quòd contra istam præsumptionem non admittitur aliqua probatio extrinseca, videlicet quæ non fiat verbo ipsarum partiũ. Sequitur Car. Alexan. ibi. Et potest dici, quòd istud est de mente aliorum, dum dicũt admitti probationem per

con-

confeßionem: nam debent intelligi de confeßione simplici probata immediatè ex facto confitentis, non autem per testes, quia tunc non esset simplex probatio per confeßionem, sed mixta, scilicet ex confeßione & ex testibus, vt per Bal. in l. 1. per illũ text. C. quib. ex cau. serui pro præmio liber. & Anch. in d. consil. & per moder. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. Benè credo quòd per denunciationem euangelicam posset succurri etiam per examinationem testium, prout dixi in c. nouit. suprà, de iudi. & ita intelligit Inno. in c. quia pleriq. de immun. eccl. Bal. & Imol. in l. si quis instituatur. in fi. ff. de hæredi. insti. qui loquũtur quò ad forum conscientiæ, licet mod. non aduertentes ita generaliter eos allegẽt: & istud est magni effectus, per ea quæ dixi in d. c. nouit. Intelligitur etiã supradicta limitatio procedere in his, quæ dependẽt à consensu patris: secus si simus in materia, in qua lex nõ attẽdat eius consensum, prout in casu matrimonij. c. super eo. infrà, de eo qui cog. cons. vxo. per Abb. & alios in d. c. is qui fidem. & Fel. in d. c. quanto.

† Secundò limitatur prædicta conclusio, vt parte non opponente, admittatur probatio contra talem præsumptionem; & propterea si sententia transierit in iudicatum, & parte non opponente, victus probauerit de eius iniustitia. tunc prior sententia retractabitur, secundum Inno. in c. fraternitatis. inf. de frig. & malefi. & Doc. in c. cùm dilecta. suprà, de rescri. cum conc. per Fel. in d. c. quanto. & simi. multis per Ias. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. 9

¶ ADDIT. Adde Alex. consi. 77. redemptoris. col. vlt. in 2. vol.

Et est ratio secundum Card. Alex. in d. c. is qui fidẽ. quia cùm præsumptio ista sit introducta propter dubietatem, & in hoc distet à fictione, quæ inducitur super casu claro: si facta sit probatio, debet cessare talis præsumptio. quæ ratio

si vera

si vera est, est valdè notabilis: quia sequeretur, quòd ante perfectam probationem posset ille qui obtinuit, excipere, & prohibere, ne vlterius probationes aliquo modo fierent, ex quo adhuc non est casus clarus, per quem debeat tolli talis præsumptio. Sed ego nõ puto istam rationem veram: vnde dic, quòd ratio est, quia pars quæ non opposuit, videtur renunciare fauori suo, & tacitè consentire. c. 2. infrà, de accus. in sexto. per Bar. in l. 1. in vlti. not. C. de dilationi. quæ tacita confessio sibi præiudicat, vt suprà vidimus. & ita tenet Ale. in l. iudex posteaquam. ff. de re iud. Et ex hoc infertur, † quòd cùm admissio capitulorum seu articulorũ fiat per interlocutoriam iudicis, vt per Card. in Cl. sæpè. §. & quia. in 7. no. de ver. sig. si pars permittat labi tempus ad appellandum, videtur quò ad se consentire, non quò ad iudicẽ: quia cùm sit interlocutoria, iudex potest eam quandocũq; reuocare. l. quod iussit. vbi Bar. ff. de re iu. & per Car. in d. Cl. sæpè. & debebit reuocare quotiescũq; reqsitus sit, antequàm sit plenè probatum. Et ita potest saluari quod notãt Card. & Alex. in d. c. is qui fidem. Et in hoc erit bonum habere iudicem fauorabilem. Contra supradictam limitationem, quam Docto. indistinctè approbant, obstant duo. Primum est, quia cùm regula sit, quòd probatio non admittatur contra talem præsumptionem: & iste sit articulus iuris, & consequenter notorius. l. cùm quidam. §. suum. ff. de acqui. hær. per Bal. in l. cùm proponas. C. de reb. cred. cum concor. sequitur, quòd etiam parte non opponente, processus sit nullus: quia vbicunq; constat iudici notoriè defensione partis, licet pars non opponat, processus est nullus, secundũ Bal. in l. non dubium. in fi. C. de legib. & latius in disputatione sua, incipiẽte, Statuto cauetur quòd fœnerator. & per Anchar. in regula iuris, Ea quæ. in 5. col. & per Aret. in c. fraternitatis. suprà, de testi. Sed tu responde, quòd

istud

istud procederet vbi essemus in casu qui non dependeret à voluntate partis, prout sunt causæ criminales, de quib. per Bar. in l. 1. §. 1. ff. ad Treb. Sed in nostro casu est secus, ex quo pars non opponendo, videtur renunciare fauori suo: qua renunciatione stante, non est aliquod notorium quod possit suppleri per iudicem. Et propterea sicut in notorio facti iudex non supplet, nisi sit à parte allegatum, vt per Alex. in l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. ita videtur dicendum in isto notorio iuris, cui pars per tacitũ consensum potest renũciare.

¶ADDIT. Contrarium, quòd in notorio facti, etiam si non allegetur à parte, iudex supplere possit, tenet Roma. consi. 227. in fi.

Et istud procedit, etiam si in hoc iudicio producerentur articuli de directo contrarij prioribus: de quo per Moder. in c. fraternitatis. post Aret. suprà, de test. & fa. quod no. in l. si diuersa. C. de transact. Secundò obst. tex. in d. l. fi. C. arbit. tutel. Pone † quòd tutor in inuentario pupilli describat 11 *etiam res proprias: præsumptio est iuris & de iure, quòd sint pupilli. Pone rursus quòd tutor velit probare esse suas, & pupillus non opponat, nunquid possit obtinere? Et videtur quòd sic, ex supradicta limitatione: tamen contrariũ est verius, quia secundum Salic. ibi, dato quòd essent suæ, ex quo eas descripsit in inuentario, videtur donasse pupillo, sequitur Socin. cõsi. 61. in primo dubio. in 1. vo. Et propterea cùm tutor in inuentario descripsisset rem sibi à patre pupilli legatam, in contingẽtia facti fuit dictũ, videri eum renunciasse legato. Sed tamẽ aduerte, quia illud dictũ Saliceti, quòd censeatur tutor donasse, non videtur verũ, nec probatur in d. l. fi. quæ cùm sit exorbitans, non est extẽdenda. Auth. quas actiones. vbi not. C. de sacrosan. eccl. † Tertiò limitatur supradicta regula, vt nõ procedat quãdo probatio* 12 *contra talẽ præsumptionem fieret per indirectum, vt est gl. in Clem.*

in Clem.1.in verb.fecisse narramus.de proba.& Alex.in d. l. à diuo Pio. §.si pignora.& per Fely.in d.c.quanto.Et adde, quòd ratio est, quia cùm lex requirat certas qualitates in actu in quo inducit talem præsumptionem, semper admittuntur probationes, quòd quis non sit in tali casu, vel non concurrat aliqua ex requisitis qualitatibus, vt per Bar. in l.1.§.& parui.ff.quod vi aut clàm.per l.4.§.condemnatũ. ff.de re iudi. vbi Doct.& per And. Sicul.consi.15.col.7.in 1 volum.

¶ ADDIT. Benè facit quòd dispositio exceptionem excludens, vbi super certa qualitate fundatur, exceptiones illi qualitati detrahentes non censetur excludere, vt per Bar. in l. diuus.ff.de testa.milit. Aretin. in §. planè. Insti.eod.tit. Alexan. in d. §. & parui. Facit etiam quod volunt Ioan. And.& Domi.in c. filij. de hæretic. quòd iura omnia quæ disponunt alicui probationi ratione certę qualitatis standum, ita quòd non admittatur probatio in contrarium, intelligi debent, dummodo non probetur talem probationem esse falsam, & sic quòd nõ est probatio ita qualificata.

Et pro hoc facit quod notat Car. Alex.in c.ad id.infrà, de sponsal. vbi post Imol.& Doct.dicit, quòd licet sit præsumptio iuris & de iure, quòd si mulier contracto matrimonio per metum diutius cum marito cohabitauerit, purgatus sit metus: tamen admittetur ad probandũ etiam cohabitationem fuisse violentam: & sic hæc præsumptio tolletur per indirectum.

¶ ADDIT. Adde eundẽ Præposi.in c. veniens.de sponsa.

13 *Ad idem etiam facit, † quia si detur possessio per tantum temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, præsumitur legitimus titulus, estq́; etiam præsumptio iuris & de iure, secundum Feli.in c.cùm nobis.col.3.de præscript.& tamen contra eam admittetur probatio indirecta, scilicet non esse lapsum tantum temporis, vt ibi dicitur. Et ex hoc infero,*

infero, † quòd non admittetur aliquis isto casu ad probandam malam fidem, vt dicit Iac. Butrig. in trac. de homag. col. 4. quē refert & sequitur Sali. in l. 2. C. de serui. & idem est de mente Abb. cons. 81. clericus quidam. in 2. & Anc. in c. 1. de præs. in sexto. nisi de ea constet, vel per confeßionē partis, vel esset notorium: & sic essemus in casu alicuius fallentiæ hîc positæ. Et ita fœdere distinctionis potest concordari quod dicit Philip. Fran. in d. c. 1. & Io. Firmia. in repertorio suo referens Io. And. & Can. in c. si diligenti. de præs. in ver. præscriptio. Ad supradicta etiam facit quod no. Bal. post gl. in c. quoniā frequenter. in prin. in 4. col. suprà, vt lit. non contest. † vbi si quis examinauerit testes ad perpetuam rei memoriam, habet annum vtilem ad conueniendum aduersariū: aliàs lapso illo tempore, præsumitur examinatio facta in fraudē, & est præsumptio iuris & de iure, vt ibi dicitur: quæ tamen recipit probationem in contrarium per indirectum, puta si probetur non esse lapsum annū ab eo tempore, quo potuit experiri. Et ex ista limitatione deciditur quæstio quæ fuit inter Argentinum de Forli. & Sali. de qua per Bal. in d. l. fin. C. arbit. tutel. Quartò limitatur, † nisi contra talem præsumptionem esset notorium, vt per Rom. cons. 350. in octaua col. cum concor. per Feli. in d. c. quanto. Et facit, quia † sublata qualibet probatione in contrarium, nunquā tamen censetur illa probibita quæ fit per euidentiam rei, vt dicit Bal. in l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aqui. & in Rub. C. de probat. cum simil.

14 15 16 17

¶ ADDIT. Et idem Bal. in l. 1. C si aduer. lib Alex consil. 39. col. pen. n. 23. & 24. in 6. vol & consi. 35. col. 3 n. 8. in 4 vol. cum varijs concord. & similibus egregiè adductis per Hipp. Marsil. in l. 1. §. si serui quasi. nu. 5. de quæ. ad quem sufficiat remisѕio: multa enim egregia tradit pro huius limitationis corroboratione.

Intellige tamen supradictā limitationem, † quando notorium 18

rium ipsum allegaretur in actu: aliàs nihil iuuaret, vt per Alex. in l. vn. C. vt quæ desi. aduo. & in cõs. 118. in pe. col. in 4. fa. l. si adulterium. §. idem Pollioni. ff. ad leg. Iul. de 19 adulter. Item † intellige procedere in notorio facti permanentis, vt loquitur Rom. in d. consi. 350. aliàs ex quo notorium non est facti remanentis, deberet probari, iuxta no. in c. vestra. de cohab. cle. vnde tunc limitatio non procederet, ex quo lex reijcit probationem à tali præsumptione. Et facit ratio: nam sententia facit notorium. c. fi. infrà, de cohab. cle. notatur in c. cùm olim. de verb. sig. quod notorium est præsumptionis, vt dicit Feli. in d. cap. quoniam contra. in 4. fallent. post alios: vnde si detur notorium veritatis, illud præualet. Sed istud notorium veritatis non potest procedere in notorio facti transeuntis, quia in eo requiritur probatio per testes, quæ fundatur in præsumptionibus: meritò ergo prior præsumptio tanquam efficacior debet præualere. l. diuus. ff. de in integ. restitu. Aduerte etiã, quòd in omnibus casibus, in quibus succurritur aduersus sententiam, quæ transijt in iudicatum, in ijsdem videtur, quòd limitetur prædicta regula, ex quo pro tali sententia est præsumptio iuris & de iure. Et propterea in supradictis limitationib. comprehenduntur quinq; casus positi per Feli. in d. c. quoniam contra. Quintò limitat Feli. in d. c. 20 quanto. † vt nõ procedat antequã feratur sententia prætextu talis præsumptionis: nam admittetur probatio in contrarium, vt est gl. quam ibi not. Domi. in c. ordinarij. in pri. in verbo, liberè. inf. de offic. ord. in sexto. Sed ista limitatio nõ est vera, & contra tex. in d. l. fi. & d. l. antiquæ. cũ simil. & contra mentẽ omniũ. Nec tex. in d. c. ordinarij. facit pro ista limitatione: quia ibi etiã quòd non ostendatur dispensatio in tempore cõstituto, licet lex præsumat nullam adesse, non tamen probatur quòd sit per præsumptionẽ iuris & de iure.

de iure. Præterea ibi non admittitur ostensio dispensationis in vim probationis, sed potius per purgationem moræ, quæ retrò trahitur ad tempus, quo nondũ erat aliquid præsumptum, vt per Bal. in c. quoniã frequenter. suprà, vt lit. non contest. Sextò vltra moder. tu limita, † vt licet non ad 21 *mittatur probatio contra talem præsumptionem, admittitur tamen restitutio in integrum, si iusta causa subsit. Ita probatur ex no. per Bar. Ale. & alios communiter in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. ob. vbi in iudicijs, quando lis contestatur, præsumptio est iuris & de iure, quod de eadem re intellexerit actor & reus: & tamen si reus ostendat aliquam causam, per quam probabiliter errauerit, debebit sibi succurri per restitutionem in integrum, ex clausula generali, vt ibi per eos. Facit, quia videmus quòd si subsit iusta causa, succurretur eodem remedio contra sententiam quæ transijt in iudicatum. l. diuus. ff. de re iu. per Ias. post alios in l. admonendi. ff. de iureiu. Circa prædictam tamẽ limitationẽ aduerte, quia contrariũ videtur præsupponere Abb. in c. constitutus. in vlt. col. suprà, de in int. rest. dũ dicit, quòd decretũ iudicis interueniens in actu, facit præsumi eum solenniter gestũ. l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. Sed ista non est præsumptio iuris & de iure, vnde secundũ eũ admittitur restitutio in integrum, & poterit probari læsio. Sed responde, quòd dictũ Abb. ꝓcedit, vbi esset specialis præsumptio iuris & de iure quem non esse læsum: nam tunc non cõcederetur restitutio: secus vbi lex simpliciter præsumit veritatẽ. Septimò limitatur, vt † poßit admitti probatio per protesta-* 22 *tionẽ, quæ actũ præcesserit, vel interuenerit in ipso actu: vt est gl. in c. vidua. inf. de regul. per But. & Card. Alex. in d. c. is qui fidẽ. vbi præsumptio est, quòd nouitia quæ assumit habitum professarum, vel se ingerit in actibus ad eas pertinentibus, sit professa, nisi protestatio præcesserit.*

¶ ADDIT. Contra hanc limitationem videtur facere quod voluit gl. not. in c. per tuas. in medio glos. magnæ. de condi. appos. & ibi not. Io. And. & Præpos. & idem Præpos. post But. in c. veniens. 2. de spons. & Aret. in l. Titia. §. idē respub. de verb. obli. quòd si duo contrahant sponsalia de futuro, secuta copula carnali, sponsalia transeunt in matri monium præsumptum præsumptione iuris & de iure, adeò vt non admittatur probatio in contrarium, d. c. is qui. & d. c. veniens. Licet ergo sponsi de futuro protestentur, quòd quamuis sequatur copula, non intendunt quòd sponsalia transeant in matrimonium, nec contrahere matrimoniū, tamē talis protestatio nō releuat, nec derogat præsumptioni iuris & de iure, quæ resultat ex copula. Vides ergo, ꝙ contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur protestatio in contrarium. Saluando limitationem præceptoris mei, quæ videtur de mente Bart. & Doct. in l. non solùm. §. morte. de noui oper. in qu. illa, an protestatio declaratoria tollatur per actum cōtrarium. vbi post alios Ias. col. 8. vers. tertia conclusio. Bartol. & Alex. col. 49. & seq. dicas, quòd ideò in casu illius gl. protestatio reijcitur, quia est turpis, & inducens peccatum fornicationis, nimirum si non releuet contra præsumptionē iuris & de iure, fauore matrimonij & causa peccati euitandi introductam: & illam esse rationem illius gl. tradit Panor. ibi & Præpos. Idem Præpos. & Ant. latissimè in d. c. veniens. & Ias. & Ioan. Ru. Alexa. in d. §. morte. Ex qua gl. & dictis Doct. potes colligere vnam sublimitationem, seu restrictionē huius limitationis præceptoris mei, vt non procedat vbi per præsumptionem iuris & de iure tollitur peccatum: tunc enim protestatio præcedens vel subsequens non valet ad tollendam talem præsumptionem. & ita expressè restringit Præpos. in d. c. veniens.

Et istud procedit etiam in fictione: vnde si maritus protestetur vxori, ꝙ non intendit teneri actione ex stipulatu tacita, tunc non procedit dispositio, de qua in l. vnica. in prin. C. de rei vxo. act. vt etiā tenet Bal. Noue. in tract. de dote, in 6.

in 6.par.in 2.priuilegio.Et est ratio,quia lex introducit illud remediũ partibus ignorantibus, vt ibi dicitur:non autem inuitis.Et ista limitatio effectualiter comprehenditur in tertia,quam suprà,retuli.Incontrariũ tamen facit quod not.Bartol.in l.1.§.item solent.in fi.ff.de off.præf.vrb.vbi protestatio tutoris facta in inuentario,quòd si qua posuerit non ponenda,velit ea haberi pro non appositis,eum non releuat à præsumptione,de qua in d.l.fi.C.arbit.tut.Sed responde,quòd istud procedit in protestatione generali,quã lex reprobat, cùm velit omnia minoris bona in inuentario specialiter describi: si subsit tamen iusta aliqua causa erroris, illi succurretur per restitutionẽ in integrum,iuxta supradicta.& ita intelligo quod not.Bal.in d.l.fi.in 1.q.Et dum gl.in d.c.vidua.ponit octauam limitationem,vt admittatur probatio in contrarium per vnum testem & iuramentum in supplementum probationis, ab omnib.reprobatur, & benè,vt per Card.Alex.in d.c.is qui fidem.

IN TERTIAM PARTEM PRAEsumptionum argumenta.

1 Præsumptionis iuris diffinitio.
 Præsumptio non aptatur nisi super verisimili,ibid.
2 Præsumptio iuris an sit propriè probatio.
3 Præsumptio iuris an & quando dicatur liquidissima probatio.
4 Intellectus l. Lucius.de cond.& demonst.
5 Præsumptionem cadere tantùm super his quæ sunt facti, quomodo intelligatur: & quomodo intelligatur illud,quòd facta non præsumuntur,&c.
6 Possessionem ipso iure continuari,de defuncto in hæredem,si statutum disponat:talis possessio non dicitur vera ante naturalem appræhensionem, & ex tali non datur interdictum recuperandæ.
7 Lex non præsumit nisi constito de certo signo: signorum autem alia necessaria,alia verisimilia.

VEniamus ad præsumptionē iuris tantū. Præsumptio iuris potest † meo iudicio sic definiri: Est probabilis cōiectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto, pro veritate habetur. Est verum, quòd Bal. in l. ea quidem. in prin. C. de accus. & in Rub. C. de prob. aliter definiuit, vel, vt ego arbitror, potius descripsit: vnde tu tene meam definitionem. Primò dixi probabilem coniecturam: quia omnis præsumptio legis est fundata super verisimili. c. quia verisimile. infrà eo. & fa. quod not. Bal. in l. fi. per illum tex. in vlt. no. & in 20. oppos. C. de hær. instit. vbi præsumptiones legum non aptantur, nisi super verisimilibus: & illa præsumptio est efficacior, quæ est verisimilior. l. 2. C. de sicar. vt ibi per Bald. Sed dicit idem Bal. in Rub. suprà, de prob. quòd præsumptio, est ratiocinatio de re verisimili. facit, quia quod non est verisimile, habet quandam falsitatis imaginem. l. milites. §. oportet. C. de quæst. Bal. in l. 1. C. de ser. fug. vnde experimentum veri sermonis est, vt concordet cum rebus sensatis. l. si ita quis. verb. quod nemo. ff. de euict. Et exceptionem non verisimilem iudex non debet admittere, vt dicit Ant. But. in c. super hoc. de renunc. facit l. satis. C. de falsis.

¶ ADDIT. Vide vltra deducta hîc, plura egregia dicta in hac materia per Ias. in l. si extraneus. col. 2. & 3. de cond. ob caus. vbi multa congerit ad dotem huius materiæ: ad quem sufficiat remissio. Et vltra eum multò latius Hipp. de Mar. in l. 1. in pri. nu. 35. vers. quo autem ad tertiam. ff. de quæst. & in d. l. 1. §. ad quæstionem. nu. 17. & 18. vers. nota etiam vlterius. Et latissimè in repe. Rub. de probat. nu. 108. versic. item & vltra prædicta &c. Ex quibus locis poteris optimè materiam verisimilitudinis colligere.

Secundò dixi, † coniectura, ad differentiam probationis: quia præsumptio, non est propriè probatio. l. Lucius. vbi Dyn. & Bar. ff. de cond. & demonst. Bal. in addit. Specu. in tit. de-

tit. deposit. in vers. præsumptio. in 1.col. Et facit ratio, quia præsumptio releuat ab onere probãdi, ergo non est probatio, vt not. in Rub. suprà, de proba. & facit quod no. Bar. in l.3. aliàs l.1. C. de fid. instr. lib.10.

¶ ADDIT. Quando enim iuris præsumptio est pro aliquo, releuatur ipse ab onere probandi, & transfertur in aduersarium, vt per Bar. in l. in illa. in fi. ff. de verb. obl. facit l. ab ea. ff. de probat. & c. bona fides. depos. cum vul. vt per Cepol. consi.33. multa possent. & per Hippol. de Marsil. sing.451. decreui. Ita vt quando præsumptio est pro aliquo, aduersa pars quæ vult probare contrarium, grauatur duriore probatione, sic quòd efficaciores probationes requiruntur, per tex. vbi ponderat Albe. Raph. Ful. & Ias. in 6. no. in l. si extraneus. ff. de cond. ob caus. text. vbi expressè no. Panor. in c. quia verisimile. de presumpt. extrà facit tex. cum gl. in l. fi. & ibi Bal. ff. de eo quod met. caus. cum alijs pluribus conc. traditis per Marsiliũ in d. sing. 451. decreui. Adeò quòd tunc non est locus delationi iuramenti in supplementum probationis, si semiplenè probasset per vnum testem, vel alio modo. gl. est not. in d. l. fi. quod met. caus. & ibi expressè not. Bal. & Hippol. in d. sing. 451. & Ias. in l. admonendi. col. antep. nu. 106. de iureiur. & multa egregia dicta ad hoc cumulat idem Ias. in repe. d. l. admonendi. col. 95. ver. ex hoc correlariè &c.

Et istud tantò fortius videretur procedere, vbi requireretur probatio euidens, per tex. in l.2. in fi. C. qui accus. non pos. Sed tu aduerte, quia licet verum sit quòd præsumptio iuris non dicatur probatio, imò sit diuersa: vt etiam dicit Alexan. in l.1. C. de test. mil. lex tamen parificat istos casus, vel quòd quis probet, vel quòd habeat præsumptionem iuris pro se: quia † talis præsumptio dicitur liquidißima probatio. l. licet Imperator. vbi Alexan. & Ias. ff. de leg. 1. glos. in l. si tutor petitus. C. de peric. tut. cum infinitis concord. 3

¶ ADDIT. Vide Hippol. de Marsil. in Rub. de probat. nu. 183. versi. restat videre de alia specie probationis. qui allegat plures gl. conc. & in l. 1. §. si quis dicatur. n. 16. ff. de q. qui dicit, quòd iuris præsumptio affert secū probationem. Et eundem in pract. crim. § principium, n. 14. fo. 3. secundum mag. impressionem. Adde Alex. in l. manifestè. col. 1. & ibi Iaso. latius, col. 3. not. 2. per illum tex. ff. de iureiur. Paul. con. 116. viso cōpromisso. col. pen. lib. 1. in nouis. Et Steph. Bertran in cons. 39. col. 2. in 2. vol. nouissimorum, vbi allegat Soc. & alios. Adde, quod dicit Bal. in d. l. si tutor: quem refert & sequitur Fel. in Rub. de probat. col. 1. quòd vbi ad reportandam victoriam requiruntur probationes liquidissimæ, sufficit probare per præsumptiones à iure inductas. & ibi vide concord. per Fel.

Imò præsumptio legis sufficit, vbi lex requirit probationem per instrumentum. l. quæcunq;. iuncta l. 1. C. de apoch. pub. lib. 10. quē ad hoc notauit Bald. in l. 1. C. de fideicom. in l. 1. §. 1. C. de rei vxo. Mod. in l. pactū quod dotali. C. de pact.

¶ ADDIT. Et illud dictum Bal. sequitur Alex. consi. 126. repetitis &c. col. fi. in 6. lib. & And Barb. in rep. l. cùm acutissimi. col. 9. C. de fideicom. Hipp. in Rub de prob. n. 57. fo. 6. secundum impressionem nouis. in magna margine.

Idem est si statutū requireret lucidissimas probationes. l. 1. vbi Ful. & cæteri. C. de testa. milit. Dum ergo lex æquiparet istos casus, certè talis æquiparatio procedet etiam in materia pœnali & correctoria, vt per Bart. & Alex. in l. 1. ff. de leg. 1. Et istud mihi magis placet, quia actus præsumptus à iure, eo ipso probatus dicitur, quòd non probatur contrarium. glos. in l. 2. C. de erro. calc. in l. si creditor. C. de pig. actio. in l. in testamento. C. de test. mil. cuius simil. per Andr. Sicul. in Rub. suprà, de probat. col. 11. Nec obstat d. l. 4 *Lucius. per quam dicit Alex. quòd † vbi probatio conditionaliter requiritur, nō est satis præsumptio: quia tale dictū debet intelligi secundum legem quam allegat, videlicet vt*

procedat

procedat vbi sumus in casu, in quo constet subesse præsumptionem, & nihilominus requiratur probatio: nam tunc ne ista requisitio sit penitus inutilis, adhuc requiritur probatio, iuxta notata in l. si quando. de lega. 1. Nam intelligo tex. in d. l. Lucius. quando filius erat in quasi possessione filiationis, propter quam habebat præsumptionem legis pro se, quòd esset filius: nec requirebatur alia probatio, vt per gloss. & Doct. in l. Titia. ff. so. mat. per Ias. in l. neq; professio. C. de testa. & Alex. in consi. 51. in 1. volu. Vnde cùm testator instituerit eum, si probaret se filium, satis ostendit se non fuisse contentum de illa præsumptione. Et quòd ille tex. loquatur quando filius erat in quasi possessione filiationis, probatur ex tex. in fi. qui præsupponit absq; aliqua probatione, testamentum esse nullius momenti: certè nisi fuisset in quasi possessione, requirebatur probatio, ex quo erat fundamentum intentionis suæ. l. verius. ff. de proba. Item confirmatur, quia dato quòd non esset in quasi possessione, non videtur quòd testamentum esset nullum. Nam præteritus non potuisset habere hæreditatem, nisi probasset: ergo vt testamentum sustineatur, illa conditio debet haberi pro non adiecta, tanquam tacitè inesset. l. in conditionib. §. 1. ff. de cond. & demon. l. 3. ff. de lega. 1. quæ interpretatio in dubio fuit capienda. l. 3. ff. de testa. mili. Et isto casu filius nunquam reperisset se præteritum, & sic testamentum valuisset, quicquid dicat Paul. de Cast. in d. l. Lucius. Aliam solut. ad illum tex. etiam ponit ibi Iacob. de Are. & Imol. & referunt Moder. in d. Rub. & in l. 1. C. de testa. mil. Dic vt per eos. Non obstat d. l. 2. C. qui accus. quia in illo casu cessabat præsumptio: vnde ea cessante, benè requiritur euidens probatio: sed non sequitur, quòd præsumptio ipsa non faciat euidentem probationem. Præterea ex eo quòd dixi, coniectura, manifestè apparet

5 quòd † præsumptio procedit solùm in his quæ sunt facti, quia in talib. habet locum coniectura: nō autem in his quæ sunt iuris, quia de eis semper lex est certa. d. l. cùm quidam. §. suum. ff. de acquir. hær. Et in certis nō est opus coniecturis l. continuus. in prin. ff. de verb. obl. Sed contra hoc obst. quod quotidie vulgò dicimus, tale quid est facti, & facta nō præsumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. per Ias. in l. serui lectione. col. 2. & in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & in Auth. sacramenta pub. C. si aduers. vend. & alibi in varijs locis. Sed tu aduerte, quia ille tex. nō loquitur in præsumptione, sed in fictione. Nec simpliciter probat quòd lex non fingat in his quæ sunt facti, sed probat quòd in causa facti fictio non habet locū. Et idē apertius dicitur in l. deniq. ff. ex quib. cau. ma. circa quam rationē Bar. ibi laborat, & declarat quòd hoc sit propter inhabilitatē extremorum. Sed istud est aßignare nouam rationē, non autem sustinere rationem Iureconsul. prout etiam faciunt Moder. in d. l. si is qui pro empto. Vnde tu dic, quòd vsucapio producitur ex continuatione possesßionis. l. 3. de vsucap. & sine ea esse non potest. l. sine possesßione. eod. tit. & sic producitur ex causa consistēte in facto, in qua lex nihil fingit. Et ratio est, quia si lex fingeret vsucapionē processisse, necessariū esset quòd fingeret etiam super causa ipsius, & sic super possesßione: quæ possesßio cùm acquiratur & amittatur per actus naturales. l. 1. de acq. poss. non potuit per fictionem legis alterari. l. 3. §. ex contrario. ff. eod. tit. & facit. §. simul. Insti. de leg. agna. tute. Nam cùm possesßio sit de substantia vsucapionis, lex non potest ea quæ de substantia sunt, tollere: vt no. in l. 2. ff. de vsuf. ea. rer. quæ vsu consu. Et ideò etiam si quis reuertatur postliminio, non tamen recuperat possesßionem, nisi noua apprehēsione eam reacquirat. l. cùm hæredes. §. 1. de acq. po. Sequitur ergo, vt quamuis lex fingat

super

super facto, nunquam tamen fingit super causa facti, repugnante modò à l. naturali tradito. Et facit quod not. Bal. suprà in Rub. de cau. posseß. & propr. col. fi. † *vbi si statutum velit ipso iure continuari poßeßionem de defuncto in hæredem, talis poßeßio ante apprehensionem naturalem non dicitur vera poßeßio, quia eam non potest lex transferre sine actu naturali & organis corporis: & propterea ex tali poßeßione non competeret poßeßorium recuperandæ, vt est communis opinio. de qua per Alex. in l. in suis. in 5. col. ff. de lib. & posth. licet Decius inaduertenter contrarium dixerit, consi. 84. de quo etiam per Ias. in l. si sorori. C. de iur. delib.* 6

¶ ADDIT. Et hoc statutum seu potius consuetudo viget in toto regno Franciæ, quia mortuus saisijt viuum: id est, mortuus videtur dare possessionem hæredi viuo: vt expressè dicit Cy. in l. ea lege. C. de cond. ob cau. & Io. Fab. in §. sui. de hær. qual. Insti. melius in §. 1. Insti. de interdic. & Barb. in rep. Rub. de caus. posses. & propriet. col. 22. Alex. in l. cùm hæredes. col. 1. de acq. poss. & in consi. 82. perspectis his. col. 2. & cons. sequen. visa facti narratione. vbi per 4. aut 5. col. in 2. vol. & cons. 37. in causa mota per Ang. &c. col. 2. in 1. vol. & melius quàm alibi per Barth. de Chassan. in comment. consuet. Burg. in tit. de successio. §. le mort saisist le vif. quasi per totum. Ex quibus omnibus locis præallegatis videre poteris, an pro tali ficta possessione detur interdictum adipiscendæ, & recuperandæ. Vnum tamen nolo te omittere in practica, quod dicit no. Io. Fab. in d. §. 1. de interd. & etiam attestatur Chassa. vbi suprà, ver. & de hac consuetudine memoratur &c. quod est de consuetudine & stylo Curiæ in regno Franciæ, quòd ex tali possessione hæredes solent intentare remedium retinendæ possessionis, dicentes se saisitos, & turbari in possessione: & sic concludunt in casu nouitatis, quamuis realiter non fuerint adepti possessionem: & hoc facere possunt secundum eos, & ita quotidie.

Et

Et ex his apparet, quòd d. §. factæ. nihil obstat. Puto tamen quòd regula Doct. sit in se vera, sanè eam intelligendo: quia verum est, quòd regulariter facta nō præsumuntur, imò debent probari. l. verius. ff. de probat. Et istud præsertim procedit in factis accidentalibus: quia accidentia extrinseca non præsumuntur, vt est gl. not. in c. si fortè. in verb. sciēte. infrà, de elect. in sexto. gl. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. & per Raph. Com. in l. 2. §. 1. ff. de except. & fa. tex. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de ver. ob. Ista tamen regula fallit in infinitis casibus, in quib. facta præsumuntur præexistente causa, de quibus infrà dicemus. Tertiò subsequitur, † ex certo signo 7 proueniens. Dixi certo: quia nisi constito de signo, lex non præsumit: vnde si de eo aliter non constet, debet probari. c. sicut. 1. infrà, de simo. vbi lex præsumit aliquem simoniacum ex signis, sed requiritur prius, quòd de signis constet: sicut præsumitur pater diligere filium, sed opus est quòd constet eum patrem esse: & sic in simili. quia semper ex præsupposito certo, sequitur deinde præsumptio. Appellamus autem ista præsupposita, signa: quia sicut argumenta habent sedes seu locos suos, vnde oriuntur, vt dicunt Arist. & Cic. in Topicis: ita etiam præsumptiones oriuntur ex certis sedibus, quas sedes Hermogenes in rhetoricis signa appellat. Eorum alia sunt necessaria: vt eam quæ peperit, concubuisse. Sed hæc nec ad actum pertinet, nec ad præsentem materiam. Alia sunt verisimilia tantùm: vt, non esse pudicam, quæ cum alienis viris clàm vagatur. c. tertio loco. infrà eodem. & de his videbimus. Sunt autem innumera, vt dicit Quintil. Et meritò Bartol. in l. fina. in fin. princip. ff. de his quæ met. caus. dicit, quòd ista materia non potest tractari, quia non possunt capi regulæ, sed magis secundum accidentiam factorum iudicatur. Nos tamen

quàm

quàm plurima dicemus, quæ vt meliori ordine habeantur, congeremus sub certis regulis.

REGVLA PRIMA PRAESVMPTIONVM.

PRIMA regula sit, quòd qualitas quæ naturaliter inest homini, semper adesse præsumitur.

Hanc regulam probat glo. in c. si fortè. de elect. in sexto. gl. & Doct. in c. is qui fidem. de sponsal. vbi appellant talem præsumptionem esse præsumptionem naturæ. & idem firmat Ang. in repet. l. sciendum. in antepenul. col. ff. de verb. obli.

PRIMA PRÆSVMPTIO.

1 Patres præsumuntur amare filios suos.

2 Patres præsumuntur plus terreri in filijs, quàm in seipsis.

3 Filij metus, qui in studio renunciauit beneficio, propter metum qui in patria inferretur patri, est iustus metus.

EX hoc primo infertur, quòd † patres præsumuntur amare filios suos, & econtra. l. isti quidem. ff. quod met. causa. l. si pupillorum. §. si pater. ff. de reb. eorum. l. nec ei. ff. de adop. §. fin. Instit. de noxal. & quod no. Roma. in l. 1. de in ius voc. cum simi. per Feli. in c. afferte. infrà eo † Imò præsumuntur patres plus terreri in filijs, quàm in seipsis, vt ibi dicitur. Et propterea Labeo Iurisconsultus cùm apertè damnaret Augustum Im. interrogatus ab eo, vnde tantum audaciæ assumeret: respondit, quòd naturæ beneficio

ficio esset senex, & filios non haberet. Facit quod not. Ab. 3 *post alios in c. super eo. de renun. vbi dicit, † quòd iustus est metus filij, qui in studio renunciat beneficio propter metum qui in patria inferretur patri.*

¶ ADDIT. Et dicit not. Inno. in c. cùm locum. de spon. quem refert Hipp. de Marsil. in rep. l. vnicæ. de rap. vir. col. 3. nu. 7. & in l. 1. §. inauditum. col. 1. ff. ad leg. Corn. de sic. quòd si patri fit violentia corporalis, & filius aliquid facit vt liberet patrem, ille actus dicitur per metum factus, ac si ipsi filio fuisset illata violentia.

SECVNDA PRÆSVMPTIO.

1 Pater præsumitur capere salubrius consilium in fauorem filij.

2 Filius simpliciter exhæredatus, non censetur mala mente exhæredatus, quò ad ea quæ ad eum pertinent iure filiationis.

3 Filio instituto, si pater prohibeat ne alienet antequam habuerit 30. annos, talis prohibitio valet etiam respectu legitimæ.

Exhæredatio potest fieri ad tempus etiam respectu legitimæ: præsumitur enim facta à patre filio consulente, ibidem.

4 Matrimonium filiæ, quando non est imparitas inter ipsam & virum suum, probatur per patrem, & etiam alios consanguineos. Limitationem vide ibidem.

5 Adulterium siue stuprum commissum cum muliere, respicit iniuriam totius consanguinitatis.

6 Statutum annullans contractum mulieris sine cõsensu propinquorum, an procedat muliere contrahente cum patre.

7 Pater non potest contrahere cum filia in propriam vtilitatem, statuto disponente, quòd filia non posit sine consensu patris obligari.

8 Filia dotata à fratribus, si minus habuerit quàm sit legitima, poterit agere ad supplementum, stante statuto

tuto quòd ſtantibus maſculis filia dotata non ſuccedat. Secus ſi à patre dotetur, quia tunc non niſi fuerit enormiter læſa, agere poterit, quod intellige, & declara, ibidem.

SEcundò infertur, † quòd pater ſemper præſumitur capere ſalubrius conſilium in fauorem filiorum. l. nec in ea. ff. de adulte. Et iſtud procedit, etiam ſi pater faceret actum qui prima fronte non videretur vtilis filio, vt probatur ex no. per Barto. in l. 2. in quinta col. ff. de vulga. & pupil. vbi dicit, quòd lex permiſit patri ſubſtituere pupillariter, etiam filio exhæredato mala mente. l. cùm quidam. C. de legat. quia tantum confidit de patre, quòd credit, quòd non ſit facturus aliquid, niſi pro bono filij. Ad idē facit quòd not. Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. in vlt. col. de oper. liber. vbi † ſi pater exhæredet filium ſimpliciter, non cenſetur exhæredatus mala mente, quò ad ea quæ ad ipſum pertinent iure filiationis. l. ſi patronus. § ſi quis non mala. cum § ſeq. ff. de bo. lib. licet quò ad hæreditatem ſit ſecus, ex quo talis actus eum expreſsè excludit à bonis: quæ excluſio ſimpliciter facta, non habet aliquem colorem pro bono filij. Et ita poteſt ſaluari Bar. ab impugnatione Alex. in d. l. 2. in 12. col. ff. de vulg. 1 2

¶ADDIT. Et ibi vide præceptorem meum Franci. à Ripa, col. 11. verſ. ſextò dubitatur, nu. 36. vbi alio modo concordat opiniones. Dic vt per eum.

Ad idē facit, † quia ſi teſtator inſtituto filio prohibeat ne alienet, antequā habuerit 30. annos, talis prohibitio tenebit etiam reſpectu legitimæ: quia non cenſetur appoſita in grauamen, ſed potius in ſui fauorem, dum pater conſulit ætati lubricæ adoleſcentis. Ita dicit in cōtingentia facti ſe dixiſſe Raph. Com. in l. ſi filiusfamil. §. diui. ff. de lega. 1. & ibi Ambroſius Opizonus in 26. col. latè comprobat iſtam opin. quam etiam ſequitur ibi Ioā. Crotus. & idem conſuluit 3

luit

luit Pau.de Cast.consil.77. visis & consideratis omnibus. in 1.volu.in nouissimis. Et probatur hæc opinio ex not.per Bar.in l.cùm ex filio.in prin.ff.de vulg.& pupil.cum concor. vbi exhæredatio facta ad certum tempus, tenet etiam respectu legitimæ: quia præsumitur facta à patre filio suo consulente: de quo etiam per Iaso.in l.multi.ff.de libe.& posthu.quod est summè notandum, & vidi pluries in facto dubitari, quia Aret.consil.16.præsupponit contrarium: sed prima opinio est verior, quam etiam tenet Picus in repet. l.in quarta.col.44.ff.ad l.Falci.

¶ ADDIT. Hæc ratio huius præsumptionis parum apud me stringit, nam ex ea sequeretur vnum quod est contra communem Doct. sententiam in d. §. diui. videlicet quòd valeret prohibitio perpetua alienationis, etiam respectu legitimæ. qua enim ratione creditur patrem voluisse filio cõsulere ad tempus, quem ad tempus parum industriũ fore suspicabatur: eadem præsumeretur voluisse consulere perpetuò, si perpetuò parũ industriũ futurũ credebat. & sic teneret prohibitio perpetua: cuius cõtrarium vt dixi est veritas, vt per Iaso. post alios, & post Ias. omnes Moderni in d. §. diui. Cùm igitur ratio istius præsumptionis non vrgeat, sequeretur concludendum, ex generalitate l. quoniam in prioribus. C.de inoffi. testamento. non valere prohibitionem etiam temporalem quò ad legitimam: cùm omne grauamen etiam temporale subducatur de legitima, per dictam legem, quoniam: ideò videretur posse attentari contra sententiam Pauli, Comen. & Ambrosij, ac aliorum. & in effectu contra eos videtur sentire Ferdinand. de Loazes in d. §. diui. col. 8. & 9. ex innumeris fundamentis quæ adducit, retenta tamen sententia prædictorum, quam etiam tenet Ias. in d. §. diui. in repet. col. tertia, num. 17. & in lect. col. vlt. num. 116. & Thomas Ferra. cautela 35. & videtur magis communis. Nota tamen cautelas, per quas potes euadere talem temporalem prohibitionem quò ad legitimam: quarum vnam tradit Iaso. vbi

ſuprà,& Bart. Cepol.caut.59.& Ange. in l.quoties. C.de fideicom. Aliam tradit Are.conſi.22.diligenter & maturè.

Et pro ſupradicta præſumptione etiam fa. quod not. Bald.in c.ſuper eo.2.ſuprà,de teſti.vbi lex vult,quòd † teſtimonium parentis admittatur probando matrimonium filiæ,quando non eſt imparitas inter vtrunque:nam dicit Bal.eſſe rationem, quia non eſt veriſimile quòd mater atteſtaretur niſi pro veritate:ex quo aliàs ſequeretur, quòd traderet filiam in concubinatum,& ſic malè conſuleret filiæ ſuæ,quod eſt contra præſumptionem iuris. d. l. nec in ea.Et idem eſt de mente Anch. Et quod dicitur de parentibus, procedit etiam in cæteris conſanguineis, vt ibi per Doct. de quo etiam per Soci. conſi.17. in 1.per And. Sicul. conſi.4.in 1. 4

¶ ADDIT. Vide notabiliter Alex. conſi. 154. viſo themate ſuprаſcripto &c.col.1.in quinto lib.

Et ex hac ratione inferebam in practica, quòd quidam teſtes conſanguinei atteſtantes de matrimonio, quòd quædam ex certo marito pepererat filium, quòd non erat ſtandum dicto eorum: & tunc non procedebat diſpoſitio d.c. ſuper eo. Mouebar per dictam rationem: nam cùm in prædicto caſu virgo fuiſſet eum deflorata, erat veriſimile quòd conſanguinei non curarent de concubinatu, ſed facerent quicquid poſſent, vt ille eam haberet in vxorem: & ſic ceſſaret ratio legis,præſertim quia tunc erat manifeſta ſuſpicio, ex quo † talis iniuria reſpicit totam conſanguinitatem, vt per Bar.in l. lex Cornelia.ff.de iniur.per Alexan. conſi 24.in ſexta col.in 2.Decium conſi.133.in 2.colu. Et iſtud erat ſatis de mente tex.in d.c.ſuper eo. vbi mater & conſanguinei reijciuntur,quando ſunt ſuſpecti propter diſparitatem ſanguinis, certè multò magis debent eſſe ſuſpecti in iſto caſu,quando virgo eſt deflorata. & ita obtinui, 5

quod nota. Ex supradicta ratione etiam deciditur quæstio,
6 † an statutum annullans contractum mulieris sine consensu propinquorum, habeat locum etiam si mulier contrahat cum patre. In quo puncto per supradictā rationem, Bald. in l. pactum quod dotali. in 20. q. C. de collat. decidit quòd non: cuius decisio communiter tenetur. Et licet aliqui impugnent, tamen potest responderi, vt ibi per Deci. Putarem dictum Baldi esse in se verum, quia illa forma fuit introducta à statuto timore fraudis, cui subiacent mulieres, quæ ratio cessat in patre. Sed si probaretur fraus vel metus reuerentialis, vel similia, tunc retractaretur, iuxta l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rer. actio non detur. Et ita etiam potest saluari alia decisio Baldi in l. 1. ff. de reb. eor. vbi allegando Azo. dicit, quòd pater qui habet legitimam administrationem in aduentitijs filij, potest immobilia alienare, etiam citra decretum iudicis, de quo per Iaso. in l. præses. C. de transact. Contra supradicta tamen facit, quia
7 † etiam si statutum diceret, quòd mulier non poßit obligari sine consensu patris, si pater cum ea in suam contraheret vtilitatem, contractus non teneret, quia ille consensus videtur adhiberi ad integrandam personam ipsius mulieris, vt per Bal. in l. 1. col. pen. C. qui admit. But. & Gemi. in c. cùm consuetudinis. suprà, de consue. & Alex. consi. 29. col. pen. in 3. ergo pater non potest illi consentire in vtilitatem propriam. l. 1. vbi Bartol. ff. de auto. tut. cum concord. per Alex. consi. 106. in 1. & Soc. in consi. 23. in 4. vol. Vnde ista decisio esset restringenda, vbi contractus non pertineret ad vtilitatē patris. cogita tamen. Ex eadem ratione dicit Pau. de Castr. in consi. 275. vel 278. super primo quæsito dicen-
8 dum. in 1. vol. in septimo dubio. † quòd stante statuto, quòd masculi excludant fœminas dotatas, si à fratribus fuerint dotatæ, & minus habuerint quàm sit legitima, licet poßint

ſint agere ad ſupplementũ: tamen ſi fuerint dotatæ à patre, nõ poterunt agere, quia cenſebuntur competenter dotatæ, ex quo lex præſumit pro patre. d. l. nec in ea. Et quod patri viſum fuit competens, non debet alteri videri incõpetens. l. ſi furioſo puberi. in fi. ff. de cur. furio. nec redargui poteſt ab aliquo, cùm nullus amor vincat paternum. l. fin. in princ. C. de curat. furio. & hoc niſi appareret de enormi læſione. & illud dictum refert & ſequitur Alex. conſi. 33. in 4. Curt. conſi. 27. col. 13. & conſi. 80. col. final. Decius conſi. 26. & conſi. 180.

¶ ADDIT. Iſta dicta Pauli ſuprà relata refert & ſequitur Lauren. de Palatijs in tract. de ſtatu. exclu. fœ. col. 20. qui tract. eſt inter tract. Alberti Bruni Aſten. in fine.

Sed tu conſidera, quia in contrariũ videtur eſſe concluſio Doct. de qua per Soci. poſt alios in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth. vbi ſtante tali ſtatuto, dicunt quòd ſi pater reliquerit filiæ pro dote minus legitima, quòd poterit agere ad ſupplementum. Sed iſta eſt alta quæſtio, in qua Alexan. ibi tenet contrarium.

¶ ADDIT. Altiſsima profectò eſt iſta quæſtio, quam vide ſatis copioſè tractatam per Carol. Rui. in d. §. & quid ſi tantum. col. 61. verſ. ſed iuxta præmiſſa occurrit alia ſimilis quæſtio &c. vbi diſtinguit quatuor caſus. Et reſolutionem huius altiſsimæ & dubitabilis quæſtionis, in qua variæ reperiuntur Doct. ſententiæ, vide melius quàm alibi de mundo, per Alber. Brun. Aſten. in tract. de ſtatuto fœm. & cog. lineam &c. in nono artic. prin. col. 42. vbi per 12. col. & vltrà hanc quæſt. examinat, & pro affirmatiua & negatiua allegat infinitas Doc. autoritates, tam in lecturis quàm in cõſilijs: ac tandem fœdere diſtinctionis tradit notabilem doctrinam, ex qua reſolutus eris in hac notabili & difficili quæſti. an ſtante prædicto ſtatuto filia dotata cenſeatur excluſa à legitima, ſupplemento legitimæ, aut ſupplemento congruæ dotis. Vide omninò & eundem in eleganti quodam conſilio poſito in fin. d. ſui tractatus.

Tamen potest prædicta conclusio saluari, quando pater iam tradidisset filiam nuptui: secus si simpliciter in testamento reliquisset dictam dotem, cùm nuberet. Nam in primo casu potest capi præsumptio pro patre, quòd attenta qualitate mariti, & temporis, & facultatum suarum, talem dotem filiæ tradiderit: quæ ratio cessat, quando relinquitur ista dos in testamento, ex quo antequam nubat possent prædicta immutari. Et ita teneas: licet Bald. Nouel. in tracta. dotis, in quinta parte, in 16. priuil. tenuerit contrarium, & etiam Decius consi. 276. proponitur sibiipsi contrarius variauerit.

TERTIA PRÆSVMPTIO.

1 Pater verberans filium, præsumitur causa correctionis verberare, modò atrocitas pœnæ aliud non suadeat, nec licet filio se defendere.

2 Pater includens filium in certo loco, non incidit in pœnam priuati carceris.

3 Maritus an posſit baculo vxorem percutere.

1 *TErtiò infertur, † quòd si pater verberat filium, præsumitur fecisse causa correctionis, dummodo atrocitas pœnæ aliud non suadeat. l. 1. C. de emend. propin. fa. tex. in l. sed & si. §. fin. cum l. seq. ff. ad legem Aquil.*

¶ ADDIT. Adeò quòd non licet filio se defendere, nec patrem eum verberantem repercutere, vt per Bart. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. quia vbi permissa est offensio, ibi non est licita defensio, secundum Bar. & Doct. ibi, ita limitantes illum tex. Item adde, quòd si pater verberet filium clericum, non incidit in excõmunicationem, secundum Floria. post Tancretum in d. l. sed si. §. si magister. ff. ad l. Aqui. Adde etiam, quòd si pater excedat modum in castigando filium, nõ venit puniendus de omnib. percusſionibus, sed de excessu tantùm: nec punitur tanquam dolosus, sed tanquam culposus, secundum Bal. in d. §. si magister latisſimè Hippolyt. de Marsil. in pract. crimin. §. quoniam. col. antep. nu. 90. cum seq. vers. item circa.

Ad

Ad idem facit tex. in l. si filius tuus. C. de patria pot. vbi pater potest facere carcerari filium, & iudex debebit imponere pœnam quam pater iusserit: de quo ibi per Doct. Ad idem quod no. Bar. in l. ex facto. magna. in fi. ff. de hæred. inst. vbi † si pater relegat filium in certo loco, vel eum claudit per aliquod tempus in certo conclaui, non incidit in pœnam carceris priuati, vt etiam dicit But. in c. cùm conting. vbi Mod. suprà, de for. comp. 2

¶ ADDIT. Vide Feli. in c. licet Heli. in prin. de simonia. Bal. in l. libertos. C. de obsequijs patro. præstan.

Sed vidi in facto dubitari, † quid de marito, qui vxorē baculo percusserit? Videtur, quòd non licuerit, quia ista correctio non conuenit ingenuis, vt est tex. in l. consensu. §. 1. C. de repud. & per gl. in c. sicut alterius. 7. q. 1. de qua etiam per But. & Fel. in d. c. cùm contingat. Puto per supradicta, quòd nō posit criminaliter puniri, quia ex tanta coniunctione, præsumitur illa percußio facta animo corrigendi, non autem dolosè, nisi atrocitas vulneris aliud induceret. §. atrox. Instit. de iniu. & ita tenet Guido Papæ in tractatu de præsum. in penul. char. 3

¶ ADDIT. An marito liceat vxorem mediocriter verberare ad castigandum, vide Alex. & Ias. in l. miles. § . qui iudicat. in fi. ff. de re iud. & est gl. in l. sed si. §. fi. ff. ad l. Aq.

QVARTA PRÆSVMPTIO.

1 Pater offerens filium nocentem iudici, non præsumitur obtulisse vt afficiat eum summo supplicio. Idem in filio offerente patrem.

2 Filius præsentatus iudici à patre propter delictum, ex quo veniat decapitandus, non debet pœna mortis, sed alia puniri.

QVarto infertur, † quòd pater offerens filium suum nocentem iudici, non præsumitur obtulisse vt eum afficiat summo supplicio. l. milites. §. penult. ff. de re milit. per 1

 quem

quem tex.dicunt Sal.& Pau.de Cast.in l.propter insidias.
2 *C.qui accus.non poss.† quòd si quis commisit delictum, per quod veniat decapitandus, si præsentetur iudici à patre, quòd erit afficiendus alia pœna, quàm mortis, & leuiori, puta exilio:& sequitur Bar. Veronen.in cautela sua prima:quod est notandum. Et idem etiam est in filio offerente patrem, vt per Ang.in l.si adulteriũ cum inces.§.liberto. in fi.ff.ad l.Iul.de adul. Videretur tamen istud non procedere, quando pater eum præsentasset ex verisimili timore, quòd caperetur à iudice:sicut dicimus, quòd licet confessus mitius puniatur, tamen non procedit quando quis confiteretur metu probationum, vt per Abb.& Moder.in c.at si clerici.in prin.suprà, de iu. Tamen prior pars est tenenda, quia æquior.quam etiã tenet Fel.in c.accusasti. in vlt.col. inf.de accus.& Ang.de Arim.in tract. Ang.de maleficijs, in verb.nec non ad querelam. in septima char.super versi. 21.& Mod.in l.1.§.ad quæstionem.ff.de quæst.*

¶ ADDIT. Vult allegare Hippo.de Marsi.quem etiam vide in l.1.§.inauditum.col.2.ff.ad l. Corn.de sicar.

QVINTA PRÆSVMPTIO.

QVintò ex supradicta regula infertur, quòd parentes alienantes bona sua generaliter, præsumuntur reseruasse lucra matrimonij filijs suis, nisi etiam ea expressè alienent. Auth.nunc autem.C.de secund.nupt.

SEXTA PRÆSVMPTIO.

1 Filius relinquens liberationem ab actione tutelæ patri, præsumitur eum liberasse etiam à solutione tutelæ. Declara vt ibi.

2 Dolus futurus non potest remitti.

3 Tutori si in testamento legatum fuerit, quòd non teneatur reddere rationes, & quòd omne in quo fuerit condemnatus sibi per hæredem restitueretur: nihilominus tenetur tutor, & nihil operaretur tale legatũ.

Sextò

SExtò infertur, † quòd filius relinquens liberationem ab 1 actione tutelæ patri, præsumitur eum liberasse etiam à solutione reliquorum, propter naturalem affectionem: licet secus sit in extraneis, vt est text. not. in l. Aurelius. §. Titius. ff. de lib. leg. quem pro singulari no. Rom. in sing. 90. incip. vltimò adultus. quod intellige, dum tamen ad ea reliqua non teneatur ratione doli committendi, quia † talis dolus non potest remitti. l. conuenire. ff. de pact. do- 2 ta. & habetur per Bar. in l. Aurel. §. Gaio. eod. tit. Et propterea † etiam si in testamento legetur tutori, quòd non 3 teneatur reddere rationes, & quòd omne in quo fuisset condemnatus, volebat sibi restitui per hæredem: adhuc teneretur tutor, & legatum non operaretur, vt per Sal. & Mod. in l. cùm necessitatem. C. de fideicommiss. Iason. in l. actione. in fin. C. de transact. per Alexan. consi. 164. in 5. vol. quicquid dixerit Ang. consi. 187. Brunellus & Curt. consi. 66. in 5. col. quorum opinio non est communis, & abhorret ab æquitate, quia daret occasionem tutoribus spoliandi pupillos.

¶ ADDIT. Vide quæ latissimè scripsi in responsis meis, in materia binuborum positis post repetitionem l. generaliter. C. de secundis nup. respons. vlt. ibi videto.

SEPTIMA PRÆSVMPTIO.

1 Pater præsumitur expensas donasse filio agenti in studio, & non debent illi imputari à fratribus tempore diuisionis. Et quid in libris.

2 Statuto, quòd pater teneatur tractare filios æqualiter, aliàs reducantur ad æqualitatem, disponente: an expensæ factæ per patrem ipsi filio in studijs agenti donatæ videantur, & an tempore diuisionis illi à fratrib. veniant imputandæ.

3 Pater si dotis vni filiæ plus dedit quàm alteri, modò æquè bene locauerit marito, dicitur æqualiter maritasse seu tractasse.

1 *SEptimò, † pater præsumitur expensas donasse filio in studijs agenti, & non debent illi imputari à fratribus tempore diuisionis. l. quæ pater filio. ff. fami. ercis. Alex. consi. 102. in 3. Quid verò de libris, videndū est, vt per Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bo. & per Mod. in l. dotis. C. de collat.*

¶ ADDIT. Vide latissimè Picum & D. meum à Ripa in l. in quartam. post alios ibi scrib. ff. ad l. Falc.

2 *Sed vidi in facto dubitari, † quid si statutum est, quòd pater tractet filios suos æqualiter, aliàs reducantur ad æqualitatem? Et posset idem dici. Nam æquitas iuris communis vult, vt filij tractentur æqualiter. l. vt liberis. C. de collat. l. cùm oportet. in prin. C. de bon. quæ lib. & tamen in isto casu ius commune ab eadem æquitate limitatur, vt dicit tex. in d. l. quæ pater. Ergo eodem modo idem dicendum est de necessitate introducta à statuto: nec videtur fuisse de mente statuti auferre talem æquitatem, sed potius obuiare erroneis affectionib. parentum. Facit, †* 3 *quia si pater det plus dotis vni filiæ, & minus alteri, dummodo eam æquè benè collocauerit marito, dicitur æqualiter tractasse, seu melius filias maritatas, secundum paragium, vt dicit Deci. consi. 26. in 4. col. & fa. quod not. Bart. in l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Aliàs sequeretur, quòd si pater haberet filium docilem, & alium crassi intellectus, non deberet curare vt docilis instrueretur, ne inter eos esset inæqualitas: quod est absurdum. Et si diceres, quòd filius deberet compensare tales expensas in pecunia, dico, quòd hoc est iniquum. d. l. quæ pater. Nec statutum debet trahi ad casus iniquos. c. erit autem lex. 4. distinct. & facit quod not. Bald. in l. Macedoniani. C. ad Maced. cum concord. per Decium in Authen. quod locum. C. de collationibus.*

OCTA-

OCTAVA PRÆSVMPTIO.

1 Ascendens præsumitur suam hæreditatem velle descendentibus relinquere.
2 Hæreditas patris magis debetur filio, quàm filij hæreditas patri.
3 Legitima debetur filio lege naturæ: parentibus verò lege ciuili tantùm.
4 Dispositio l. cùm auus. de cond. & demonst. non habet locum è conuerso, scilicet in patre.

Octauò præsumitur, † quòd ascendens velit relinquere 1 *hæreditatem suam descendentibus. l. cùm ratio. ff. de bonis damnat. Et propterea licet lex aliquando æquiparet legitimam quæ debetur filio in bonis paternis, illi quæ debetur patri in bonis filij. l. nam etsi parentibus. ff. de inoff. testa. tamen æquiparatio non est generalis: quia † magis de-* 2 *betur filio hæreditas, quàm è conuerso. l. scripto. in fi. ff. vn de lib. Vnde videmus, quòd præteritio patris non reddebat testamentum nullum ipso iure: secus in filio. l. filio. §. contra. ff. de inoffic. test. Vnde dicimus, quòd † legitima debe-* 3 *tur filijs lege naturæ: sed è conuerso parentibus est debita tantummodo lege ciuili, vnde posset in totum tolli per statutum, vt per Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure.*

¶ ADDIT. Vide Ioan. de Ana. cons. 4. cum concord. ibi traditis per Lud. Bolog. in addit. & per Alexan. cons. 65. circa præmissam. col. 2. in 4. lib. & Corneum consi. 150. circa præsentem consul. per totũ, maximè col. 2. & 3. ita quòd nullibi melius comprobatum habes. in 2. vol. & cons. 107. col. 1. in 1. vol. & Lud. Rom. cons. 32. col. pen. & fin. vers. tertiò principaliter. Et sic videtur intrepidè cõcludere præceptor meus Alciatus, quòd licet legitima ascendentium posit tolli per statutum, quia iure ciuili debetur, legitima tamen liberorum non potest per statutum tolli, quia iure quodam naturali est debita, quæ iura naturalia nullo iure

ciuili tolli possunt. §. sed naturalia. Institu. de iure natur. Sed aduerte, quòd ista quæstio, an legitima liberorũ posſit tolli statuto, est vna de difficilioribus quæ sit in iure, ita quòd asseuerat Socinus conſ. 150. in prin. circa veritatẽ huius quæstionis Docto. pugnasse à ducentis annis citra: & contraria opinio, scilicet quòd statutum posſit in totũ legitimam liberorũ tollere, videtur de iure magis cõmunis, quam tenet Dynus post longam disputationem ab vtraq;, in c. indultum. de reg. iur. in 6. & ibi respondet his quę in contrariũ adducũtur. & sequitur ibi Ioan. And. in Mercur. & Lapus alleg. 101. in ciuitate Flor. & Oldra. cõſ. 107. circa municipale. vbi ab vtraq; disputat, & pluribus fundamẽtis hanc sententiam comprobat. Idem tenet Ang. & ante eum videtur sentire ibi Bartol. in Auth. de hęred. & fal. in prin. colum. fina. Idem Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. & ibi expresſius Imol. ff. de condi. & demonstra. & idem Imol. clarisſimè in l. quod de bonis. §. fi. ff. ad leg. Falcid. Rayn. de Forli. in consil. 68. quædam mulier. colum. 1. quod est inter consilia Signoroli de Homod. qui dicit quòd ista est communis, & disputare de ea, est disputare de lana caprina. Et hanc etiam tenet Signorol. consi. 37. factum sic proponitur. vbi melius quàm alibi ab vtraque parte hanc quæstionem disputat, & intrepidè tenet statuto posse tolli legitimam in totum, & respondet his quæ in contrarium adducuntur. Et idem Signorol. consil. 69. in quæstione, Blandisiæ &c. Paul. de Castr. consil. 322. viso puncto. in princip. in primo volumine. secundum nouisſimam impresſionem. Mart. Laud. in tract. de primogenit. versicul. quæro an valuerit consuetudo. vbi post Bald. in l. prima. versiculo, deinde quæro circa statuta permisſiua. num. 17. columna 11. C. de summa trinitate. & alios in locis per eum relatis, tenet valere statutum, quòd primogenitus in totum succedat, secundogenito penitus etiã in legitima excluso. Hanc etiam opinionẽ, quòd tolli posſit, dicit cõmunem Alexan. consil. 75. col 4. versicu. restat ad allegata in contrarium &c. in primo volumine. & Salic. etiam communem esse asserit (licet ipse nolit illi adhærere) in Auth.

nouisſi-

nouiſsima. quæſtione 11. Cod. de inoffic. teſtamen. Hanc etiam communem eſſe atteſtatur & firmat Deci. conſil. 19. diuino implorato præſidio, & pro tenui facultate. columna ſecunda & columna penultim. vbi autoritatib. & concord. pluribus comprobat. Et voluit Paulus poſt Bal. in l. prima. C. de inoffic. donat. quos refert & ſequitur Deci. d. conſil. 19. quòd valet ſtatutum quòd maritus lucretur integram dotem vxoris, etiam excluſis liberis prioris mariti dictæ vxoris, quò ad legitimam. Et hanc etiam eſſe communem, quòd ſtatutum in totum tollere poſsit legitimam, tenet deciſio Capell. Tholo. deciſ. 437. vbi Steph. Auffre. allegat infinitas autoritates. Et Corne. hanc partem ſequitur & communem aſſerit conſil. 210. in hac conſultatione. columna penultima. in primo volumine. vbi pluribus egregijs fundamentis comprobat, & allegat autoritates. & conſil. 111. videtur in hac. columna fina. in ſecundo volumine. & conſil. 150. circa præſentem. columna penultima. eodem volumine. vbi dicit quòd iſta eſt communis, & quòd ita eſt tenendum viua ratione, quicquid dicat Sali. in d. Authen. nouiſsima. & idem Corne. conſil. 115. columna 2. vbi egregiè comprobat & atteſtatur de communi. in tertio volumine. & allegat concord. & conſil. 123. licet. columna fina. in 3. volumine. & conſil. 150. hanc quæſtionem in fin. in 1. vol. cum varijs concord. ibi per eum. Contrariam verò opinionem, quòd non poſsit in totum tolli legitima per ſtatutum, ſed ſolùm diminui, tenent Iacob. de Beluiſ. in Auth. de hæred. & falcid. in princip. col. vlti. & Salic. in d. Auth. nouiſsima. quæſt. 11. ſentit Bald. poſt Cyn. in l. ſancimus. C. de nuptijs. expreſsius Alberic. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. col. pe. vbi examinat quæſt. Bald. in l. fina. §. ipſum autem. C. de bon. quæ lib. & Alexan. conſil. 55. viſo titulo quæſt. colum. fina. in ſecundo volumine. & ibi allegat concord. Et dicit hanc eſſe communem ſententiam Canoniſt. Barbatia in c. Raynutius. colum. 45. cum ſeq. verſicu. modò ſunt videnda. vbi latè examinat hunc articulum. extrà, de teſta. & conſil. 24. illud afferam in medium. in prima parte. &

Curtius

Curtius Senior consil.13.in fin. Rom.consil.16.in fin.cum concord.traditis per Corn.consi.123. licet.in fin.in 3. libr, & Alex.consi.75.visis diligenter. colum. 2.in 1.& Corne, consil.86. dominus Petrus, in primo volumine. Et latissimè Stepha. Auffre. in decis. Cap. Thol.decis.437.qui dicit hanc æquiorem & magis communem apud Canonistas, dicens bonum verbũ, quòd ita sæpè vidit seruari in practica. Quid ergo tenendum in tam dubitabili quæstione? Omissis quibuscunque ambagibus, mihi placet media sentẽtia, quæ etiam videtur magis communis, & ex mente Doct. ferè omnium, vt distinguamus: Aut talia statuta fiunt sine aliqua causa rationabili, &tunc non valent talia statuta tanquam irrationabilia.c.erit autem lex.4.distin.nec per talia tolletur ius petendi legitimam. Ita loquatur hæc posterior opinio. Aut talia statuta fiunt ex rationabili causa, & valẽt talia statuta, & in totum possunt tollere legitimam. Ita procedant infinita Doctorum loca, pro prima opinione allegata, volentia, quòd stante statuto, quòd filia non succedat patri stantibus masculis, filia non poterit petere legitimam: nam tale statutũ fit ex legitima & rationabili causa, scilicet ad conseruandum ius agnationis, nomen & arma domus, & ne hæreditas eat ad extraneam familiam. Ita etiam procedat, quod voluit Bal. & Paul.in d. l.1. de inoffi. donationib. & consulit Decius d. consi. 19. videlicet quòd valeat statutum, quòd maritus lucretur dotem exclusis liberis prioris matrimonij: istud enim statutum fit ex iusta & rationabili causa, scilicet vt viduæ citius reperiant maritos, quas (vt fit communiter) propter onera liberorũ prioris matrimonij, nisi cum maxima difficultate, viri in vxores ducere nolunt. Et hanc etiam rationem tradit Decius vbi suprà. Et si benè inspicias ferè omnes Consulentes in locis allegatis suprà in prima sententia, videbis qualiter loquũtur quando subest aliqua rationabilis causa statuti condendi. Intellige tamen quod dixi, quando subest causa valere statutum, & in totum tollere legitimam, verum esse, modò non absorbeantur alimenta: nam talia statuta non tollunt petitionem alimentorum aut dotis, quæ in locum alimen-

torum

torum succedit. l.quisquis. §.ad filias. C. ad leg. Iul. maiest. Nam cùm alimenta iure naturali sint debita à patre liberis.l.1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. nullo iure ciuili tolli poterunt l.iura sanguinis.ff.de regul.iuris.§.sed naturalia. Inst.de iure natur. Item talia statuta vtpote inuitantia parentes ad necem liberorum, non deberent valere: necare enim videtur qui alimenta denegat.l. necare.ff.de liber. agnos. & hanc concordiam & distinctionem tradit Bal.not. in d.l.cum lege. C.de sacrosanct.eccles.& clarius Ioan. de Imol.in d.l. Titio. §. Titio genero.ff.de cond.& demonst.& Ioan.de Ana.consi.4.vbi notabiliter loquitur. vbi etiam Bolog. in addit. Et melius quàm alius quispiam istam concordiam & distinctionem tradit notabiliter Curtius Iunior consil.10.colum.2. & dicit hanc esse communem sententiam, & ex mente quasi omnium Doctorum, qui tenent primam partem. Et etiam Panormitanus in dicto capit. Raynutius, in vltim. notab. vbi egregiè loquitur, & dicit deberi alimenta. Et Iacobus de Belui. in dicta Authentica, de hæreditate & falcid. qui dicit ideò tale statutum non valere, quia tolleret alimenta: vnde concludit saltem deberi alimenta. Et etiam Mart. Laud. in d.tract.primogenituræ, qui dicit quòd secundogenito debent dari alimenta, & omnia necessaria ad statum suum, stante statuto quod primogenitus succedat excluso secundogenito. Et ideò in casu omnium fermè consiliorum suprà in prima parte deductorum, quando viget statutum quòd stantibus masculis filia non succedat, dicunt Doctores, quòd filia quæ fuit dotata, non poterit succedere, nec petere legitimam, seu potius supplementum legitimæ: quia filiæ habent dotem quamuis non vsque ad legitimam. Itē interea alimenta eis præstanda erunt per hæredes, si nondum sint matrimonio collocatæ, secundum Bartolum in d.§. Titio genero. & Consulentes in locis suprà allegatis, & maximè Corneum & Curtium Iuniorem d. consi. 10. Nota hæc, quia nullibi ita cumulatè reperies.

Et facit quod not. Bart. in l.2. in fin. ff. si quis à parente fue. manu. & quod notat Bar. Imo. & alij in l. cùm auus. ff. de

4 *ff.de condi.& demon.ubi † illa lex loquens in filÿs,non habet locum è conuerso in patre.*

NONA PRÆSVMPTIO.

1 Testator plus dixisse, & minus scripsisse præsumitur,ne videatur alias succeſsiones suis prætulisse.

2 Filio de restituenda hereditate grauato, subintelligitur clausula,si decesserit sine liberis: & hoc præsumitur, ideò efficacioribus præsumptionibus tolleretur talis præsumptio.

1 *NOnò præsumitur,† plus à testatore dictum, & minus scriptum, suadente æquitate,ne videatur pater alienas succeßiones suis prætulisse.d.l.cùm auus.& l.cùm acutißimi.C.de fideicōmis.& l.generaliter.§.cùm autē.C.de* 2 *instit.& substi.† Et ideò cùm decisio dictarū legū sit fundata super præsumptione,videretur,quòd per efficaciores præsumptiones tolleretur,vt dicunt Anchara.consil.46.prima facie.& Soci.consil.191.licet difficulter. Et istud in se est verum,licet præsumptiones,quas Soci.refert in d.cons.non videantur mihi satis efficaces.*

PRÆSVMPTIO X.

1 Res quæ fuit patris, presumitur q; nunc sit filij heredis.

2 Filius viuo patre quasi dominus, & eadem persona cum patre reputatur.

3 Aestimum patris censetur filij æstimum.

1 *DEcimò præsumitur,† quòd res quæ fuit patris,nunc sit filij hæredis eius.l.siue poßidetis.C.de prob.Et pro hoc* 2 *facit,quia † filius,etiā viuente patre, dicitur quodammodo dominus.l. in suis.vbi Doctores.ff.de liberis & posthu. vnde in eo non habet locum vsucapio pro hærede.l.nihil.C. de vsucapio.pro hærede.l.2.§.filium.ff.eod.tit.Et facit fictio legis, per quam filius censetur eadem persona cum pa-* 3 *tre.l.fi.C.de impub.† Et æstimum patris,censetur æstimū filij,nisi sit emancipatus,vt est glo.in l.2.C.qui ætat.se excusant.lib.10.cum similib.per Ias.in d.l.final.*

¶ADDIT.

¶ ADDIT. Vide multa similia & egregia dicta arg. illius gl. per Ias. in l. sciendũ in prin. col. pe. & fi ff. qui satisd. cog. & hunc D. meum Alciatum in l. in suis. per multas col.

PRÆSVMPTIO XI.

VNdecimò, præsumitur pater filiũ suum sine dolo retinere ob paternam pietatem. l. 3. §. si eum. ff. de lib. homi. exhiben. vbi glo. exponit præsumi eum retineri ob gemi nam pietatem, scilicet quia homo, & quia pater: quod non consonat auribus: vnde tu lege, genuinam, vt intelligatur text. de ingenita pietate parentum erga filios.

PRÆSVMPTIO XII.

DVodecimò, non præsumitur pater ancillam suam velle liberam facere, filios verò ex ea susceptos relinquere in seruitute. §. si quis liberam. versi. neq; enim. in Auth. vt lib. de cætero. & ibi est tex. quòd filius naturalis potest vinculo seruitutis detineri versus patrem, si natus sit ex ancilla patris. Ad idem est tex. in l. 2. C. si mancip. ita fuer. alie.

PRÆSVMPTIO XIII.

1 Pater non præsumitur velle diminuere hæreditatem filij per legatum.

2 Pater non credens nasciturum sibi posthumum, si fecerit multa legata, nato deinde posthumo non debentur legata. Et quæ dicantur legata magna. Et quid si omnia simul iuncta, fuerint longè minoris valoris quàm dimidia patrimonij.

DEcimotertiò, non præsumitur † quòd pater velit diminuere hæreditatem filij per legatum. l. pen. & ibi not. ff. de iure codicil. Et propterea si pater nõ habens filios, fecerit magna legata, nato deinde posthumo, & testamento rupto, legata non sustinentur, vt est cõmunis conclusio in Authen. ex causa. vbi Bar. & alij. C. de liber. præter.

¶ ADDIT. Et per Alex. cõs. 41. viso tenore. col. pen. lib. 1. vbi allegat concord. plures. & cõs. 47. abundè. in 2. vol. col. 2. & seq. & Socin. in l. cùm auus. col. 14. versi. & pro hac opinione. nu. 37. ff. de cond. & demonst.

Secus si legata essent modica, quæ verisimile esset testatorem facturum etiam si filios haberet, vt per Angelũ in l. vxorem. ff. de manumis. testa. Pau. de Cast. & Iason in d. Authen. ex causa. & Socinus consi. 93. in penult. col. in 4. Et dicit Areti. in l. Titius. ff. de liber. & posthu. & in cons. 93. viso legato. in quinta col. quòd legata dicentur magna, & reuocabuntur, quando simul iuncta accedunt ad dimidiam patrimonij. arg. l. 2. C. de rescin. vend. Ego puto quòd istud consistat valdè in arbitrio iudicis, vt est de mente Angeli & Paul. & quòd legata non sustineantur, etiam si sint longè minoris valoris quàm dimidia: quod probatur. 2 *† Primò, arg. l. si vnquam. C. de reuo. donationi. vbi tex. loquitur de aliqua parte, & sic etiam modica, vt est gloss. in Cle. prima. de foro competen. quam ad hoc allegat Baldus in l. 1. C. de inoffic. donationib. Et idem tenet Barto. in l. Titia. §. Imperator. ff. de legat. secundo. Nam sicut ibi reuocatur donatio alicuius partis, quia donans non cogitabat se habiturum filios: eodem modo est in casu nostro, quia si testator cogitasset se habiturum filios, non fecisset aliqua legata.*

¶ ADDIT. Dispositio l. si vnquam. an procedat in donatione cuiuslibet partis, etiam minoris quàm dimidię, est maxima contentio inter Scribentes: sunt enim plures tenentes, quòd non habeat locum nisi in donatione omnium bonorum, vel maioris partis, saltem dimidiæ, quos referre laboriosum esset, sed vide per præceptorem & D. meum de Ripa, in repet. d. l. si vnquã. quæst. 7. interpret. lib. 3. & latius ac melius quàm alibi per And. Tiraquellum in repet. d. l. si vnquam. in verb. omnia vel partem aliquam. pag. 121. vbi per 16. pag. & vltra, hanc materiam examinat, & allegat ab vtraque infinitas Do. autoritates & loca. Contraria tamen sententia, videlicet quòd habeat locum etiam in minori parte quàm dimidia, est magis communis secundum præceptorem meum, quam tenent Bartol. & Bald. in locis hîc alleg. per D. Alciatum. Idem Bald. in d. §. Imperator.

Lud.

Lud. Rom. in l. sicut certi, columna 2. vbi & Pet. Philip. Corne. in fin. Cod. de testa. milit. Paul. consil. 435. super hoc puncto plura videntur facere &c. columna secunda. versicul. secundò facere videtur. in 2. volum. nouissimorum. Et Alexan. consil. 162. visis his quæ copiosè. in 6. volum. & consil. 71. consideratis his, lib. 4. Corn. consil. 11. in præsenti. columna 9. versicul. nam ex quo. lib. 3. & consil. 30. in hac, colum. 3. lib. 4. sentit Curtius Senior in consil. 49. memoriæ recolendæ. colum. penult. versicul. secundò ponderatis. & Iason in l. 1. colum. 2. C. de pactis, vbi etiam Decius. Quid autem in donatione certæ rei particularis, an dispositio d. l. si vnquam. tunc procedat? Dubitabilis est quæstio plus quàm præcedens: & plures reperiuntur tenentes non procedere: cuius sententiæ fuerunt omnes qui tenent dispositionem d. l. non habere locum nisi in donatione omnium vel maioris partis bonorum. Contraria tamen sententia, quòd habeat locum l. si vnquam est magis communis, secundum D. meum à Ripa, in d. l. si vnquam. quæst. 8. quam tenent omnes in locis præallegatis, & Bart. in d. §. Imperator. Alber. Bald. & D. meus in d. l. si vnquam. cum alijs concord. ibi per D. meum, & Tiraquellum in d. verbo, omnia vel partem. ad quem sufficiat remissio, ne chartas occupem. Intellige tamen communem tam in hoc casu quàm præcedenti, quòd d. l. si vnquam. procedat in donatione certæ rei particularis, vel quotæ etiam infra dimidiā, dummodo non sit tam modica res vel quota, quòd verisimiliter donans non destitisset à donatione propter cogitationem liberorū: tunc enim nòn procedat d. l. si vnquā. Esset autem absurdum, quòd propter tam modicā rem vel quotam, donatio reuocaretur. Et ita communiter restringunt ac limitant siue declarant communem sententiam Doct. vt per Alexan. d. consil. 71. & Corn. d. consil. 30. columna tertia. & consil. 206. viso suprascripto. colum. 8. versicul. concurrit etiam. in 3. volumine. & notat Socinus in repetitione l. cùm auus. columna 14. versicul. & pro hac opin. adduco in simili: nam Bald. &c. ff. de cond. & demon. Ioan. de Imol. in c. fi. col. 4. extrà, de donat. & Socin. cons.

22.col.3.in 4.lib.& consil.20.in facto proponitur.col.fin. in volu.vbi alleg.concor.& consil.93.testamentum.colum. pen.ad fin.in 4.volu.Dec.in l.1.colum.3.in 2.notab.C.de pact. & ibi Curtius Iunior, col.3.& D.meus Alciatus in verb.sustulerat.& D.meus à Ripa,in d.l.si vnquam.Arbitrabitur autē iudex quę dicatur magna res,aut modica res, considerata verisimili mente donatoris ex quātitate patrimonij, & qualitate personarum,ac numero liberorum: & sic colliget, an fuerit mens disponentis, quòd etiam si sciuisset se habiturum liberos, nihilominus donationem fecisset:vel non fecisset, si credidisset suscipere prolem. ita dicunt præfati Deci.Cur.Alciatus,Ripa,Alex.Socin.Corn. & alij in locis pręallegatis,& vltra illos idem voluit Barbatia in l.cùm acutissimi.col 45.C.de fideicommiss.& Corne.consi.4.col.4.in 3.vol.vbi dicit considerandum, vtrum donans vnum an plures susceperit liberos masculos,an verò fœminas.& sequitur D.meus à Ripa, vbi suprà. Magis enim,secundū eos,dissuadent à donando plures filij,quàm vnus filius:& magis filius,quàm filia:nam filiæ sufficit dos congrua, ex qua possit nobiliter & honorabiliter viuere, secundum statum personę suæ,vt etiam docet experientia. c.quàm sit.de elect.in sexto.Ista quæso not.perpetuò,quia nullibi ita expedita habes.

Confirmatur secundò per tex.in l.generaliter.§.cùm autem.in fin.C.de instit. & substit. vbi ratio,quòd pater non sit prælaturus extraneos filijs suis,habet locum etiā in legatis particularibus, & sic cuiuscunq; valoris sint. Tertiò comprobatur per rationem generalem positam in d.l.pen. ibi, quoniam non fuerit illi filio ablaturus. Certè est verisimile,quòd pater nedum rem magnam,sed ne paruam quidem velit auferre filio.Vbi verò pater haberet iam filios institutos, & nihilominus fecisset legata: nato deinde posthumo, tunc supradicta opinio Are.posset vtcunq; procedere.Circa quod tamen dic vt habetur in d.l.pen.& per Bar. & Doct.in l.cùm pater.§.cùm æstimaret.ff.de legat.2. Et consi-

considera rationem d. Auth. ex causa. cur legatarij qui sunt minus dilecti à testatore, consequantur sua legata, hæres verò scriptus, qui erat magis dilectus, in totum excludatur, & nihil habet.

PRÆSVMPTIO XIIII.

DEcimoquartò, non præsumitur in dubio mater, quæ nō diligit filium. c. afferte. inf. eod. vbi ponitur exemplū Salomōis. Et simile ponit Tranquill. in Claudio, quòd Claudius Imperator mulierem negantem, nec agnoscere volentem filium, compulit ad confeßionem, mandando vt eum in maritum acciperet. Quæ tamen aliquem exhæredauit, præsumitur mater: quia exhæredatio in extraneo inepta est. l. quidam cùm filium. ff. de verbo. obliga.

PRÆSVMPTIO XV.

1 Quando prodigus præsumatur, quem pater prodigum in testamento nominauit.

2 Pater si simpliciter filium prodigum in testamento nominauerit, nil vlterius prouidendo super hoc, filij opinio grauatur apud bonos viros.

DEcimoquintò, † præsumitur prodigus, quem pater in testamento prodigum appellauit. l. pen. in fin. ff. de cur. fur. quod intellige esse verum, quando pater sano consilio illa verba profert, & super illo prouidet, puto quia dat curatorem: † alioqui ex simplici appellatione non oriretur efficax præsumptio iuris. l. his verbis. §. 1. ff. de hære. instit. & quod infrà dicam: sed tantummodo opinio filij grauaretur apud bonos viros. l. ea quæ. C. ex quibus causis infam. & sic esset infamis infamia facti. Adde tamen, quòd vt hæc infamia oriatur, requiritur quòd talis infamia emanauerit apud plures, vt per Abb. in c. 2. in 12. col. versi. ad vltimum. suprà, de ordi. cognitio.

PRÆSVMPTIO XVI.

1 Filius præsumitur iniustè exhæredatus à patre, ideò hæredi incumbit onus probandi ingratitudinem.

2 Donatio facta filio per patrem, non sustinetur prætextu assertionis factæ à patre attestante de aliqua causa, per quam donatio validatur: sufficerent tamen aliquæ coniecturæ.

1 DEcimosextò, † *præsumitur pater iniustè exhæredare filium, ex quo naturaliter filij sunt grati parentib. vt gloss. in l. fina. in princip. ff. de his quæ met. cau. Et propterea incumbit hæredi onus probãdi ingratitudinem. l. omnimodo. C. de inoffic. testamen. Est verum, quòd de iure veteri aliud erat, quia stabatur dicto patris. l. liberi. C. eod. tit. Sed cùm Iustinianus introduxerit certas causas tantũ, ex quibus filij possunt exhæredari. §. aliud quoq; capitulum. in Auth. vt cùm de appellatio. meritò hæres debet probare causam, per regulam l. qui testamentum. in fine. ff. de probat.*
2 *Vnde cùm † donatio inter patrem & filium non teneat regulariter, non statur assertioni patris attestantis de aliqua causa, per quam donatio sustineretur. l. si fortè. ff. de castr. pecul. per gloss. & Docto. in l. si donationem. C. de colla. & quod not. Socin. consilio 23. in 4.*

¶ ADDIT. Hoc indubitatè verum crederem, si in tali donatione non interuenerit iuramentum: & ita intelligantur notata per Doct. in d. l. si donatione. Alioqui si in donatione iuramentum interuenerit, tunc dubitarem ne assertioni paternæ circa causam donandi staretur, vt puta circa benemerita, quæ pater asseuerat accepisse à filio: vt per elegantia & stringentia fundamenta comprobat D. meus à Ripa in l. si vnquam. quæst. 15. versi. sed hîc dubito de vno. C. de reuoc. dona. vbi concludit, quòd si pater fecerit donationem filio propter benemerita, & iuramento firmauerit talem donationem, quòd statur assertioni patris circa merita, & sic circa causam ob quam donatio sustinetur, & erit donatio remuneratoria. & ibi ostendit Bart. in l. cùm quis decedens. §. Titia. de leg. 3. illud sentire, & respondet quibusdam

busdam fundamentis Alex. in d. l. si donatione. contrarium sentientis: & ita dicit se consuluisse, & ita reperio responsorum suorum lib. 3. cons. 9. col. fi. Pulchris rationibus cõsuluit etiam Corn. consi. 104. circa prin. lib. 2. in fortioribus terminis, quòd licet donatio inter virum & vxorem non valeat, vt explorati iuris est, tamen si in tali donatione interueniat iuramentum, statur assertioni donatoris circa benemerita, quæ accepisse à donatario coniuge asserit. Et vide quæso illius rationes, quæ multum faciunt ad intelligentiam huius materiæ, & præceptor meus ferè omnia eius motiua inde accepit. Videtur etiam sentire idem Areti. consil. 74. col. 3. & Iason. in d. l. si donatione. & Ang. in l. penul. §. mulier. solut. matrimo. quem refert Alexan. consil. 68. consideratis. in 3. lib.

Credo tamen, quòd sufficerent leuiores probationes, puta per coniecturas tantùm. pro quo fac. quod not. Bald. in l. iubemus. 2. C. de sacrosanct. ecclesijs. vbi si episcopus donat alicui in casu aliàs prohibito, prætextu remunerationis, satis est illa merita probari per coniecturas. alleg. Guil. de monte Laudu. in Clementin. 1. de reb. eccle. non alie. Tu pro hoc pondera tex. in l. etiam. §. 1. ibi, æstimare debebit iudex. ff. de manumiss. vind. Ad idem fac. quod not. Butr. & Abb. & sequuntur alij, in c. quamuis. infrà, de re iudic. † vbi confeßio patris nocet filio, etiam quò ad legitimam, quando vltra talem confeßionem concurrit verisimilis coniectura, quòd confeßio sit vera, puta ex qualitate personæ & verisimilitudine debiti: non tamen sufficeret simplex assertio patris, etiam cum iuramento, vt dicit Alexan. in d. l. si donatione. reprobando Bald. ibi tenentem contrarium. 3

¶ ADDIT. Vide ibi Cor. & Deci. & Sal. in l. hac edictali. q. 7. de secund. nup. egregiè Rom. cons. 44. ex suprà narrato. col. 2. & consi. 293. Christi nomine repetito & Aret. cõs. 74. col. 3. Alex. latissimè consi. 18. consideratis his. in 3. lib.

Fel.in c.si cautio.col.24. vers. sed est aduertendum, de fid. instr. Deci.cons.202.col.1.& 2.& iste D.Alciatus in l.pacta quæ contra.in quinta specie. C.de pact.

Confirmatur per not.per Sal.in l.si mater.C.de contrah. empt. Alex.consi.18.consideratis his.in 3.vol. Deci.consil. 202.vt præsens.in pen.col.concludunt, quòd licet confeßio facta inter personas prohibitas, præsumatur facta in fraudem.tamen ista fraus tollitur per contrarias coniecturas, vt ibi per eos.

¶ ADDIT. Accedat prædictis: nam licet confessio siue assertio benemeritorum inter personas prohibitas, non propterea inducat donationem remuneratoriã, nisi probētur benemerita, vt per gl.& communiter Doct.in d.l.si donatione.& in varijs locis, vt ibi per Cor.& Deci. tamē hoc casu sufficient illi donatario probare volenti benemerita, leuiores probationes, quàm si nulla prorsus assertio interuenisset: quinimò sufficient cum tali assertione verisimiles coniecturæ.ita notabiliter Deci.in d.l.si donatione.colum. 6. versicul. addo duas. & consuluit in pulchro casu Ang. consil.341.pater emit, &c. Hippolyt.de Mars. singu. 610. non statur assertioni.& Alex.d.consil 18.& Bal. consi. 66. inter virum. libr. 1. Guido Papæ in l. si voluntate. C.de dotis promissio.

4 *Et propterea in contingentia facti, stante † prædicto statuto, quòd pater teneatur descendentes suos æqualiter tractare, vidi dubitari, cùm pater alteri filio minus reliquisset: quia in testamento asserebat, quòd ille habuerat tales & tales pecunias, quas luserat, seu comessauerat, vel soluerat pro condemnationibus fiscalibus: nunquid standum esset tali assertioni, concurrentibus aliquib.coniecturis, puta, quia in rationibus testatoris ita apparebat, & ex moribus eius erant verisimiles, & etiam maior pars quantitatum verificabatur per testes? Et videtur, quòd sic, per supradicta, & quod no. Paul.de Castr. in consi.350. ad benè examinandũ.*

in 2.

in 2.colum.in 1. Angel.de Aret.in §.actionum. Institut.de actionib. Corn.consilio 81.in penultim.col.in 4. vbi † statur libro tutoris, de expensis pro pupillo factis, quando sunt verisimiles: & maior pars verificatur. Et ratio est, quia tali casu sufficit probatio præsumptiua, & per coniecturas: licet Iason in repet.l.admonendi. in 55.col.ff. de iureiur. generaliter intelligat, & malè. 5

PRÆSVMPTIO XVII.

1 Auus præsumitur dotare neptem contemplatione filij.
2 Dos data ab auo nepti, an debeat per neptem imputari in legitimam, quam debet habere in bonis patris: & numer.3.
4 Dos data nepti, an sit computanda ipsi filio in legitimam, latissimè disputatur.

DEcimoseptimò, † præsumitur auus dotare neptem contemplatione filij.l.dedit.ff.de collat. Et propterea infertur, quòd † neptis debeat sibi computare istam dotem in legitimam, quam debet habere in bonis patris, vt dicunt Angel. Alex. & Modern.in l.in quartam.ff. ad legem Falcidiam. Angel.consil.78. Ioann. Philippi. Alexand. consil. 179.in 5. 1 2

¶ ADDIT. Idem vult præceptor meus D. à Ripa, in d. l.in quartam, nu.206 allegat idem velle Bart.in d.cons.131. primò arguitur.

Nisi † pater dedisset dotem contemplatione ipsius neptis, non autem propter filium.l.auus.ff. de iure dot. Istud autem cognoscitur, quando dos datur nomine ipsius neptis simpliciter, prout dicitur in d.l. auus. Secus est in dubio, vel si daretur nomine filij: quo casu procedit d.l. dedit dotem. & ita dicit gloss.in d.l.auus. & ibi Raphaël Fulg. dicit eam approbari à Doct. licet ipse non teneat, per d.l.dedit. 3

ibi, propter me filiæ meæ nomine dedit. Sed responde, quòd glossator fortè habuit in tex. meo nomine, quod mihi magis placet. Item illa, propter me, satis declarant intentionem aui. Et supradicta præsumptio procedit in dote, quam auus tenetur propter filium dare nepti. l. & ideò. §. fin. ff. de in rem verso. l. profectitia. §. si filiusfami. ff. de iure dot. Sed in his, ad quæ auus non teneretur, præsumitur potius datum contemplatione ipsius, quàm filij, vnde est aduentitium, vt est gl. in l. quæsitum. in prin. vbi Bar. & alij. ff. de leg. 1. & in l. qui in aliena. §. interdum. vbi Ias. latè. ff. de acquir. hæred. Alex. consil. 8. in 3. col. in 3. vol. Sed du-
4 *bia † quæstio est, nũquid dos data nepti, computanda sit in legitimam ipsi filio. Et Cy. in l. scimus. in 5. quæst. C. de inoffic. testa. dicit, quòd sic: quia dos processit de bonis aui, & prosecuta est filium, vnde imputatur. l. quoniam nouella. C. illo eo. tit. sequitur Alex. in d. l. in quartam. & Decius cons. 81. in 3. col. declarando vt non procedat, quando constaret, quòd dos esset data contemplatione ipsius neptis: quod mihi placet, per supradicta. Item quando filius non haberet de suo vnde dotaret: quia tunc videtur auus dedisse, vt satisfaceret proprio debito, vt ibi per eum: de quo dubito, vt infrà dicam.*

¶ ADDIT. Et de hac quęstione vide D. meum à Ripa, in d. l. in quartam. fol. 65. nu. 202. vbi etiam post Are. cons. 17. alio modo limitat opin. Cyni & sequaciũ, vt non procedat, quando dos data nepti, nondum erat reuersa ad patrem tempore mortis, vt quia adhuc durabat matrimonium neptis moriente patre: tunc enim non venit filio imputanda in legitimam, secundum glo & Bar. in d. l. dedit dotem. de collat. bon. & comprobat latè, vt per eum.

Contrariũ tenuit Bal. in Auth. ex testamento. col. fi. C. de colla. & in l. fi. in vl. col. C. de dot. promiss. Are. cõs. 17. in vl. col. Picus in d. l. in quartã. col. 101. pro hoc allegat tex. in l.

pater

pater filiæ.ff.de euic. vbi pater non tenetur ea conferre, ergo nec imputare in legitimam, quia aliàs istud esset modicæ vtilitatis. Tu considera pro eadem parte facere, quia aut filius non erat habilis ad dotandum, & tunc etiam Alex. concordat cum ista opi. quòd non imputetur ei in legitima. Aut erat diues, & habilis ad dotandū, & tunc onus non incumbit auo, sed ipsi, vt probatur in d.§.filiusfam. & in d.l.dedit dotem. & firmat Bald. in Auth. res quæ. col. fi. C. commu. de leg. Ergo cùm onus non incumbat auo, si det, non censebitur dedisse propter filium, iuxta not. in d.l. quæsitum. & in d.§.interdum.

¶ ADDIT. Idem tenet præceptor meus D. à Ripa, in d.l. in quartam. nu. 204. vbi hoc limitat, nisi auus in constitutione dotis iussisset neptem esse tacitam & contentam, & nil vltrà petere posse: tunc censetur dedisse dotem animo compensandi cum legitima, quæ peti posset in bonis suis, & sic patris contemplatione. l. si adulta. & ibi Bald. & Sal. not. C. de hæred. act.

Quid tenendum? Puto opinionem Cyni esse veriorem. Non obstat d.l. pater filiæ. quia text. loquitur de collatione tantùm, non de supplemento legitimæ. Et non est bona consequentia, non confertur, ergo non computatur in legitima, licet econtra sit. l. illud. & ibi Ias. in fin. C. de collat. per Bal. in d.l. quoniam nouella. in 1. oppos. C. de inoffi. testa. Præterea considerandum, quòd intellectus Aret. & Bald. est diuinatiuus ad illum text. quia ibi nihil dicitur quòd auus dederit dotem. Vnde tu aliter intelligas, quia text. procedit arguendo hoc modo. Nam videmus, quòd si filius emancipatus dotem dederit filiæ, & velit deinde ipse filius succedere patri, non tenetur illam conferre cum fratribus. l. 1. in fin. ff. de collat. dot. l. filium. ff. de collat. bon. Ratio est, quia nō est in eius bonis, vt ibi dicitur. Probatur ergo, quòd dos data filiæ, non dicitur in bonis patris:

ergo si sit euicta, non debet pater posse agere de euictione: quia res euicta, nō est sua amplius, nec habet aliquod ius in bonis suis ad eā. & ita voluit arguere Iuriscons. ibi: & sic non facit ad propositum nec Bal. nec Aret. quia dos illa in dicto casu non prouenerat ab auo, sed de bonis acquisitis per ipsum filium, qui etiam alienauit dando dotem filiæ. & deinde reperi, quòd ita tenet etiam Bulgarius Senensis in repe. l. 1. ff. sol. mat. Nec obstat ratio, quam suprà feci: quia dato, quòd donata nepoti, censeātur aduentitia, tamē istud potest limitari, nedum quando ad ea tenebatur auus, sed etiam quand tenebatur pater: quia videtur auus voluisse soluere pro filio. d. l. dedit. & d. §. filiusfamiliàs. Præterea licet Doct. vbiq; teneant supradictam conclusionem, tamen fortè non est vera, & contra eam videtur text. in l. vt liberis. C. de collat. capiendo eam generaliter, & sic inducendo. Nam mater, vel auia materna non tenentur dotare filiā, sed istud onus spectat ad patrem. l. neq; mater. C. de iur. dotium. Pone ergo, quòd auia materna dotet neptem, an præsumatur fecisse contemplatione filiæ, & sic, quod datū est, conferatur tanquam profectitium respectu filiæ, si neptis velit succedere matri? Certè sic, vt est ibi tex. & notat Richardus Malumb. Mar. Syllima. Albe. de Ros. quos refert, & sequitur Ias. in l. vt nemini. in 2. col. C. de colla. Et glo. in d. §. interdum. & in d. l. quæsitum. potest habere aliam rationem, si benè videatur. Et ex istis videtur etiam confundi declaratio Alex. dum dicit, quòd si filius est inhabilis ad dotandum, censetur auus soluisse dotem nepti, tanquàm æs alienū, vnde non imputat. Nam respondeo, quòd istud æs alienū spectat ad filium, propter cuius inhabilitatem ipse auus soluit: ergo videtur esse profectū ad filiū, & de filio in neptem. Et militat ratio Cyn. in d. l. scimus. Nec etiam videtur verū, vt non debeat aliquid imputari in legiti-

gitimam, quia solutum sit ex debito: nam videmus, quòd dos data filiæ à patre, imputatur in legitimã nepotibus, vt est communis conclusio in d. l. in quartam. & tamen pater dedit tanquã debitum: solùm ergo consideratur, an censeatur profectũ de bonis defuncti, ad bona succedentis, vel nõ. Et ita sequor opi. Cyni indistinctè, quam etiã tenet Fabia. in repet. Auth. nouissima. in 7. q. quæst. prin. C. de inof. test.

PRÆSVMPTIO XVIII.

1 Donata vxori per consanguineos mariti, præsumuntur donata contemplatione mariti, ideoque illi acquiruntur.

2 Data ambasiatoribus, nõ præsumuntur contemplatione principis data, sed sua ambasiatorum, ideò eis quæruntur.

DEcimooctauò, † donata vxori per consanguineos mariti, præsumuntur donata contemplatione ipsius mariti, & ideò illi acquiruntur. Ita Bar. Pau. de Cast. Alex. & Moder. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. per illũ tex. vbi arrogator, qui habet facultatem substituendi pupillariter in bonis à se profectis, potest etiã substituere in his quæ donata sunt per amicos, vel cognatos suos. Et si dicatur, istud est propter patriã potestatem, quia arrogatus statim ea quæsiuit patri: respondet Raph. Com. ibi, & melius in consi. 73. in pen. col. quòd ille tex. intelligitur etiam in donatis per amicos post mortẽ arrogatoris: quo casu non poterunt ei acquiri. Quæ responsio satis est extra verba textus, quia ille tex. simpliciter procedit, ampliando quod in principio dixerat de quarta (quæ propriè est de bonis ipsius testatoris) ad ista donata ab amicis. 1

¶ ADDIT. Hanc etiam sententiam Bartoli sequitur Ias. in l. vt liberis. C. de collat. in penul. col. & Angel. Arer. in §. fuerat. versic. quid erit de donationibus factis.

Instit. de actio. & Ioan. Lupus in solenni repet. Rub. de don. int. vir. & vxo. §. quadragesimoquinto. quasi per totum vbi dicit pro hoc facere bonum tex. in l. si quid earũ. §. in quibus. de leg. 3. inducendo vt per eum: quem omninò vide latissimè de hac materia tractantem, & hanc præsumptionem pluribus fundamentis roborantem & limitantem: vbi etiam respondet his quæ pro contraria opin. adducuntur.

Contrarium in effectu tenuit Bald. in l. cùm ante. C. de dona. ante nupt. Ang. & Rom. in l. vt liberis. C. de collat. Raph. Com. & Aret. in d. §. in arrogato. & consuluit Rom. consi. 172. in proposito themate. per l. si seruus. ff. de don. inter vir. & vxo. ad quem respondent Mod. quòd ex quo ibi maritus volebat donare vxori, est etiam verisimile quòd fratres vellent illi donare, non autem quòd acquirerent ipsi marito. Quæ responsio non satisfacit, quia non est verisimile quòd illi fratres habuerint respectum ad donationem mariti, quam sciebant iure improbari. l. leges. C. de legi. Vnde mihi placet ista secunda opinio. Et moueor primò, quia videmus quòd donata per auum nepoti, censentur aduentitia, nec acquiruntur patri, vt est communis conclusio in l. quæsitum. in prin. ff. de legat. I. & suprà dixi. Certè idem debemus dicere à fortiori in isto casu: quia facilius filius acquirit patri, quàm vxor marito. Secundò moueor, † quia data ambasiatoribus, non præsumuntur data contemplatione principis, sed sua, & eis quæruntur, vt est communis opin. in l. si verò. §. item quicquid. ff. sol. mat. vt per Alex. in d. §. in arrogato.

1

¶ ADDIT. Et vide de his ambasiatoribus, & de hoc dicto, Ioan. Lupum in repet. Rub. de donat. inter virum. §. quadragesimoquinto. col. 2. & 3.

Et licet dicant, quòd istud est propter consuetudinem, quia solent dari munera legatis. l. diuus. ff. de bonis dam. certè

certè etiam videmus quòd sanguinei solent dare munera sponsis. Tertiò, ego non video in iure quomodo probetur, quòd dando aliquid vxori, quæratur marito: non enim promißio fit illi, non traditio: quomodo ergo potest dici, quòd sint mariti? l. traditionibus. C. de pactis. Et casus specialis est, quòd mulier censeatur acquisiuisse de bonis mariti. l. Quintus. ff. de donationibus inter virum & vxor. ad euitandam turpem suspicionem: quæ ratio cessat in casu nostro. Vnde dato, quòd sit verum, quòd acquisiuerit contemplatione eius, non sequitur, ergo debet illi restituere. Et ista quæsita tali contemplatione, solùm sunt consideratione in filijsfamil. quia quicquid acquirunt, patri acquirunt: & ita loquitur d. l. cùm oportet. in princ. C. de bo. quæ libe. & d. §. in arrogato. In quo etiam est aduertendum, quòd ibi agebatur in aliquali fauore pupilli, quòd pater posset sibi substituere pupillariter, nedum in bonis à patre prouenientibus, sed etiam à cognatis vel amicis: nec propter hoc ipse illis priuatur. quod non est in casu nostro, vbi mulier etiam viuens cogeretur restituere marito.

¶ ADDIT. Et pro hac vltima sententia, quòd non acquirantur marito, sed vxori, quamuis à cõsanguineis mariti donatio processerit. fa. tex. in l. si mater. C. de dona. ante nup. quem sic allegat. & ad hoc inducit Bald. consi. 215. facta super quib. in 4 lib. Idem probat text. in l. si consentiente. eod. tit. de don. ante nup. vbi si sponsus donauit sponsæ mancipia matris ipsius sponsi, ea consentiente, erunt propria ipsius sponsæ, & illa transmittit ad suos hæredes. Ecce quomodo donatio in effectu fuit facta à matre sponsi, cuius mancipia erant: sed nihilominus efficiuntur sponsæ, cui donata fuerunt.

PRÆSVMPTIO XIX.

1 Supposita non præsumitur, quam ambo parentes habent sibi charam.

2 Matri

2 Matri asseueranti filiam suppositam non creditur.

1 DEcimononò, † *non præsumitur supposita esse, quam ambo parentes habent sibi charam. l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæst. Et propterea in tali casu requirerentur manifestiores probationes, ex quo accusator haberet talem præsumptionem contra se, iuxta not. in l. fin. ff. quod met. caus.* 2 *Imò etiam si mater † asseueret filiam suppositam, non crederetur eius dicto. l. fin. ff. de probat. Bald. consili. 74. in 1. vol. Et quod not. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. de filio fatuo, qui ad simplicem assertionem matris attestantis quòd non erat filius regis, renunciauit regno.*

¶ ADDIT. Idem notat Cy. in l. si vicinis. C. de nupt. & Floria. de S. Pet. in d. l. fi. §. 1. per illum tex. de proba. Hippol. in l. 1. §. ad quæstionem. ad fin. ff. de quæst. faciunt latè tradita per Felinum post alios in c. per tuas. col. 3. & 4. extrà, de proba.

PRÆSVMPTIO XX.

1 Affectio præsumitur in coniunctis.

2 Minor si permiserit labi annum & diem sibi datum ex forma statuti ad luendum rem paternam, potest petere se in integrum restitui.

1 VIgesimò, † *præsumitur affectio in coniunctis. l. cum seruus extero. ff. mand. vbi probatur, quòd talis affectio habetur in consideratione in iudicijs bonæ fidei: de quo dicendum est, vt dixi in tractatu meo, quod interest. Et ista affectio est sufficiens etiam ad restitutionem in integrum. l. si in emptione. ff. de minor. per quem text. probatur,* 2 *† quòd si minor permiserit labi annum & diem sibi datum ex forma statuti ad luendum rem paternam, sibi competit restitutio in integrũ aduersus lapsum illius temporis, quia præsumitur læsus ex verisimili affectione, quòd res fuerit paterna. ita tenent Moder. in l. repet. quatenus. in 11. col. de regul. iur. & in l. dudum. C. de contrahen. empt. col. 1.*

PRAE-

PRÆSVMPTIO XXI.

1 Contraxisse metu non præsumitur, qui contraxit interuenientibus affinibus & consanguineis.

2 Tutores quando aliquid faciunt pro pupillis, ne postea teneantur, faciant ponere in instrumento, quòd illud est actum coram consanguineis pupilli. Intellige & restringe vt ibi.

VIgesimoprimò, † non præsumitur per metum contraxisse, qui contraxit interuenientibus affinibus & consanguineis suis. l. transactionē quæ dominij. C. de transacti. vbi Doct. gloss & Bald. in l. Polla. C. de his quib. vt indign. & Doct. in c. causam matrimonij. suprà, de offic. legat.

¶ ADDIT. Vide etiam Bar. in l. frater à fratre. col. penul. versi. tertiò quæro, quid in contractu emptionis. ff. de cond. inde. & in l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. Alexan. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore ff. solut. matrimo. Decius notabiliter consi. 232. dura. col. 2. & cons. 219. viso puncto. vbi etiam limitat & allegat Ang. consi. 215. thema tale. col. fin. Adde etiam Soc. consi. 263. capio primum. col. 6. versi. sed adhuc videntur. in 2. lib. & Steph. Bertr. consil. 4. visis hinc inde. col. 6. refert & sequitur Tiraquel. in repe. l. si vnquam. in verb. susceperit liberos, pag. 298. nu. 297. C. de reuoc. donat. etiam limitantes hanc præsumptionem procedere, dummodò adsit præsentia plurium (saltem duorum consanguineorum, alioqui non sufficeret vnius præsentia.) Adde etiam, quòd ex hac præsumptione colligitur ratio illius statuti, quòd in contractibus mulierum vel minorum requiratur præsentia duorum propinquorum: ea enim est ratio, quia propinquorum præsentia arguit omnem dolum & metum abesse. hanc rationem tradunt Bart. Bal. & Ias. in d. l. transactionem. Adijce, quòd sicut qui præsentibus consanguineis contraxit, non præsumitur metu contraxisse, vt dixi: ita qui præsentibus consanguineis testatus est, non præsumitur dolo vel metu inductus ad testandum, secundum Bar. in l. fin. ff. si quis aliq. test. prohi. & Bal. in l. 1. C. illo tit.

Facit

Facit quod notat Barthol. Veronen. in caut. 24. inci. ratione. vbi consuluit † tutoribus, quòd quando aliquid faciunt pro pupillis, ne postea ipsi teneantur, quòd faciant scribere & apparere in instrumento, quod est factum coram amicis & consanguineis pupilli. alleg. Bald. in d. l. Polla. & sequitur Cur. in consi. 43. in sexta col.

¶ ADDIT. Præsentia enim consanguineorum facit præsumi dolum abesse in tutore, secundum Paul. & Iaso. post Bal. in d. l. Polla. Bald. in c. 1. col. 8. qui feud. dare pos. Ias. in l. 1. ad fin. C. de transactionibus.

Quod dictum non potest esse verum, alio non probato: aliàs si essemus in casu, in quo lex præsumeret dolum tutoris, de quibus not. in l. etiam. C. si tutor interue. non crederem quòd simplex præsentia propinquorum excusaret, quia verisimiliter ipsi potuerunt sequi consiliũ tutoris, ad quem principaliter pertinebat. argu. l. fin. ff. vbi pupill. educari deb. & l. 1. §. denunciare. siue fin. de ventre inspicien. Nec tex. in d. l. transactionem obstat: quia loquitur in metu, in quo est differentia à dolo, quia potest aliquis etiam apertè, & coram populo decipi. l. 1. in prin. ff. de dolo. quod non est in metu. Præterea, sicut ibi non obstante tali præsentia, admittuntur probationes apertißimæ, vt dicit gloss. Bald. & Doct. ergo idem de præsumptionibus iuris, quæ illis æquipollent. l. licet Imperator. cum concor. ff. de legat. 1. vt suprà dixi.

¶ ADDIT. Quòd dictum est præsentiam amicorum seu consanguineorum facere præsumere dolum & metum abesse, extende vt idem operetur præsentia iudicis, secundum Bar. in d. l. frater à fratre. versi tertiò quæro, quid in cõtractu emptionis. col. penu. & Bart. in d. l. 1 C. de præd. decur. & Imo. & Ang. in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebel.

PRÆSVMPTIO XXII.

1 Consanguinei & affines non præsumuntur omissuri defensionem consanguinei sui. 2 Con-

2 Consanguineus non præsumitur indefensus, ex quo verisimile est quòd saltem consanguinei vel affines eum defendent.

3 Consanguinei prius admittuntur ad tutelam, & omnibus præferuntur.

4 Vitricus si petatur à priuigno in curatorem, an præferatur consanguineis contradicentibus & curam volentibus.

5 Præsumptio non est contra accusatum, quamuis consanguinei impediant examinationem testium.

Vigesimosecundò, † præsumuntur consanguinei & affines non omissuri defensionem consanguinei sui. l. hæc autem. §. 1. ff. quib. ex caus. in possessio. eat. Ex quo sequitur, † quòd non præsumatur indefensus, ex quo verisimile est, quòd saltem affines vel amici eum defendent, vt not. Bald. in l. 3. §. si reus. ff. iudi. sol. & per Bal. in Rub. C. de suc. edi. Et propterea, vbi agitur de vlcisce͂do mortem eius, illi debent cæteris in accusatione præferri, etiamsi paupe-res. l. si plures. ff. de accus. vbi gl. Et ex hac † ratione prius etiam admittentur ad tutelam. §. ex his. in Auth. de hæred. ab intest. venien. Dicit tamen Huber. de Bobio, quam refert & sequitur Alberi. de Ros in l. fina. de contra. iudi. tutel. quòd † si adultus petat vitricum in curatorem, & agnati contradicant, quia velint ipsi præferri, quòd tamen debet iudex constituere vitricum. & ita dicit se obtinuisse de facto. Et istud ego puto verum, nisi iudex cognosceret adultum istud petere per imprudentiam & simplicitatem, quia tunc poterit ex iusta causa præferre consanguineum. l. 1. in fin. ff. de minor. Et ad supradicta facit, quia non præsumuntur colludere, qui suam, vel suorum iniuriam accusando prosequuntur. l. 1. C. de fals. l. 1. in fin ff. de Carb. edict. Adde tamen quod not. Bald. in l. 1. in fin. C. si qua. præd. potest. vbi dicit, † quòd non est præsumptio contra

E aliquem

aliquem accusatum, quamuis sui consanguinei impediant examinationem testium, vt per Abb. antiq. in c. constitutus. suprà, de testib.

PRÆSVMPTIO XXIIII.

1 Frater non præsumitur odio persequi fratrem, imò est verisimile quòd alter alterum diligat.

2 Frater an & quando sit legitimus testis in causa fratris, & quando non.

3 Debitor qui vbi cessit non satisfecit creditori, dicitur illum iniuria afficere.

4 Executor cui testator mandauit quòd satisfaciat de omnibus iniurijs, debet satisfacere pro debitis, quorum dies iam venerat.

5 Conseruatores qui secundum bullam debent cognoscere contra iniuriantes monasterijs, an poterunt compellere ad solutionem debitores nolẽtes soluere.

6 Frater testificans pro fratre, non est testis omni exceptione maior.

7 Iniuria quæ fit à frate fratri, dicitur grauior quàm quæ fieret ab alijs.

8 Pater debet fratres æqualiter tractare, ne inter eos oriatur inuidia: ideò in dubio fit interpretatio pro eorũ æqualitate.

9 Sed an idem vbi agitur de bonis ipsorum fratrum.

1 *VIgesimoquartò, † nõ præsumitur odium inter fratres, imò est verisimile quòd alter alterũ diligat. c. literas. infrà, eod. †* 2 *Ista tamen præsumptio non impedit, quin frater sit idoneus testis in causa fratris, vt per Bar. in l. qui testamento. ff. de testa. nisi in ea causa ageretur etiam de interesse suo, puta, quia litigaretur super bonis communibus, aut tractaretur de iniuria illata fratri: quia censeretur etiam illata ipsi. l. lex Cornelia ff. de iniurijs. vel essemus in causa valdè graui, puta criminali, vel ciuili magnæ importantiæ, vt per Moder. in d. c. literas.*

¶ *AD-*

¶ ADDIT. Adde glos. not. vbi Inno. & Imol. in c. insinuante. de of. dele. Bal. & Sal in l. parentes. C. de prob. Fel. latè in c. in literis. col. fi. extrà, de test. latius in c. cùm oporteat. vbi etiam alij scrib. col. 3. 4. & 5. de accus. & in d. c. literas. cum concor. ibi traditis. & Steph Bertran. consi. 212. supposita. col. 4. in 1. vol. nouissimorum. & per Alexan. in addi. Bart. in d. l. qui testamento. §. 1. vbi etiam And. Pomate in nouissimis addit. Qui omnes limitant, dummodò non sint sub potestate eiusdem patris, vel nisi simul habitent. per gloss. in d. l. parentes. & gl in c. consanguinei. 3. quæst. 5. Quòd autem dictum est fratrem in causa criminali non fore testem idoneum pro fratre, vt etiam consuluit Alex. consi. 70. viso processu. col. penul. in primo. limita non procedere circa probandum defensionem: est enim tunc frater legitimus testis in causa defensionis fratris, in causa criminali, mota criminaliter, & per modum inquisitionis, vel ad instantiam fratris. Ideò frater impetitus de homicidio, potest probare per fratrem quòd fecit homicidium ad sui defensionem. Ista tradunt Bal. & apertius Salic. in d. l. parentes. Alex. not. consi. 212. visis & discussis. col. fin. lib. 2. & consi. 119. viso processu inquisitionis. col. 2. in 7. vol. & consi. 4. ad fin. in 6. vol. Aret. in maleficijs, in verb. & dictus Titius se defendendo. col. 7. vers. quæro sicut &c. Feli. in d. c. cùm oporteat. in 5. not. versi. 5. limita nisi frater. Flori. in l. testis idoneus. ff. de testi. Hipp. in l. vnius. §. cogniturum. vers. videmus etiam quòd frater. num. 52. de quæst. & sing. 508. tractant Doctores.

Sed tu aduerte, quia etiam in causa modica pecuniaria, videretur fratrem admitti non debere: nā † lapso tempore non satisfaciens creditori, dicitur eū afficere iniuria: quia iniustè & dolosè agit, qui retinet alienū. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. Et propterea dicit Specu. in ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. versic. 73. de hoc autem quæritur, quòd † executor, cui testator mādauit quòd satisfaciat de omnibus iniurijs seu forfactis, debebit satisfacere creditoribus 3 4

pro debitis, quorũ dies venerat, viuente testatore. Ad idem quod notat Guid. Papæ in decis. Delphi. quæstio. 18. in fin.
5 *vbi dicit, † quòd cùm in Bullis Conseruatorum dicatur, quòd cognoscant contra iniuriantes monasterijs &c. quòd poterunt compellere ad solutionem debitores nolentes soluere, ex quo illi non satisfaciendo dicuntur iniuriari. Modò hoc stante, videretur fratrem debere reijci à testimonio, ex quo non est idoneus testis, vbi agitur de iniuria quæ fiat fratri, vt suprà dictum est. Sed responde, quòd non est idoneus, quando capitur iniuria in specie, pro contumelia vel conuitio. & ita procedit d.l. lex Cornel. non quando capitur in genere, pro omni eo quod non iure fit, secundum l.1. in princ. ff. de iniur. Nam non credo istum debitorem non soluentem dici facere iniuriam in specie, sed in genere tantùm. Et propterea decisio Guid. Papæ non est vera, & confunditur per text. in c.1. infrà, de offic. delega. in sexto. & per rationem, quia in rescriptis verba capiuntur in specie. c. Rodulphus. suprà, de rescr. Aduerte tamen, † quia li-*
6 *cet frater testificetur pro fratre, non tamen est omni exceptione maior, vt per Bal. in l. fi. in 2. col. C. de prob. & erit arbitrarium iudici, quam illi fidem adhibeat, iuxta illud, tu magis scire potes. l. 3. §. 1. ff. de testib. & ita dicit Specul. in tit. de teste. in 2. col. §. 1.*

¶ ADDIT. Ita etiam declarat Alex. consi. 13. ex his quæ in themate. col. penul. in primo vol. Fel. in c. cùm oporteat. in 5. notab. de acc. Idem Fel. in c. literas. col. 2. vers. prædicta limita de præsum.

7 *Adde etiam ad supradicta, quòd † iniuria quæ fit à fratre fratri, dicitur grauior, quàm si fieret ab alijs. l. cùm oportet. vbi Cyn. Bal. Paul. de Cast. C. de bon. quæ lib. & inter*
8 *fratres de facili oritur discordia: vnde † patres debent eos tractare æqualiter, ne crescat inuidia. l. fin. §. sin autem. C. de bon. quæ liber. & l. cùm pater. §. euictis. ff. de legat. 2.*

¶ AD-

¶ ADDIT. Vide Lucam de Penna in l.cùm allegas.col. 2.de castren.pecul.milit.lib.12. Corn.consi.128.col.1.in 4. Dec.consi.250.casus de quo in fine.

Vnde in dubio fit interpretatio pro eorum æqualitate. l.vt liberis.l.illud.C.de colla. † *Sed nunquid idem est, vbi agitur de bonis ipsorum fratrum, puta quia aliquis instituit hæredes ambos fratres suos? Putarem quòd sic, quia eadem ferè ratio militat: & quia ex paritate gradus præsumitur paritas amoris.d.l.dedit.de colla.bono.* 9

PRÆSVMPTIO XXIIII.

1 Incontinens an præsumatur ille, cuius pater fuit incontinens.

2 Statuti disponentis, quòd in certis casibus filius teneatur pro delicto patris, quæ sint rationes.

3 Rationes duæ vbi sunt in statuto, sublata vna ratione, militante alia, adhuc militat statutum.

V Igesimoquartò, † *præsumitur incontinens ille, cuius pater fuit incontinens, vt per Ioan. Andr.in c.semel malus.de regu.iur.in sexto. & probatur in c.1. & in c.si gens Anglorum.56.dis. Sed ista præsumptio inducit solùm suspicionem, præterquam in casibus, in quibus est à iure approbata: veluti in d.c.1. & vbi propter delicta patrum filij puniuntur, vt in §.quod autem.ea. dist. & text.in l. quisquis.§.filij.C.ad l.Iul.maie.vbi in filijs paterni criminis exempla metiuntur. Et istud notandum est ad* † *statuta disponentia in certis casibus filium teneri pro crimine patris: nam non habent solam illam rationem, quòd illud sit, quia pater facilius abstinebit à tali delicto, si videat etiam filios suos puniri, vt per Bart.in l.iure prouisum.C.de fabricensib.li.10. & Anch.in repet.c.primi.si prà.de constit.in 11.principali quæstio.col. septima.sed etiam, quia præsumitur filium talia facturum, per supradicta. Et propterea licet cessaret prima ratio, puta quia probaretur pa-* 1 2

trem fuisse inimicum capitalem filio, de quo per Deci. consi. 64. tamen militaret ista secunda. Et facit, quia statuentes præsumuntur moti pluribus rationibus, non autem vna tantùm, vt dicit Salic. in l. quamuis. C. de fideicommis. & 3 † vbi statutum habet duas rationes, quamuis vna deficiat, tamen militat adhuc dispositio, vt dicit Sal. in l. si serui. C. de noxal. quem sequitur Alex. in l. si constante. in quinta col. ff. solut. matrimo.

¶ ADDI. Quoties enim alicuius dispositionis sunt plures rationes finales, vna cessante, non tamen cessat dispositio. §. affinitatis. Instit. de nup. text. cum glo. & ibi etiam præceptor meus à Ripa, in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuil. cre. gloss. not. in l. si quis ad exhib. ff. de excep. rei iudic. & Bar. per illum tex. in l. liberorum. §. 1. ff. de his qui not. infam. Limita tamen & declara vt per Panorm. in c. quoniam. §. porrò. versi. sin autem. per illum text. extrà, vt lite non contest. quem refert & sequitur Ias. in l. in testamento, col. 14. C. de testa. mili. & vide de his Nicolaum Præsidem in centuria sua locorum legalium, fo. 16. vers. & fo. 56.

Sed tamen cùm sumus in materia pœnali, melius est capere mitiorem præsumptionem, & sic, quòd ista secunda non sufficiat, nisi adsit prima præsumptio, de qua in d. l. iure prouisum, quæ est efficacior. fa. l. si familia. ff. de iurisdict. om. iudi. & glo. in l. fin. in verb. autoritas. ff. de diuortijs. Et ita limitatur illud dictum Saliceti.

PRÆSVMPTIO XXV.

1 Acquisita per vnum ex fratribus simul post mortem fratris habitantibus, an præsumantur acquisita de communi.

2 Societas quando præsumatur inter fratres simul habitantes, & quando non.

3 Societas dicitur leonina, & non valet, quando vnus sociorum potest lucrari, & nihil perdere.

4 Fratrum vnus ex simul habitantibus si in libris suis fecit

cit domum creditricem, & se constituit debitotem de aliqua summa, an iste actus declaret animum suum non esse quòd sit contracta societas.

5 Doctor qui post mortem patris simul cum fratribus habitauerit, & multa bona acquisierit ex quasi castrensi peculio, an illa sint communia, an sua tantùm.

Vigesimoquintò, † quæsita per alterum ex fratribus simul post mortem patris habitantibus, præsumuntur de communi. arg. l. si fratris. ff. pro socio. & per Specu. in tit. de iudi. §. sequitur videre de communibus iudicijs. Sed aduerte, quia ista est alta quæstio, quam posuit Bart. in l. Titium. §. altero. ff. de administ. tut. & Bal. in l. si patruus. C. communia vtriusque iud. Ias. in l. 1. C. qui testamenta facere possunt. Et communiter concluditur, † quòd si simul cum hæreditate indiuisa post mortem patris vixerint, lucra communicauerint, de superlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, præsumi societatem. 1 2

¶ ADDIT. Vltra Alex. & Lud. Rom. Anchar. & alios plures in varijs consilijs allegatis per Ias. in l. 1. C. qui testa. fa. poss. vide Paul. consi. 349. ex die quo. in 1. volu. nouissimorum. Cor. consi. 24. visis nonnullis. col. 2. in primo vol. & consi. 27. in hac. col. 2. in 2. & consi. 299. præmittendum. in 4. lib. & consil. 122. circa præsentem. 2. lib. Soci. consil. 4. in 4. lib. Cepol. in consilijs ciuilibus, consil. 40. quidam A. Deci. consi. 66. de duobus. vbi per duas col. & consil. 86. pro resolutione. vbi allegat plures concor. & consi. 21. viso puncto. in prin. vbi ponit quæ requirantur ad hoc vt dicatur contracta inter fratres illa tacita societas. Et idem ponit consi. 628. in casu de quo. & consi. 548. visa consultatione. & Steph Bertr. in cōs. 39. Christi in primis. latissimè col. 2. & 3. & consi. 27. ex casu mihi. col. pen. in 2. vol. nouissimorum Ioan. Rubeum Alexandrinum consi. 87. & Io. Fab. in §. 1. Instit. pro socio.

Fallit respectu eius qui non haberet consensum: puta, si

aliquis esset pupillus, vel furiosus: nisi pupillus haberet tutorem, cum quo essent facti isti actus sociales nomine pupilli, vel factus adultus, quo tempore habet consensum, ratificauerit. arg. l. si pupillus. de nouat.

¶ ADDIT. Quòd cum pupillo non censeatur contracta tacita societas ex communione & actibus socialibus, nisi pubes factus ratum habuerit, vltra Ias. & alios allegatos hîc per Do. meum, vide Alex. consi. 37. consideratis. col. 2. & latius in seq. in 4. li. & consi. 49. maturè ponderatis. in 1. Bolog. consi. 7. col. 2. Paul. consi. 349. ex die. col. 2. in 1. vol. nouiss. Cepol. in d. consi. 40. quidam A. Corn. consi. 213. Philippus. in 3. lib. Deci. d. consi. 21. viso puncto. colum. 1. Steph. Bertran. consi. 27. ex casu in fin. in 2. vol. nouissimorum. & consi. 62. quamuis. col. 2. in 1. vol. nouiss.

Item fallit, quãdo omnes isti fratres essent nobiles, & ex negotijs non lucrarentur, sed viuerent de reditibus suis. Item quando alter tantũ esset mercator, alij nihil agerent: secus si etiam ipsi lucrarentur, & lucra quamuis difformia communicarent, vt habetur latissimè in locis suprà alleg.

¶ ADDIT. Vide Corn. consi. 299. præmittendum. col. 1. in 4. vol. vbi allegat concord. & consi. 9. præmittendum. in primo Ioan. de Anania, vbi etiam Bolog. consi. 65. viso puncto. & Alex. consi. 23. visis dubijs. in 4. & consi. 49. in primo.

Sed tamen considera primò circa regulam, quia isto modo coniunctio sanguinis nihil operatur, ex quo etiam in extraneis idem esset: cùm illi actus non possint fieri citra ius & nomen societatis. arg. l. pro hærede. ff. de acquir. hær. Vnde puto, quòd licet in extraneis non induceretur societas, nisi eatenus quatenus constaret eos communicasse: in fratribus censeretur vniuersorum bonorũ, nisi constaret de actibus repugnantib. puta quia tantũmodo cõmunicassent lucra vnius negotiationis, & non alia. & ita intelligo Bartolum in dicto §. altero. in fine. Secundò aduerte ad

primam

primam fallentiam, quia videtur dubitabilis, & satis iniqua. Nam dato quod vnus ex istis cohabitantibus fuisset tutor, non deberet præsumi pupillus consensisse, ex quo nō habet consensum absq; tutore, & tutor nō potuit illi autorari, quia in facto proprio. l. 1. ff. de aut. tut. iniquitas verò resultat, tenendo, quòd pupillus poßit ratificare ex pòst facto: nam cùm de † natura societatis sit, vt par causa sit sociorū, aliàs societas dicatur leonina. l. si nō fuerit. § Aristo. ff. pro soc. imò non valet societas quando vnus ex socijs potest lucrari, & nunquam perdere de capitali, vt est gl. in c. plerisq; 14. q. 3. Bal. & Doct. in l. 1. C. pro socio & per Socin. consil. 265. in secundo dub. sequeretur, quòd pupillus nunquā posset nisi lucrari: quia vbi esset adultus, si videret negotiationem habuisse lucrum, ratificaret, aliàs non: quod certè esset iniquum, præsertim cùm ipse nihil exercuerit propter ætatem, fratres verò sic. Tertiò aduerte, † quia Deci. in cons. 21. in 4. col. limitat alio modo prædictam conclusionem, quando vnus ex fratribus in libris suis fecit domum creditricē, & se constituit debitorem de aliqua summa: nam iste actus declarat intentionem suam non esse, quòd contracta sit societas: & dicit hoc esse indubitabile. Puto istud multum residere in arbitrio iudicis, qui ex tali coniectura simplici non recedet à regula: quia solent mercatores etiam tenere rationes separatas domus, non vt dissensus à societate arguatur, sed vt sciant quas pecunias accipiunt de pecunijs deputatis in vsum domus, & quid de alijs quæ deputatæ sunt ad mercimonia. † Sed quid dicemus de Doctoribus: nunquid si aliquis Doctor multa bona acquisiuerit ex quasi castrensi peculio, sint communia, an verò sint sua tantùm, dato quòd steterit in communione, & concurrant cæteræ præsumptiones inducentes societatem? Videretur quòd non, ex quo talia bona non conferuntur, vt dicit Bar. in l. iube-

3

4

5

mus.C.de silent.lib.12.& in terminis firmat Rom.in cons. 145.præsentis consultationis.circa medium. & refert Ias. in Authen. quod locum. in 5. colum. C. de coll. Mouentur simpliciter, quia talia lucra sunt præcipua ipsis, nec acquiruntur patri, quamuis sint in patria potestate.l.fori.C. de aduoc.diuers.iud.l.velut.C.de asses.l.fi. C.de inof. test. Sed puto, quòd contraria pars sit verior, quòd imò etiam illa sunt cõmunia, vt decidit Bal.in l.prætor.§.sed & filius.ff. de eden. Et est de mente Baldi & Sal.in d.l.si patruus. quos allegat & sequitur Ias.in d.l.1.& consuluit Bened. Capra de Perus. in consil.142. incipien. cùm viso & considerato. Nec obstat ratio Roman.quia non est arguendum de collatione ad societatem, ex quo collatio habet locum etiam aduersus inuitos: meritò castrensia fuerunt priuilegiata, ne conferantur, sed societas inducitur ex tacito consensu cohabitantium. Et sicut fatuum esset dicere, quòd de eis non potuisset contrahi societas expressè: ita dicendum est posse contrahi tacitè.l.cùm quid.ff.si cert.peta. Nec quantum ad hoc reperiũtur priuilegiata castrensia: ergo nostrum non est ea extendere, vt no.in c.olim.inf.de verb.signif.præsertim ad casum vbi est alia ratio. Nam cùm iure patriæ potestatis pater occuparet olim omnia quæsita per filium, etiam eo inuito.l.placet.ff.de acq hæred. l.cùm oportet.in princ. C.de bon quæ lib.fuerũt ista castrensia vel quasi priuilegiata, ne acquirerentur ipsi patri. Et propterea non conferuntur, quia ratio collationis cessat in isto casu, ex quo conferuntur ea quæ à patre prouenerunt, vel potuissent ipsi acquiri, si filius permansisset in potestate.l.1.§.nec castrense.ff.de collat.bon.& declarant Mode.in Rub. C.de collat. quæ ratio non facit ad propositum in ista materia tacitæ societatis. Et istud tantò magis procederet, si statutum introduceret societatem ex cohabitatione & cõmunione bonorum

norum post mortem patris, prout erat in casu Benedict. in d.cons.142. Benè verum est, quòd etiam stante tali statuto, filius in potestate haberet tale peculium præcipuum sibi, & de lucratis viuente patre, non teneretur quicquam conferre fratribus. & ita videtur intelligendus Rom. in d.cons. Secus de lucratis post mortem patris, quia sibi imputet, qui simul cohabitando, & sociales actus faciendo, videtur contraxisse societatē. Nec obstat d.l. iubemus. C. de silētiarijs. lib.12. per quam Lucas de Pen. ibi tenuit expreßè talia lucra nō cōmunicari fratribus: quia illa lex propriè loquitur de quæsitis viuente patre: & ratio quæ subditur, ne labores eorum alijs fructum afferant, restringitur secundum subiectam materiam l. si cum vno. ff. loc. Nec etiam potest procedere in casu nostro, quia non est absurdum, quòd pro labore socij resultet vtilitas alteri socio: imò istud est de natura societatis. d.l. si non fuerit. cum similib.

PRÆSVMPTIO XXVI.

1 Pater præsumitur dotasse filiam de proprijs facultatibus, non de bonis ipsius filiæ. & nu.3.
2 Si in instrumento dotis dicatur, quam dotem promisit dictus pater, computato in ea omni eo, quod ipsi filiæ debetur, tam de bonis maternis quàm paternis: hoc non obstante censetur dos data de bonis paternis, & poterit filia materna bona petere. Rationem vide ibid.
4 Dos loco legitimæ est, & in illam imputatur.
6 Donatio inter coniunctos de facili præsumitur.

V*Igesimosextò, † præsumitur pater dotasse filiam de proprijs facultatibus, non de bonis ipsius filiæ. l. fi. C. de dotis promiss. vbi ampliatur, etiam si pater dixerit se dare dotem de bonis suis, & bonis ipsius filiæ: quia adhuc si habeat idoneas facultates, censebitur dedisse de suo. Et propterea dicit Bal. Nouel. in tract. de dote, in sexto priui. sextæ par-*

2 tæ partis princip. quòd † si in instrumento dotis dicatur, quam dotem, puta mille, promisit dictus pater, computato in ea omni eo, quod ipsi filiæ debetur, tã de bonis maternis, quàm paternis: hoc non obstante, censebitur dos data de bonis paternis, & poterit filia adhuc bona materna petere. Et refert quòd ita consuluit vnà cum Ioanne de mõte Sperello, vt per eum. Sed pro intelligentia videndum est primò, 3 † quæ sit ratio dictæ præsumptionis. Et tex. videtur dicere quòd istud sit, quia paternum officium est dotare. Ex quo inferunt Alex. & Aret. in l. 1. ff. sol. matr. quòd pater tenetur dotare de proprijs bonis etiam filiam diuitẽ. Sed ista opinio mihi non placet, & confunditur per d. l. fin. quia si pater fuisset in illo casu obligatus, non erat probabile dubium illud quod ibi deciditur: nec illud datum posset dici esse de mera liberalitate: prout ibi dicitur: quia illa est vera liberalitas, ad quã nemo compellitur. l. 1. ff. de donat. Et istam partem tenẽt Iac. de Aret. & Bar. in l. mulier. § cùm proponeretur. ff. ad Trebel. Ange. cons. 209. incip. pro decisione dicti Iaso. & ibi latißimè per Bulg. Senen. in l. 1. ff sol. ma. Posset tamen contraria opinio defensari, quando dos non excederet legitimam: quia sicut legitima debetur etiam filiæ diuiti, ita vi-4 detur de dote, † quæ succedit loco legitimæ, & in legitima computatur. l. illam. C. de collat. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. quod potest procedere vbi solutio dotis veniret facienda post mortẽ patris, quo tempore debetur legitima: aliàs non recederẽ ab ista alia opin. quicquid dicãt ibi Mod. Et sic apparet quòd ratio Alex. & Aret. nõ est vera. Vnde tu dicas, quòd ratio videtur esse propter coniunctionem sanguinis, & affectionem patris in filiã: quòd præsumatur ista do-5 natio, † quæ de facili inter coniũctos præsumitur, vt habetur in l. quæ dotis. per Barto. & Ias. ff. solu. matr. quæ affectio iuncto eo, quòd cura collocandi filias, & dandi dotẽ, ad

patrem

patrem pertinet.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.est sufficiens præsumptio ad donandum: quia dans, vel promittens dare, in dubio præsumitur de suo.l.cùm proponas. vbi Bart.C.pro socio. Et facit, quia grauatus dare certam pecuniam: præsumitur grauatus dare de suo.l.si decem.l.non videbatur.l.si Stichū.§ si hæres ff.de statu lib. Et pater videtur potius soluisse tanquam pater, non tanquam administrator bonorum filiæ.l.tutor petitus.§.1.ff.de excus.tut. Videamus nūc quæ sit ratio ampliationis. Et Ias.& Socin.in d.l.1.dicunt, quòd quamuis pater dicat se dare de maternis & paternis, illa copula non copulat æqualiter secundum naturam suā.l.reos.§.cùm in tabulis.ff. de duob.reis.sed potius stat ordine successiuo, propter ordinem charitatis & affectionis.l.Gallus.§.1.ff.de liber.& posthu. Quæ ratio, nisi iungatur cum his quæ infrà dicam, non est vera: quia communis est in contrarium, quòd imò copula suam seruet naturam, nisi vltra affectionem concurrat instituendi necessitas, vt ibi habetur: & certè illa materia est satis differens ab ista. Tu dic, quòd ratio colligitur ex fine tex. nam pater non potest alienare bona filiorum, quorum legitimam habet administrationē, nisi ipsis consentientibus.l.1.C.de bonis mater. vnde voluit lex quòd faceret specialem mentionem, quæ bona filiorum daret, ne consensus ipsorum filiorum sit super ambiguo, sed super certo. Et propterea promittendo dotem illo modo, non censetur promisisse de bonis filiorum, nisi in subsidium, vt ibi habetur. Et ex ista ratione confunditur prædicta decisio Bal. not. † quia pater satis exprimit, ex quo vult compensare omnia bona materna: quia qui omne dicit, nihil excludit. l 1.ff.de leg. 1. Et propterea non teneo illam decisionem, quæ est satis iniqua, contra quam tenet etiam Mari. Soci.in c. tuæ. de sponsa. Bulg. Soc.& Ias. in d.l.1. Cor.con.16.in vlt.col.in 3.vol. 6

PRÆ-

PRÆSVMPTIO XXVII.

Vigesimoseptimò. In sermone generali non præsumitur quis loqui in illorum damnũ, qui de suo sunt sanguine. l. obligatione. & l. seq ff. de pig. l. humanitatis. C. de excus. tut. Et per hoc infert Guil. de Cun. & Bal. in l. 1. ff. de stat. hom. quòd licet in legato rerum mearum contineãtur homines & vasalli mei. l. omnia. §. fin. ff. de leg. 2. non tamẽ cõprehenditur illi, quibus testator iunctus esset sanguine.

PRÆSVMPTIO XXVIII.

1 Legans rectori alicuius ecclesiæ affini suo, præsumitur eius contemplatione, & non ecclesiæ, legasse: ideò poterit rector de illo ad votum disponere. Ampliatur vt ibi.

2 Amico rectori alicuius ecclesiæ relictum, an videatur relictum contemplatione sui, an verò ecclesiæ.

3 Amicus singularis venit appellatione suorum.

4 Amicus potest vindicare iniuriam factam amico, tanquam factum attinentibus suis.

5 Rectori an incumbat onus probandi, sibi à consanguineis vel ab amicis relictũ, an verò ipsi ecclesię, quod nõ sit.

6 Regula quoties est pro aliquo, onus probandi incumbit allegandi fallentiam.

7 Succedere volens tanquam consanguineus, probare debet consanguinitatem.

1 Vigesimooctauo. † Si quis legauerit rectori alicuius ecclesiæ affini suo, præsumitur legasse contemplatione ipsius, non autem contemplatione ecclesiæ: & propterea poterit rector de legato disponere ad sui beneplacitũ. Auth. licentiã. C. de sac. sanc. eccl. c. requisisti. inf. de test. per Bar. & Doct. vbi Soc. multa egregia tradit in l. ciuibus. ff. de rebus dub. Et istud procedit, etiam si non sit expressum, nisi nomẽ appellatiuum dignitatis, vt probatur in. d. c. requisisti. quia adhuc videtur appositum ad demonstrationem personæ. Et † quod dixi in consanguineo, habet etiam locum in 2 amico,

amico, vt ibi per Doct. Et fa. quod notat Bald. in l. 1. col. 11. C. qui accus. non poss. quòd † appellatione suorum, venit etiam singularis amicus. Sequitur Alex. in l sæpè. col. quinquagesima. ff. de re iud. † vnde talis posset prosequi iniuriam, tanquam factam attinentibus suis, secundum Bal. in repet. c. si pater. inf. de testamen. in sexto. Baldus consil. 78. in quarto. latè per Andream Siculum in repet. l. cùm acutissimi. col. 42. & col. 50. C. de fideicommiss.

3

4

¶ ADDIT. Quinimò, teste Tullio Officiorum. lib. 1. maxima amicitia est preferenda consanguinitati: inquit enim, Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum est enim, eadē habere monumenta maiorum, eisdē vti sacris, sepulchra habere cōmunia: sed omnium societatum nulla prestantior, nulla firmior, quàm cùm viri boni moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Et Valer. ille Maxi. caput septimum libri quarti sic exorditur: Contemplemur nunc amicitiæ vinculum potens & prævalidum, neq; vlla ex parte sanguinis viribus inferius: hoc etiam certius & exploratius, quòd illud nascendi fortuitum opus, hoc vniuscuiusq; solido iudicio inchoata voluntas contrahit. Accedat quod voluit Albe. de Ros. in l. sed & hæ. ff. de procur. scilicet quòd magna amicitia est maioris ponderis quàm fraternitas. pro quo alleg. tex. in l. cùm allegas. C. de castren. pecul. lib. 12. Comprobatur, nam cùm ex ordine literæ liceat arguere, ita quòd prius nominatus posteriori præferendus veniat. l. quoties. cum concord. pluribus in gloss. traditis. ff. de vsufruct. ego passim in iure reperio in ordine scripturæ amicos anteponi consanguineis, vt est in l. sed si plures. §. in arrogato. ibi, amicus vel cognatus. ff. de vulg. & tex. in l. Theopompus. ibi, amici mei & cognati ff. de dote præleg. & in l. affectionis. ibi, amicos vel necessarios. ff. de donat. & in l. si seruus plurium. §. fin. ibi, legatarij charitas vel necessitudo. ff. de lega. 1. cum simil. facit quod not. glo. Bald. Angel. Alexan. & Ias. in l. si vnus. §. 1. ff. de pact. Ias. in l. 1. col. 2. de in li. iuran. Benè facit, quod consuluit Soci. consil. 39. col. vlt. lib. 3. quòd

donatio facta amico maxima amicitia copulato, non reuocatur beneficio l. si vnquam. C. de reuoc. donat. De cuius dicti veritate nunc non discutio. Et quòd disposita in consanguineis, censeātur regulariter disposita in amico intimę amicitiæ, & sic quòd amicitia magna tantum operetur, quantum coniunctio sanguinis: tenet Cy. in l. inuitus. col. 4. versicu. ex his pendet. C. de procur. Alex. in l. cùm alienam. vbi Ias. col. 2. C. de leg. Idem Ias. latissimè in l. Titia. in prin. col. 5. versi. vlti. circa istam partem. ff. de verb. obli. & in l. exigendi col. 2. & melius columna penultima. ver. vlti. inquantum. C. de procur. vbi multa egregia cumulat. Et Feli. in c. quoniam Abbas. col. 3. versic. capio illud quando Abbas. extrà, de offi. deleg. Alciatus in l. latæ. §. amicos. vbi etiam plura similia adducit. ff. de verb. signi. & Hipp. in Rub. ff. de fideiuss. nu. 234. cum varijs concord. per illos allegatis, ad quos te remitto, Et inter cætera not. digna, quæ referunt in locis suprà alleg & in inferius allegandis, illud nota perpetuò, quòd magna amicitia facit quòd legata debeantur amico ex testamento minus solenni, ita quòd sicut in testamento inter liberos intelligitur clausula codicillaris, vt est not. gl. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. ita in testamēto vbi institutus est amicus, vel aliquid relictū est ei, subintelligitur clausula codicillar. ita est singularis gl. in l. in testamento. ff. de fideicom. liber. & per illam gl. ita tenet Bal. in l. si iure. C. de testa. manu. expressius Lud. Ro. consi. 79. amplissimè. col pe. & fi. Math. notab. 41. & Barba. in rep. Rub. de rescrip. in Clem. Felin. in c. 1. in fi. extrà, de testi. Ias. in l. non dubiū. in fi. C. de test. Idem Ias. in l. exigendi. prælle. & in l. cùm alienā. C. de leg. & in l. 1. ver. & clarū est quòd magna dilectio &c. C. de sum. tri. in 2. lectu. col. 5. & in l. verbis ciuilibus col. 3. vers. tertius casus. de vulga. & pupil. & D. Alcia. in d. §. amicos. & Pantaleon de Crem. in l. 2. col. 71. vers. secundo loco. C. de rescind. vend. & Hipp. de Marsil. in l. vni. nu. 209. fol. 11. C. de rap. vir. Et generaliter in hac materia amicitię, vide multa cumulata per Benedict. in rep. c. Raynutius. in ver. testamentum 3. nu. 47. 48. & 49. vbi multa egregia cumulat.

Sed

Sed possent † dubitari, cui incumberet onus probandi, an ei, se esse consanguineum vel amicũ, an ecclesiæ quòd nor. Et videtur quòd ipsi ecclesiæ, prout tenet glo. in d. Authen. licentiam. quia quilibet præsumitur ditari propria contẽplatione, non alterius. l. si defunctus. C. arb. tutel. Et istud multò magis videretur procedere si ecclesia egeret: quia actor quod asseuerat, probare debet. l. actor. C. de probat. prout ibi dicit Iacob. de Areti. & Iacob. Butrig. & Alber. de Rosa. & alij in d. Auth. licentiam. Crederem contrariam opinionem esse veriorẽ, quam tenet glo. in §. interdicimus. in Auth. de eccle. tit. per illum tex. qui requirit, quòd rector ipse probet. Et dicere quod probat eo ipso, quòd non probatur contrarium, non est sine cauillatione. Et facit quòd in simili tenet gl. in c. 2. de succes. ab intest. & Inno. in c. cũ in officijs. de testa. Et pro ista opinione facit, quia regula est, quod legata rectori, acquirũtur ecclesiæ. d. §. interdicimus. 12. quæsti. 3. pontifices. Qui † ergo vult dicere fallentiam, probet. l. ab ea parte. ff. de probat. glos. in Rub. de reg. iur. in sexto. & in Clemen. fin. in gloss. pen. de rescrip. 5 6

¶ ADDIT. In dubio enim sufficit pro se habere regulam: vnde allegans specialem casum siue fallentiam, illam probare debet. hanc doctrinam tradit etiam Barto. in l. 2. ff. si quis in ius voca. vbi etiam Iason allegat concord. autoritates. col. 6. ver. not. istam doctrinã Bart. & facit bonus tex. in l. suus quoq;. versi. puto generaliter. ff. de hered. instit. bonus tex. in c. ad decimas. de restit. spol. in 6. vbi statur regulæ, & iuris communis presumptioni, donec allegans fallentiam, aut aliquid contra iuris communis regulam, illud legitimè probauerit. Vnde ait Bart. in l. quoties. ff. si quis caut. quòd nõ dicitur esse dubium, de quo est regula iuris: quamuis sint aliqui casus excepti, nisi de illis casibus expressim doceatur. Vide alia plura in materia huius doctrinæ per Nicolaum Presidem in centuria locorum legalium, in loco ab exceptione ad regulam, pag pen. & vlti. folio 13.

7 *Et facit etiã in simili, † quia volens succedere tanquam consanguineus, debet probare consanguinitatem & gradũ, vt per Anch. in cons. 52. pro decisione. Alex. in cons. 82. in primo. Deci. consil. 321. in causa quæ Alexandriæ. De quo etiam per Fulg. cons. 184. & ea quæ notant Doctor. in l. is potest. in fin. ff. de acquir. hæred.*

PRÆSVMPTIO XXIX.

1 Alienatio facta per prælatos in consanguineos, nõ præsumitur facta in vtilitatem ecclesiæ, sed ipsorum consanguineorum. Limitatur & restringitur numer. 4. & sequent.

2 Papa conferens beneficium consanguineis, præsumitur fecisse ex affectione carnis.

3 Infeudatio de nouo feudo facta consanguineo, præsumitur facta in fraudem ecclesiæ.

5 Oeconomus non habet ita pingue ius in alienando res ecclesiæ, sicut prælatus.

6 Alienatio facta per prælatum in consanguineum, sine fraude, & seruatis debitis solẽnitatib., valet & tenet.

7 Prælatus potest dare eleemosynam de bonis ecclesiæ suis consanguineis, dummodò eo prætextu nõ fraudetur ecclesia.

8 Executor testamenti ad distribuendum bona pauperibus, potest eligere consanguineos suos pauperes.

9 Prælatus constituerat fratrem procuratorem, ad exigendos reditus beneficij, frater emit multa bona, an de bonis ecclesiæ emisse præsumatur.

1 V*Igesimononò, † alienatio facta per prælatum in consanguineos, præsumitur non esse facta in vtilitatem ecclesiæ, sed in vtilitatem ipsorum consanguineorũ. Auth. quibuscunq; modis. C. de sacrosan. eccles. & ibi Bar. Bal. & Doct. & 89. distin. c. decenter. facit gl. in c. peruenit. 1. q. 3. quæ dicit, quòd episcopi sunt cæci circa nepotes & alios cõsanguineos. Et dicit Bald. in l. tutor petitus. §. 1. ff. de excus. tut. per illum tex. ibi colligi argumentum,* 2 *† quòd Papa con-*

pa conferens beneficium consanguineis, præsumitur fecisse ex affectione carnis, non ex reuelatione spiritus, vt dicit Archid. 12. q. 2. c. non licet. per illum tex. quòd Papa mortaliter peccat, si alienat res ecclesiæ in consanguineos, vt eos diuites faciat. Et dicit Guid. Pap. in tract. suo de præsum. quòd † infeudatio de nouo facta consanguineo præsumitur 3 facta in fraudem ecclesiæ. c. quisquis. 12. q. 2. Et eadem ratione idē esset in emphyteosi, quæ daretur pro modico cēsu. Supradicta tamen sunt sanè intelligenda, † quia sola præ- 4 sumptio affinitatis non videtur sufficiens, vt præsumatur fraudata ecclesia: sicut in simili dicimus in l. fin. ff. de his quibus vt indignis. & quod not. Bar. in l. post contractum. ff. de donat. Nec obstat quòd d. Auth. quibuscunque modis. inducat istam præsumptionem, quia loquitur in œconomo, non in prælato: † qui quidem œconomus non habet ita pin- 5 gue ius, sicut prælatus, vt not. 5. q. 3. c. 1. & ita respondet Abb. in cons. 41. in 3. colum. in primo vol. licet iudicio meo ille textus non patiatur hanc interpretationem. Sed quicquid sit, in hac materia standum est dispositioni Canonū, qui non prohibent talem alienationem cum debitis solennitatibus, & ex legitima causa. Et ideò, † cessante fraude, 6 si seruantur debitæ solennitates, tenet alienatio facta per prælatū, etiam in consanguineos, vt sentit Bar. in d. Auth. quibuscunq;. & cōsuluit Abb. in d. cons. 41. & ante cū idem tenuit Feder. de Sen. cons. 52. quidā prælati. Imò potest indistinctè prælatus dare de rebus ecclesiæ cōsanguineis, dummodò det ecclesiæ tantundē de suo. Et satis est quòd ecclesia non deterioretur, vt ibi dicit Abb. alleg. tex. in C. si episcopus. 12. q. 2. † Et potest dare prælatus consanguineis pro 7 eleemosyna, dummodò sub hoc prætextu non fraudetur ecclesia. c. non satis. 86. dist. & est laudandus qui in tali casu præferat suos extraneis, vt ibi not. & per Gemin. in d. c.

8 *quisquis.† Et propterea executor testamenti, ad distribuendum bona pauperibus, potest eligere consanguineos suos pauperes, vt per Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de instr. edit. §. nunc verò aliqua. in addit. incip. continuatur hic alia quæstio. in fin. & per Anch. consil. 336. in his dubijs. licet Bald. in d. l. tutor petitus. innuat contrarium. Induco*
9 *prædicta ad quæstionem. † Aliquis prælatus habebat fratrem suum, quem constituerat procuratorem ad exigendos redditus beneficiorum suorum: iste frater emit multa bona, an præsumatur emisse de bonis ecclesiæ? Videbatur quòd sic: quia si ipse prælatus emisset, præsumebatur emisse de dictis bonis, & acquirebatur ecclesiæ. c. 1. de pecul. cleri. c. inquirendum. eod. tit. Et facit quod not. Abb. in c. cùm sit generale. in 3. col. suprà, de foro compe. vbi dicit, quòd isti prælati ementes de bonis ecclesiæ, faciunt vt instrumentum cantet in personam alicuius amici vel consanguinei sui: vnde tali casu cognitio spectat ad ecclesiam. Contrarium in proposito casu est verius: quia sola consanguinitatis præsumptio, non inducit præsumptionẽ fraudis, vt suprà dixi. Et ratio d. c. primi, de pecul. cleri. non militat in casu nostro: nam ideò præsumitur, quòd prælatus emerit de bonis ecclesiæ, quia prælati licitè nõ possunt negotiari. c. 1. inf. ne cleri. vel mona. & quia ipsi sustentantur de bonis ecclesiæ licitè, & ea possunt retinere: vnde si emunt, præsumuntur de illis emisse secundum But. Abb. & Imol. in d. c. Quæ ratio cessat in procuratore, qui potest aliunde lucrari. l. si defunctus. C. arbit. tut. & qui licitè non potest retinere bona ecclesiæ, & delictum non præsumitur. l. meritò. ff. pro socio.*

PRÆSVMPTIO XXX.

1 Conuersatio assidua & frequens etiam inter consanguineos, præsumitur augere affectionem.

2 Relictum factum consanguineo, qui assiduè conuersabatur

batur cum consanguineo: an præsumatur factum gratia consanguinitatis, an gratia conuersationis.

3 Pater si donauerit filio propter merita & affectionem sanguinis, an valeat donatio, & an inspiciantur merita, an verò sanguinis affectio.

4 Causa quæ nocet, in dubio inspicitur. Intellige vt nu. 6.

5 Pater si stipuletur filio propter benemerita collata in patrem, an valeat stipulatio, quasi stipulatus vt filio: an non valeat, quasi stipulatus vt extraneo. Concluditur num. 7.

6 Præsumptio per quam actus sustinetur, præualet quibuscunq; præsumptionibus.

8 Arrogauit quis fratris filium, quem ipse aluerat, & eum instituit hæredem, hoc modo: Seium quem alui, & ob sua benemerita adoptaui, hæredem facio: an si adoptio fuit reperta nulla, teneat institutio.

TRigesimò. † Præsumitur aßidua & frequens conuersatio augere affectionem, etiam inter cōsanguineos. l. cū allegas. C. de castren. pecul. lib. 12. Sed dubia quæstio est, † nunquid relictum factum tali consanguineo, præsumatur factū contemplatione sanguinis, an verò propter conuersationem. Et tex. in d. l. cùm allegas. probat censeri factū contemplatione conuersationis. ad idem facit text. in l. hæreditate. in princi. ff. de castren. pec. In contrarium facit quod not. Alex. in l. si donatione. C. de collat. † vbi si pater donet filio propter merita & affectionem sanguinis, præsumitur potiùs facta per affectionem sanguinis tantùm, & donatio non tenebit. ita dicit consuluisse Paul. de Castr. vt per eum. Pro quo addit rationem, † quia in dubio inspicienda est causa quæ nocet, non quæ prodest, vt not. Bartol. in l. si vir. ff. de vsucap. pro donato. in l. si quis in graui. §. eleganter. ff. ad Syllan. cum similibus. 1 2 3 4

¶ ADDIT. Aduerte, quia hæc regula quòd in dubio inspiciatur causa quæ nocet, est multum brocardica, secun-

dum Cyn. in l. venditioni. C. de vsucap. pro empto. Sunt enim iura probātia, quòd imò in dubio debeat inspici causa quæ prodest. Ideò hanc regulam, quòd inspiciatur quod nocet, pluribus iuribus confirmatam per Bart. in locis hîc citatis, & Lud. Rom. in d. §. elegāter. Ias. in l. si Ruffinus. vbi Dec. C. de testam. milit. eundem Ias. in l. si arrogator. col. 17. num. 46. ff. de adopt. Limitant ipsi non procedere, quando illud quod prodest est tantæ potentiæ, quòd absorbet, vincit, & consumit illud quod nocet: tunc enim illud quod prodest, tanquam potentius, attenditur. ita procedat tex. in l. non intelligitur. §. si quis palàm. vbi Bar. ff. de iur. fisc. inducendo vt per eos. & tex. in d. l. si vir. iunctis traditis per Dyn. in regula, possessor. quæst. antepen. Petr. Cyn. & Bald. in d. l. venditioni. inducendo vt per eos.

Ego reperio Paul. de Castr. in consil. 345. circa bona quæ fuerunt. in 1. vol. distinguentem, vt si expressio meritorum sit facta in genere, non attendatur, sed solummodò causa sanguinis, quæ præualet. arg. d. l. tutor petitus. §. 1. & l. qui habet. ff. de tutelis. Secus si sit facta in specie. Pro ista opinione Alex. facit quod not. Bart. Ang. Paul. de Cast. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & Bart. in l. quod dicitur. vbi Alex. attestatur de communi. ff. de verb. oblig. dum dicūt, 5 † *quòd si pater stipulatur filio propter benemerita collata in ipsum patrem, non valet stipulatio, quia censetur stipulatus tanquam extraneo: & tamen si caperetur præsumptio, quòd esset stipulatus tanquam filio, stipulatio sustineretur. Sed tu considera, quòd prædicta decisio Alex. est satis iniqua, per quam capimus præsumptionem, ex qua* 6 *actus corruit, contra l. quoties. ff. de reb. dub.* † *& tamen talis præsumptio per quam actus sustinetur, solet præualere alijs præsumptionibus, vt per Bald. Imol. & alios, in l. cùm in testamento. §. hæc verba. ff. de hæred. instit. Et in simili quod not. Paul. de Castr. in l. ex imperfecto. C. de testam. & Alex. in l. quanquam. C. de testam. milit.*

¶ *AD-*

¶ ADDIT. Et per Decium in c. quoniam Abb. de offic. deleg. & in l. postquam liti. C. de pact. Hippol. de Marsil. vbi allegat infinitas ferè autoritates & concord. in singul. 84. princeps.

Vnde putarem illam decisionem non esse veram: quia quomodocunque sint expressa merita, etiam quòd facta sit mentio sanguinis, debet actus sustineri, dummodò merita probentur, iuxta notata in l. si donatione. Nec illa ratio de affectione sanguinis debet actum vitiare, quia potest recipere commodam interpretationem, vt propter talem affectionem auctum sit desiderium patris remunerandi beneficia sibi collata. argum. d. l. cùm allegas. Nec d. l. qui habet. obstat: quia quamuis dicat ibi Bart. quòd vbi resultant contrarij effectus, non attenditur causa accidentalis, sed naturalis: quod procedit vbi causæ sunt separatæ: in casu nostro altera alteram adiuuat, vnde attenduntur merita quæ sunt accidentalia, & faciunt donationem valere, quæ aliàs ex causa naturali corruerent. Nec obstat, ratio Alexand. quia cùm poßit vtraque causa simul concurrere, tunc vtraque est attendenda, non autem illa quæ nocet tantùm, vt dicit Bartol. in d. l. si quis in graui. §. eleganter. Istud autem est in casu nostro, vt suprà declaraui. Præterea vbi causa quæ prodest, est benignior, illa attenditur, non quæ nocet. l. si pupillus. ff. ad leg. Falc. dixi in l. 2. in princip. ff. de verb. oblig. † Nec obstat doctrina Bart. 7 *in d. l. si tibi. & in d. l. quod dicitur. quia quicquid dicat Alexand. contraria opinio est verior, quam tenent Bald. Fulgos. & Iason, in d. §. si pactus. Imol. Raph. Com. Iacob. de Put. Paul. de Cast. Petrus de Besut. Aret. & Iason. in d. l. quod dicitur. Et opinio Bart. potest saluari, si causa benè meritorũ tantùm esset expressa, aliàs in dubio mihi placet cõtraria opinio. Et prædicta faciunt ad quæstionem. † Ti-* 8 *tius arrogauit filiũ fratris sui, quem ipse aluerat, & insti-*

tuit hæredem hoc modo: Seium quem ego alui, & ob sua benemerita adoptaui, hæredē instituo. Accidit, quòd adoptio fuit reperta nulla, nunquid tenet institutio? Ioan. de Monteferrato in l. Gallus. §. & quid si tantū. in 22. col. tenuit, quòd nō. Ego puto contrarium esse verius, per supradicta. & est egregia limitatio ad not. per Doct. in l. eam quam. per illum tex. C. de fideicommiss.

PRÆSVMPTIO XXXI.

1 Pater stipulando vel paciscendo filio, præsumitur stipulatus vt hæredi, non simpliciter vt filio.
Limitatur quintupliciter, ibidem cum seq.
2 Pater stipulando filijs in his quæ transeunt ad filios tanquam filios, non tanquam hæredes, censetur stipulari simpliciter vt filijs.
3 Filius repudians hæreditatem paternam, potest petere emphyteosim ecclesiasticam.
4 Pater stipulando filijs tantùm, & non sibi, censetur stipulari vt filijs, non vt hæredibus.
5 Pater si stipuletur filio aliquid indiuiduum cohærens personæ: filius statim admittitur viuo etiam patre.
6 Pater aliter stipulatus filijs, aliter sibi, non præsumitur filijs tanquam hæredibus stipulatus.
7 Pater grauatus restituere fideicommissum filio, censetur grauatus vt pater, non vt hæres.

1 *TRigesimoprimò. † Pater stipulando vel paciscendo filio, præsumitur stipulatus vt hæredi, nō simpliciter vt filio, secundū gl. in d. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. quæ assignat rationem: quia verisimile est, quòd cogitauerit filium sibi hæredem futurū. l. scripto. ff. vnde lib. sequitur Bar. in l. quod dicitur. ff. de ver. obli. vbi limitat, vt nō procedat in 2 his quæ transeunt † ad filios tanquā filios, non tanquā hæ-3 redes, vt est emphyteosis ecclesiastica. † Et ibi infert, quòd filij licet repudient hæreditatem paternam, poterūt consequi hanc emphyteosim. & idē tenet in l. vt iurisiurandi. §. si liberi.*

si liberi.ff.de oper.lib. & est commun is conclusio, vt per Moder.in d.l.quod dicitur.& per Alex.consi. 44. in primo,& alibi sæpè.

¶ ADDIT. Quòd in his, quæ non transeunt ad hæredes extraneos, sed ad filios tantùm, pater censeatur stipulari filijs vt filijs, & non vt hæredibus, tenet etiam Alexan. consi.8.visis subtilissimis.col.1. & 2. vbi plures autoritates & concord.allegat, in 3.vol.& consi.37. illo eodem lib. & consi.119. viso processu causæ vertentis inter dominam Bernardinam &c.col.2.in fi.cum seq.in quinto lib.& cōs. 129.perspectis. vbi allegat innumeras ferè concord.eodem lib.& Ias.post Barto.in l.si non sortem.§.libertus.vbi etiam allegat concor.col.fi.ff.de cond.indeb. Adde Decium consi.411.visis his.& consi.319. præclarissimè doctor.col. vlt. versi. sed etiam ista ratio parum facit.& Lud.Bolog. consi.48.quasi per totum,vbi egregia tradit,&multas autoritates allegat, ex quibus firmatur ista conclusio. Adde etiam Pet. de Anchar. consi. 125. visis & diligenter. & in feudo consuluit Decius consi.78.licet in casu.per totum. & in emphyteusi Corn.consi.13.in præsenti consultatione.circa prin.& etiam col.3.versi.ex quibus.lib.3.& consi. 282.viso dicto puncto.col.3.versi. non enim videtur posse. eod.lib. Idem Corn.consi.100. visa dicta copia. colu.2.& seq.in 4.lib.vbi consuluit, emphyteosi ecclesiastica acquisita pro se & liberis, liberos (etiam si repudiauerint hæreditatem paternam) consequi posse dictam emphyteosim, non obstante repudiatione: & ibi comprobat & allegat autoritates. Et vltra illationem prærecitatam à Do.meo Alciato, quòd filius potest hæreditatem paternam repudiare,& consequi emphyteusim ecclesiasticam, adde quod voluit Bart.post Dynum in l.item videndum.§. fin. ff.de pet.hæred.vbi etiam Bald.& Ang.Quòd si frater fratri faciat generalem quietationem de omni eo quod petere potest in hæreditate patris, tamen hoc non obstante, poterit petere partem bonorum emphyteuticorum: quia non petuntur, nec ei debentur vt hæreditas. Et illud dictum re-

fert, & sequitur Ias. in l. Gallus. §. quidam rectè. colum. antepenul. vers. circa secundam materiam. vbi allegat concor. ff. de lib. & posthu. & in d. §. libertus. col, penult. vers. secundò habes ex glo. vbi maiores allegat concord. Et adde vltra eum Soc. consi. 73. super controuersia. versi. quarta conclusio. lib. 3. & Decium consi. 389. visa longa. & consilio 78. licet in casu. col. 2. in fi. Adde vltra prædicta in locis præallegatis, quòd talis res in emphyteusim pro se & liberis ab ecclesia recepta, in tantum dicitur esse extra hæreditatem recipientis, & filijs vt filijs debita, quòd nō posset ipse pater recipiens in præiudicium filiorum aliquid disponere super dicta re, puta vni filiorum prælegando vel donando, & alijs non, vel alio modo disponendo in filiorum præiudicium. ita Bartol. not. in d. §. si liberi. versi. secundum dubium. vbi vult, quòd si pater instituerit vnum filiorum hæredem vniuersalem, alium verò in re certa, & iusserit esse tacitum, & contentum, ita quod in bonis vel hæreditate non posit vlterius petere: non obstante hac prohibitione, per quam filio non potest pater præiudicare, poterit partem suam rei emphyteuticæ petere. Et sequitur Petr. de Anchar. notabiliter consi. 319. themate præsupposito. Adde etiam prædictis Corn. consi. 23. col. 2. versicul. tamen his non obstan. in primo vol. & consi. 37. col. 3. versi. quod persuadetur. & versi. seq. lib. 3. quicquid dicat ipse consi. 282. viso dicto puncto. col. 6. eod. lib. Adde etiam egregiè Lud. Bologn. consi. 48. intellecto. col. 2. vbi allegat plures Doct. in varijs locis, concludens recipientem non posse suis liberis præiudicare in dicta emphyteusi ecclesiastica, nec vni liberorum legando, donando, vel alio modo disponendo, rem emphyteuticam asignare posse, alijs verò non: sed simul admittuntur, non obstante contraria dispositione paterna. Et vltra illum hanc dicit communem Steph. Bertran. consi. 138. ex themate. col. 5. versic. non obstat. vbi etiam allegat concord. in secundo volumine nouissimorum.

4 *Secundò limitatur, † quando pater nō esset sibi stipulatus,*

tus, sed tantummodò filijs: quia obligatio incipiet ab eis tanquam filijs: etiam si non sint hæredes. l. quodcunq. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. l. filiusfami. §. cùm quis. ff. de legat. 1. quæ iura ita declarant Alexander & Iaso. Tertiò limitatur, † quando acquireret aliquid indiuiduũ cohæ- 5 *rens personæ, sicut est vsus fundi: nam filius statim admitteretur etiam in vita patris, ex quo illi nihil præiudicatur, vt dicunt Bald. Imol. & Mod. in d. §. quidam rectè. Et idem est in priuilegio immunitatis, vt per Anchar. in c. Raynutius. infrà, de testament.*

¶ ADDI. Hoc exemplum de vsu videtur aliquibus medijs impugnare Ioan. Rubeus Alex. in dicto §. quidam rectè. folio 14. col. 1. & 2.

Quartò limitatur, † quando pater aliter esset stipulatus 6 *sibi, aliter filijs: nam tunc non præsumitur stipulatus illis tanquam hæredibus. l. Seia. cum gl. in prin. ff. de don. caus. mort. Alex. & Mod. in d. l. quod dicitur. Et est ratio secundum Aret. ibi, quia non debet alterari obligatio de persona defuncti in hæredem. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli. Sed tu aduerte, quia ista ratio non videtur procedere in obligationibus factorum. l. continuus. §. fin. ff. de verb. oblig.*

¶ ADDIT. Hanc limitationem friuolis quibusdam fundamentis nititur impugnare Ioan. Rub. Alexand. in dicto §. quidam rectè. folio 16. in princi primæ col. ac tandem sentiens debilitatem argumentorum suorum, dicit non esse recedendum ab hac limitatione.

Quintò limitatur in casu contrario, † quia pater gra- 7 *uatus restituere fideicommissum filio, intelligitur grauatus vt pater, non vt hæres. l. cùm filio. ff. de lega. 1. Sed iste casus est satis differens à præcedenti materia.*

PRÆSVMPTIO XXXII.

1 Donatio an & quando præsumatur ratione proximitatis. & nu. 6.

2 Mater

2 Mater redimens filium ab hostibus, præsumitur fecisse causa donationis, nec repetit precium.
3 Mater expendens pro respicientibus personam filij, præsumitur causa pietatis fecisse, ideò non repetit.
4 Maritus luens ornamenta vxoris pignorata, & ea vxori restituens, præsumitur donasse.
5 Pater stipulans emphyteusim ecclesiasticam pro se & filijs, an præsumatur fecisse animo donandi filijs.
6 Donationem præsumi faciunt, consanguinitas, temporis diuturnitas, & ratio sæpius calculata. Et multa de intellectu l. Procula. ff. de probat.
7 Maritus qui cessauit per decennium petere alimenta, seu interesse dotis non solutæ, an præsumatur ea remisisse socero aut fratribus vxoris qui promiserant dotem.
8 Vsuræ quæ debentur marito ratione retardatæ solutionis dotis, non debentur iure obligationis, sed officio iudicis: ideò si maritus recuperet sortem sine illis vsuris, non poterit vlterius illas petere.
9 Dispositio l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris. procedit in foro Canonico.

1 *TRigesimosecundò, † donatio quandoque præsumitur* 2 *ratione proximitatis: & propterea † mater redimens filium ab hostibus, præsumitur fecisse causa donationis, nec repetit precium à filio. l. liber captus. C. de capti. & postlim. reuer. Et frater sciens partem, quam ipse habebat in fundo communi, à fratre suo vxori donatam, si non contradixerit: præsumitur remisisse ius suum. l. si seruus com-* 3 *munis. ff. de dona. inter vir. & vx. Et † mater expendens pro respicientibus personam filij, præsumitur fecisse causa pietatis, & ideò donasse. l. 1. C. de neg. gest. de quo per Bart. in l. Nesennius. ff. eod. Et † maritus luens ornamenta v-* 4 *xoris pignorata, & ea restituens vxori, præsumitur donasse. l. vxori. §. fi. ff. de leg. tertio. facit l. vtrum. ff. de donat. inter virum & vxo. & quod notat Bar. in l. si maritus.*

tus. C. eod. Et ascendens stipulans aliquid descendenti dari, præsumitur dari animo donandi. l. donationes. §. species. l. fin. §. fin. ff. de donat. de quo per Doct. in l. quæ dotis. ff. sol. ma. Et facit quod dicit Bald. in Auth. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles. † quòd pater stipulans emphyteosim ecclesiasticam pro se & filijs, censetur fecisse animo donandi filijs. Quæ decisio videtur dubia, per no. per Alex. in d. §. quidam rectè. vnde eam intellige sano modo, videlicet quando accepit etiam possessionem nomine filiorum, prout loquitur Bald. vbi aßignat rationem: quia quando pater contrahit nomine filij, & accipit etiam possessionem, præsumitur facere animo donandi. l. filiæ cuius. C. famil. ercis. l. omninò. §. si. C. de inof. test. vbi infert, quòd quoad filium in potestate, potest pater talem donationem reuocare. l. 2. C. de inof. don. Et supradicta † procedunt in suis casibus, aliàs sola ratio consanguinitatis non est sufficiens ad præsumendam donationem, vt est gloss. & ibi Barto. in l. libertis quos. §. 1. ff. de alimen. & cib. legat. & not. in l. idemq́. §. si cui mandauero. ff. mandati. nisi concurrentibus duobus alijs, videlicet diuturnitate temporis, & ratione sæpius calculata, secundum Bartol. Bald. & Salic. in l. Procula. per illum tex. ff. de probat. & est communis conclusio, vt per Alexan. & Ias. in d. l. quæ dotis. & consuluit Alex. consi. 46. in 1. & consi. 53. in 4. Sed tu aduerte, quia in d. l. Procula. non fit mentio de diuturnitate temporis, sed solùm quòd rationes sint sæpius calculatæ, & quòd non sit aliquid petitum, quandiu frater vixit. Illa enim coniunctio, quandiu, refertur ad vitam fratris, & interpretatur pro donec. l. quandiu. ff. de acqui. hæred. & sic tex. verificatur, etiam si frater non fuisset grauatus restituere, nisi à quatuor annis, vel etiam minori tempore antequam moreretur. Præterea text. non considerat rationes simpli-

5

6

ſimpliciter calculatas, ſed quòd ipſa creditrix ſoluiſſe pecuniasfratri: cùm veriſimile fuiſſet compenſaturam, niſi remiſiſſet. Et ideò iſta calculatio debet ſanè intelligi, prout etiam declarat Fulgoſius ibi, & eſt de mente gl. in d.l. libertis quos. §.1. Præterea vltra Doct. in caſu illius tex. erat mortuus frater, quo viuente, nunquā aliquid petierat: vnde eſt non modica ſuſpicio, quòd iniuſtè peteret, tāquam ab hæredibus malè informatis, iuxta no. in l. qui Rom. §. Augerius. ff. de ver. ob. vnde ille tex. procedit in caſu ſuo tantùm. Et per hæc videretur confundi quædam deciſio Pauli Caſt. in conſi. 126. non ſequendo ordinem. in 2. de qua inferius dicam. Ex ſupradictis infertur ad quæſt. † an maritus

7 qui ceſſauit per decenniū petere alimenta, ſeu intereſſe dotis non ſolutæ, præſumatur eam remiſiſſe ſocero, qui promiſerat dotem, vel fratribus vxoris. Et Bal. in conſi. 474. poſt biennium. in 3. vol. cōſuluit quòd ſic, per tex. in l. cùm quidam. §. diuus. ff. de vſur. Et ita etiam conſuluit Dionyſius de Peruſio præceptor Ludo. Rom. prout eum ipſe refert in conſi. 117. in 4. col. Idem etiam tenuit Alex. conſi. 74. in 3. & vlt. col. in 5. vol. & Cor. conſi. 206. in vl. col. in 2. Contrarium tenent Ro. Alex. & Iaſ. in d.l. quæ dotis. & Alex. conſi. 60. & Cor. in conſi. 250. in 2. vol. & conſi. 53. in vlt. col. in 4. Mouentur per d.l. Procula. & dicit Iaſ. eſſe caſum in d.l. libertis quos. §.1. Et contrarium etiam conſuluit Rom. in d. conſi. 517. allegando glo. iuncto tex. in l. vir vſuras. ff. de don. inter virū. quæ vult, quòd ita demū cenſeantur remiſſæ vſuræ dotis, ſi vir per totum tempus durantis matrimonij tacuerit. argumen. l. cùm oportet. §. ſin autem res. C. de bon. quæ lib. & reſpondent omnes ad d. §. diuus. quòd loquitur in vſuris quæ debentur ex cauſa lucratiua, & ſunt odioſæ, vnde non eſt trahendus ad intereſſe. quod ſoluitur propter onera matrimonij. Et idem tenuit

Rom.

Rom.in l.insulam.§.vsuras.ff.sol.matr. Et aliter etiam respondet Alex.in d.consi.60. & consi.53.quòd ille text. debet intelligi,quando constabat, quòd creditor non exigeret,vt gratior esset debitori,puta quia expectabat ab eo aliquod beneficium. Quid tenendum? Puto in puncto iuris esse veriorem opinionem Baldi, cuius autoritas est maxima in actu practico,præsertim cùm etiam solennes Doct. eum sequuti sint: & optimè probatur in d.§.diuus. qui simpliciter loquitur in vsuris, & non distinguit ex qua causa deberentur, & tamen iura istud interesse dotis non solutæ simpliciter appellant vsuras.d.l.vir vsuras.& l.insulam. §.vsuras.sol. mat. & est tex.in l.cùm post.§.vsuras.ff.de iur.do. Et sic ibi tex.in generalitate sua probat concludenter opin.Bald Nec intellectus Alex.in d.consi.60. est verus, quia text.ibi ex lapsu temporis præsumit id factum causa gratitudinis, etiam alio non constito: quod apparet ex dictione, videlicet, quæ stat declaratiuè.§.nos autem. Insti.de Attil tut.l.videlicet.ff.ex qui.caus.maior.& sic ex tali lapsu temporis declaratur non petitas vsuras causa gratitudinis. Est verum, quòd si creditor probaret se fecisse ex alia causa, tunc non procederet d.§.diuus.& isto casu: quò ad hunc finem,dictio videlicet, stat restrictiuè.l.1.vbi Bar.ff.ad l. Aquil. Præterea etiam tenendo intellectum Alex.dico in casu nostro satis præsumi hanc gratitudinem ex coniunctione sanguinis: & istud est quod fuit de mente Bald.& sequacium. Non obstat d.l.Procula.quia ibi non interuenerat diuturnitas tot annorum, sed solùm fuerat facta sæpè calculatio, quod potuit fieri in minori tempore. Præterea & melius in casu nostro agitur de remittēdis vsuris, quæ licet petantur tanquam interesse secundum ius canonicum,per tex.in c.salubriter.infrà, de vsur.de facili tamē in eis præsumitur remißio, ex quo sunt etiam ipsæ odiosæ.

odiosæ.Istud patet, quia respectu soluentis dicuntur continere quodámodo meram pœnam, ex quo ei nihil vel modicum adest, prout in simili dicitur in l.1.§.si plures.ff. de eo per quē fact.erit. Solùm enim est releuatus ab onere alimentandi ipsam nuptam. quod onus fortè non ascendet ad æstimationem dimidiæ vsurarum, quas maritus potuisset consequi. † Item non debentur iure obligationis, sed solummodò officio iudicis, vt dicunt Pet. & Bal. in l.fi.§. præterea.C.de iur.dot. Vnde si maritus reciperet sortem sine illo interesse, non posset amplius illud petere: quia cùm sit odiosum, extinguitur soluto principali, sicut dicimus de alijs vsuris.l.4.C.depos. & ita firmat Bal. quem ibi sequitur Alex.in l.si marito.§ si fundo.ff.solut.matri. Vnde cùm tale interesse sit odiosum, facilius præsumitur remitti.l.cùm post.in prin.ff. de iure dot. quod non erat in casu d.l.Procula.

8

Non obstat d.l.libertis.quia ibi propriè debebantur alimenta iure obligationis fauorabilis: nec ibi erat aliqua coniunctio sanguinis, per quam præsumeretur non fuisse petita ob causam gratitudinis: quod non est in nostro casu.

Non obstat d.l.vir vsuras.quia potius probat contrarium, quo inducit præsumptionem donationis, si non petantur vsuræ per tempus matrimonij, quod potuit esse breuius decennio: & sic ibi est quædam ampliatio ad dictum Baldi, quicquid ad illum text. cauillando dixerit Alexan. in præalleg.consi.60.versi.similiter non obstat.cuius tres solutiones confutaui in vna. Et ista opinio esset seruanda etiam in foro Canonico, quia tex. in d.§. diuus.non inducit præscriptionem, iuxta no.in c.fin.de præscrip. sed ex lapsu temporis præsumit liberationem seu donationem. Nec hîc sumus in materia peccati: quia iste non soluens interesse, non peccabat, nisi fuisset interpellatus, ex quo tantummo-

tummodò erat obligatus officio iudicis, vt latius deducit Cor. in d. consi. 206. & fa. quod no. Ias. in l. si certis annis. C. de pact. post Salt. vbi vult, † quòd dispositio cùm de in 9. rem verso. ff. de vsur. procedat etiam in foro canonico, quia ibi non agitur de præscriptione, sed agitur de præsumptione legis ex lapsu decem annorum. Et potest socer verisimiliter credere, quòd maritus sit contentus sorte, & quòd non exigat interesse, vt deducit Corn. in d. consi. Secus esset quando istud interesse fuisset expressè promissum, quia tunc debitor non potest prætendere bonam fidem, & nunquam præscriberetur de iure canonico: quod etiam seruatur in foro ciuili, iuxta not. in d. c. fin. Et ita procedit quod not. Alex. in dicto consi. 60.

PRÆSVMPTIO XXXIII.

1 Maritus cui vxor tradidit instrumenta, præsumitur procurator vxoris.

2 Procurator an præsumatur ille, qui cum instrumento mandati venit de longinquis partibus, si mandato exhibito, ille contra quem exhibetur, dicat exhibentem non esse illum de quo in mandato.

3 Procurator Titij an præsumatur ille, penes quem reperiuntur documenta Titij, & an admittatur cum cautione de rato.

4 Mandatum an plenè probetur per productionem instrumentorum facientium ad causam domini, si à domino fuisse sibi tradita procuratorem se asserens probauerit. & num. 6.

5 Procurator reddens instrumenta causæ domino, censetur renunciasse procurationi.

TRigesimotertiò, † præsumitur maritus cui vxor tradidit instrumenta, esse procurator vxoris suæ l. fin. vbi glo. C. de pact. conuen. Per quam gl. infert Cyn. & Bal. in l. si qua per calumniã. C. de epis. & cler. †. quod si aliquis de longinquis partibus veniat in istã ciuitatem, & petat centum tanquam procurator Titij, & exhibeat mandatum: 1 2

quamuis aduersarius neget eum esse, de quo in mandato est mentio, tamen præsumitur esse ille, ex quo affert mandatum: & idē voluit Guil. de Cun. in l. postquam. C. de pact.
¶ ADDIT. Hoc dictum Cyn. & Bal. sequitur Sali. in d. l. si qua per calumniam. & Abb. in c. coram. de offi. delega. Felin. in c. 2. versic. quarto & vltimo casu. col. 8. de testi. Hippol. de Marsi. in l. si quis ne quæstio. num. 143. versi. & pro hac conclusione faciunt. ff. de quæst. vbi allegat id sequi Cepollam consi. 11. casus. col. 3. & Angel. in l. comparationes. in fin. C. de proba. Et etiam hoc dictum refert Feli. in d. c. coram. col. vlt. vbi dicit, quòd illud sequitur Imo. in Cle. 1. col. 7. versi. quid si dicatur. de procu. & cōfirmat per id quod vult Spec. tit. de instr. edit. §. restat. versi. sed quid si producatur. vbi vult quòd creditur literis Officialis attestantibus quem esse notarium, vbicunq; illæ literæ producantur. Verùm tandem Felin. ab hoc dicto recedit, nec illud admittit, nisi cum mandato etiam exhiberet instrumenta & iura partis: tunc enim hæc duo simul iuncta probarent mandatum, aliàs non. Non recederem tamen à sententia Cyn. Bald. Salic. & sequacium, propter eorum autoritatem, maximè ad præsumptionem inducendam pro producente, vt transferatur onus probandi in aduersarium, dicentem producentem non esse illum de quo in mandato.

Sed tu considera tres casus. Primus est qui ponitur in d. l. fin. vbi cōcurrebant tria. Primum erat, quia mulier promiserat dare illa instrumenta parapbernalium, quæ deberent esse & etiam manere apud maritum. Secundum erat, quia instrumenta fuerant sibi tradita. Tertium erat, quia concurrebat coniunctio sanguinis. vnde istis concurrentibus, præsumitur mandatum, nec tenetur maritus agens cauere de rato. Secundus casus est, quando non interuenissent nisi duo, puta exhibitio instrumentorum, & coniunctio: & videtur quòd licet tali casu quis admittatur, tamē debet cauere. Istud probatur in c. coram. suprà, de of. de. vbi clericus babens instrumenta, admissus fuerat solùm cum cau-

cautione, & tamen magna est coniunctio inter clericum & eius ecclesiam, vt ibi notatur, & per Inno in c.cùm R. canonicus. suprà, de offic. deleg. Tertius casus est, † quando non interuenit nisi vnum, videlicet quia reperiuntur instrumenta apud aliquem: & videtur talem admittendum cum cautione, prout tenuit Bar. in l.3.§.causæ.ff.de Carb. edict. in l. vulgò. ff. de admin. tut. Et ista est communis opinio. vt per Feli. in d.c.coram. 3

¶ ADDIT. Et est col.3. versi. quando dicatur dubium. vbi allega. concord. & attestatur hanc esse communem opin. quam tripliciter limitat, vt per eum. Et hanc etiam communem attestatur & sequitur Hipp. de Marsi. in l. si quis ne quæstio. num. 142. versi. & ad hoc dicendum moueor. ff. de quæst. vbi alleg. plures concord. in varijs locis.

Fortius dicit Roma. in singu. 637. incip. nunquid per productionem. † quòd si probatur traditio instrumenti facta per dominum, erit plena probatio mandati, nec erit necessaria cautio. 4

¶ ADDIT. Et consi. 446. colum. pen. & fin. infrà allegando.

Mouetur per d. l. fin. quæ nihil facit, quia ibi interuenerant tria, vt ostendi: & præsertim ibi ponderatur, quòd esset coniuncta persona, vt dicit Alber. de Ros. & idem tenent Pet. & Cyn. in l. maritus. C. de procur. Secundò mouetur, † quia procurator reddens instrumenta causæ domino, censetur renunciasse procurationi. l. negociorum. §. fina. & l. tutor. ff. de appel. vbi Angel. l. ita autem. §. fin. ff. de admin. tut. Ergo concedens instrumenta, debet præsumi constituere procuratorem, quia contrariorum eadem est disciplina, vt per eum. Sed responde, quòd Ang. in dict. l. negociorum. loquitur respectu domini & procuratoris: quia si aufert sibi libros & rationes, præsumitur prohibuisse, ne sese intermittat in negociatione: non autem loquitur respectu tertij, cui 5

 posset

posset oriri praeiudicium, imò contrarium probatur in d. §. fin. iuncta gloss. Vnde in isto casu mihi non placet haec opinio: vbi vero traditio esset facta coniunctae personae tunc posset sustineri. Et ita soluatur quod notat Bald. & Imol. in d. c. coram. & est de mente Pet. & Cyni in d. l. maritus.

¶ ADDIT. Concludit ergo praeceptor meus Alciatus, quòd probatio traditionis instrumentorum factae alteri quàm coniunctae personae, non plenè probet mandatum, & sic contra Rom. in singul. praeallegato. Aduerte quòd opinio Rom. videtur verior, & eam maximis & vrgentibus fundamentis comprobat And. Siculus, dictus Barba. in d. c. coram. col. 2. & seq. vbi etiam respondet argumẽtis, quae pro contraria adducuntur, & ostendit à sufficienti partium enumeratione, necesse esse concludere, quòd talis instrumentorum traditio à domino facta operatur mandatum: & sic probando illam traditionem, satis probat mandatum.

6 *Limitatur † supradicta conclusio, vt non procedat in cohabitante cum ipso domino, quia tunc non esset admittendus, ex quo potuit esse furatus talia instrumẽta. arg. l. vnic. §. ille autẽ. C. de lat. liber. tol. ita Rom. in d. sing. & consi. 446. primus propositae consultationis.*

¶ ADDIT. Facit quod not. Bar. in l. filio. §. qui tabulas. ff. de fur. glo. Bar. & Doct. in l. 2. & 3. ff. de pact. quod licet si reperiatur instrumentum debiti cancellatum penes debitorem, praesumatur debitor soluisse, & sic videatur liberationem probasse: hoc tamen non procedit, vbi debitor esset persona domestica, & cohabitans cum creditore: potuit enim esse suffuratus illa instrumenta, argu. d. §. ille autem.

Sed de ista limitatione dubitat Fel. in d. c. coram. & non est de mente Doct. vnde eam non teneo, quia talis suspicio purgatur per praestationem cautionis de rato: aliàs in extraneo idem esset, quia potuit accidere quòd habuisset in depositũ, prout in simili dicit Pau. de Cast. in l. Maeuia. ff. sol. mat.

mat. &c. Benè fateor quòd in casibus in quibus suprà dixi non requiri cautionem, si iudex suspicaretur quòd instrumentum fuisset furto sublatum, deberet eum requirere. Et ita potest saluari decisio Romani.

PRÆSVMPTIO XXXIIII.

Trigesimoquartò, fornicatio inter consanguineos non præsumitur ex cohabitione. c. cùm in iuuentute. prima col. l. eum qui. C. de epis. & cler. nisi probaretur saltem ex violenta præsumptione, vt not. in c. in literis. & per Abb. in c. quanto. infrà eod. Debent tamen sacerdotes abstinere à nimia familiaritate etiam consanguinearum, propter malitias Satanæ. c. sed si fortè. 81. distinct.

PRÆSVMPTIO XXXV.

1 Maritus præsumitur habitare cum vxore, sicut clericus in ecclesia sua residere.

2 Citatio mariti sufficit vt fiat in domo in qua vxor habitat.

3 Vxor potest in causa matrimoniali facere citari virum suum vagabundum ad domum suam.

Trigesimoquintò, † præsumitur maritus habitare cum vxore sua, sicut clericus in ecclesia sua residere. c. 1. infrà, qui matr. accu. pos. & c. tua. de cle. non resid. Et proptereà infertur, † quòd sufficit citare maritum in domo in qua habitat vxor, quia præsumitur etiã ibi habitare. Ita tenet Guid. Papæ, in tract. suo de præsumptio. & dicit ita tenere Doct. in c. quoniam frequenter. §. si verò. suprà, vt lite non contest. Adde quod not. Innoc. & sequuntur alij in c. fin. de eo qui mit. in posses. vbi dicit, † quòd mulier potest in causa matrimoniali citare maritum vagabundum ad domum suam, ex quo tenetur secũ cohabitare: & si est absens, præsumitur dolo abesse: de quo etiam per Cardin. in Clementi. causam. §. 1. de electio. & facit quod notat Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. vbi dicit, quòd vxor debet ci-

tari ad domum mariti, quia ibi est suum domicilium, & tenetur cum eo habitare. faciunt not. in lege, exigere. de iudicijs. & in lege, cùm quædam puella. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

PRÆSVMPTIO XXXVI.

1 Filios habens, præsumitur ciuitatem diligere, & præfertur decurionibus non habentibus filios.

2 Pater qui duodecim liberos habuit, & consequutus est immunitatem, an si deinde aliquis moriatur, duret priuilegium.

3 Filiæ iam defuncti non prosunt ad excusationem patris.

4 Sententia nil noui inducit, sed quod inductum est declarat.

1 T*Rigesimosexto.* †*Habens filios præsumitur magis diligere ciuitatem, & propterea debet præferri decurionibus non habentibus filios. l. in albo. C. de decur. lib. 10.*

¶ ADDIT. Ideò egregiè inquit Augustinus 19. de ciuitate Dei: Pertinet ad virtutis officium, & viuere patriæ, & propter patriam liberos procreare. & refert Lucas de Pen. in l. nepotes in fine. C. qui num. liber. lib. 10.

Et dicit Iacob. Rebuff. in d. l. in albo. quòd istud est, quia habens filios præsumitur remansurus in patria. argu. l. ad subeunda. eod. ti. & l. sciendum. ff. qui satisd. coga. Tu dic, quòd ratio est, quia semper lex magis fauet habenti filios, quàm non habenti: quia interest reipublicæ plures homines nasci. l. 1. ff. solu. matri. & facit l. 1. C. de infir. pœn. cœlib. Et quia ampliari imperium hominum adiectione cupimus, magis quàm pecuniarum. l. fi. §. pen. ff. de bonis damn. & in l. 2. in fi. C. de indict. vid. tol. Et ista ratio facit ad quæstionem de †*patre habente immunitatem propter duodecim filios: nunquid si semel habuerit, & cõsequutus fuerit immunitatẽ, si deinde aliquis moriatur, durat priuilegiũ? Et videretur quòd sic: quia istud priuilegiũ fuit semel quæsitum patri, quia fuit vtilis reipublicæ propter susceptio-* 2

nem tot filiorum, ergo priuilegium debet durare.c. decet indultum. vbi Ioan. And. in Mercuria. de regu. iuris. in sexto. & Alber. in l. decet. ff. de regulis iuris. Et idem tenuit Mart. Laud. in tracta. de principibus. conclusio. 169.

¶ ADDIT. Imò est tract. de fisco. conclus. 198. habens priuilegium. &c.

Ioan. de Anania consi. vlti. & latè per Ias. in l. sciendum. §. fin. ff. qui satisd. cog. vbi allegat multas rationes, de quibus per eum. Contrarium tenet Alex. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. sol. mat. Mouetur, quia cessante causa excusationis habente tractum successiuum, cessat etiam effectus. l. si tutor reipublicæ. in princ. ff. de tutel. & ratio. distraben. l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor. per Petr. Cyn. & Bald. in l. generaliter. C. de episc. & cle. Tu potes respondere, quòd imò causa non habet tractum successiuum, quia non simpliciter videtur concessum istud priuilegium contemplatione filiorum vt eos alat, sed etiam in fauorem patris, qui fuit adeò vtilis reipublicæ. Et ita defenditur communis opinio.

¶ ADDIT. Et hanc sententiam Io. An. tanquam veriorem, communem, & melioribus fundamentis ac vrgentioribus iuribus comprobatam, tenet Alber. in l. 2. §. 1. ff. de excus. tuto. qui dicit ita de facto obtinuisse, & Fulg. consi. 52. quidam Antonius. col. 2. & expressè consuluit Imo. in consi. 77. visis ac ponderatis. in tertio dub. sentit Paul. in d. §. si maritus. expressè Decius in regul. in omnibus causis id obseruatur. col. fi. ff. de reg. iur. & in Auth. præterea. ad fi. C. vnde vir & vxo. & in l. fina. ad finem prin. ff. si cert. petatur. & consi. 24. mulier cui pater inopiam. versi. quintò accedat. col. 2. & in c. cum cessante. col. 1. de appel. Hippol. Marsil. in l. etiam. ff. de quæst. Et sic vides istam esse communem, à qua propter fantasiam Alexandri nõ est recedendum in iudicando & consulendo, secundum Bartho. Soci. in d. l. sciendum. § fin. Et pro hac sententia faciunt no. per Cynum, Bald. Alber. Cor. Alexan. Ias. Decium, & alios in l. si quis hæredem. C. de instit. & substi. vbi sufficit

conditionem semel extitisse & verificatam esse, licet non durauerit. & ibi Doct. adducunt varia dicta, & plures quæstiones decidunt, ex quibus posset huiusmodi communis opinio roborari, ad quos tamen te remitto, maximè ad Ias. & Decium, nè chartas occupem.

Tamen in puncto iuris mihi videtur verior opin. Alex. pro qua parte moueor primò, quia videtur, quòd imò talis immunitas concedatur filiorum fauore tantùm. Istud probatur per l semper. §. 1. ff. de iur. immu. ibi, non est irrationabile, vt cōcedamus filiorū educationi &c. Item probatur per l. fi. C. qui mune. lib. se excus. lib. 10. vbi in personalib. muneribus excusatur pater, ex quo filij ea tenentur subire. fa. l. 3. quamuis. ff. de mune. & hon. & quod notat Ioan. de Plat. in l. 3. C. de his qui num. lib. se excusant. Secundò moueor, † quia lex generaliter dicit filios defunctos non prodesse patri ad excusationem. l. fi. ff. de vacat. mun. imò nec captos ab hostibus. l. filium. C. de his qui num. lib. Et propterea qui vult se excusare, debet probare se eo tempore habere debitum numerum filiorum. l. 2. §. qui ad munera. ff. de vacat. muner. Nec sufficeret, si iam habuisset. Nec obstat si dicatur, quòd dicta iura loquuntur de eo qui se excusat de nouo à munere, non de eo qui iam est excusatus per sententiam: quia cùm istud sit priuilegium indultum à iure, acquiritur ipso iure. l. certi condictio. §. si numos. ff. si cer. pet. Bald. in l. 1. in penult. colum. C. per quas personas nobis acquir. † & sententia nihil noui inducit, sed quod inductum est, declarat. l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acqui. posses. l. sicuti. §. si quæratur. ff. si serui. vend. Et licet lex velit, quòd vbi quis est nominatus, quòd se excuset. l. scire oportet. §. scire. ff. de excusat. tut. istud est, quia aliàs censeretur renunciare priuilegio, sed per hoc non sequitur quin habeat beneficium ipso iure à lege. Tertiò moueor, quia lex requirit, quòd antequam quis sit immunus, habeat tot filios: vnde vbi aliquis mortuus est, cessant

3

4

verba

verba legis, quia amplius non dicitur habere, sed habuisse. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de ver. obli. Et paria sunt, non fuisse natum, vel esse mortuũ. §. dubitatũ. in Auth. de incestis nupt. Ergo filio mortuo lex amplius non loquitur, & consequenter nec dispositio. l. si alij. ff. de vsufru. leg. Nec obstat ratio Ias. in d l. sciendum. §. fin. dum dicit, quòd quamuis filius sit mortuus, tamen remanẽt alij fratres: & cõsequenter succedit regula, quòd quamuis cesset causa finalis priuilegij, tamen si manent aliquæ reliquiæ, non ideò cesset priuilegium. l. fin. ff. de decur. l. 4. ff. rerum amot. & quod not. Bal. in l. 2 C. si aduer. delictũ. Sed ista ratio, quæ fuit etiã Ang. in l. munerib. C. de his quib. vt indi. & Ioannis de Ana. in d. cons. vlt. est satis à remotis: quia iura prælle. loquuntur in materia diuersa, ex qua nihil infertur ad casum nostrũ. l. Papin. exuli. ff. de mino. & ibi nõ cessabat in totum ratio finalis, prout facit in casu nostro, q̃a lex requirit præcisè certum numerũ, non pauciorem. Et decisio Bal. in d. l. 2. est satis dubia. & contrarium tenuerunt alij relati per Cor. in d. l. minoribus. & etiã satis colligitur ex responsione Alex. in d. §. si maritus. Et vltra eum potes dicere, quòd ibi mulier excusabatur quò ad petitionẽ illius tutelæ tantùm, non quò ad similes casus qui superuenissent de nouo, sicut etiam in l. 2. §. non solùm. ff. de excus. tut.

PRÆSVMPTIO XXXVII.

1 Patriam suam ex qua est oriundus, quilibet præsumitur diligere.

2 Rustico erranti in iure quasi naturali, licet non succurratur, erranti tamen in iure patriæ suæ succurritur.

3 Originarij præferuntur incolis in electione decurionum.

4 Originarius præfertur extraneis in his quæ respiciunt curam ciuitatis. in alijs verò quæ respiciunt iurisdictionẽ, vt plurimum statutæ præferunt extraneos originarijs.

5 Domicilium si quis in pluribus locis habeat, attenditur domicilium propriæ patriæ, vtpote principalius.

6 Nascitur quilibet patriæ suæ in specie, sed prouinciæ in genere: hodie autem inter Christianos, quilibet Christianus nascitur Christianitati vniuersæ.

1 *TRigesimoseptimò. † Quilibet præsumitur diligere patriam suam ex qua est oriundus. l. veluti. vbi not. ff. de iustitia & iure. Imò quis naturaliter ad hoc tenetur, sicut etiam tenetur parere eius rectoribus. Vnde dicit Bartol. in l. Iulianus verum debit. in 8. colum. ff. de condit. indebit. quòd licet ex sententia non oriatur obligatio naturalis proueniens ex consensu, oritur tamen naturalis proueniens ex æquitate. dict. l. veluti. quia tenetur quis parere patriæ, & eius magistratibus. Est verum, † quòd licet* 2 *regulariter rustico erranti in quasi iure naturali non succurratur. l. 2. C. de in ius voc. tamen succurritur erranti in isto iure. l. 1. §. final. ff. de edend. l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & facit quod not. Alexand. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iud. Ex supradicta præsumptione infertur, † quòd in electione decurionum semper debent præ-* 3 *ferri originarij cæteris incolis, vt dicit Lucas de Pen. in l. quisquis. de omni agro desert. lib. 11. C. vbi ampliat, etiam si incola seu ciuis nouus esset magis idoneus originario. allegat no. in c. licet. 8. quæst. penultim. Et ista est ratio statutorum disponentium, quòd nemo nisi originarius admittatur ad tale officium. † Et istud optimè procedit in his* 4 *quæ spectant ad curam ciuitatis, quam præsumuntur originarij valdè procurare: aliàs essent impij. l. 1. C. si curial. relict. ciuit. libr. 10. facit l. qui habebat. de legat. 3. In alijs verò quæ respiciunt iurisdictionem, vt plurimum statuta requirunt extraneos, propter suspicionem ne quid gratiosè agant. Et quia nemo acceptus in patria, vt est gloss. in l. hi qui in prouincia. ff. ex quibus caus. & quod nota. in l. in eadem. ff. de offic. assess. per Alberic. de Rosat. in l. 3.*

per

per illum text. C. de offic. prætor. Et ex hac præsumptione † vidi in practica inferri, in habente domicilium in varijs locis, quòd debeat attendi forum patriæ, in qua habebat domicilium tanquam principalius: quod nota. in l. exigere. ff. de iud. & quod not. And. Sicul. in consil. vltim. in 4. volum. consiliorum Alexandri, in 3. colum. Et ad supradicta adde Bald. in Auth. sed omninò. in penultim. colum. C. ne vxor pro marito. vbi dicit, † quòd quilibet nascitur patriæ suæ in specie, sed prouinciæ nascitur in genere: vnde dummodò non vadat habitatum extra prouinciam, dicitur retinere domicilium patriæ. quod potest esse verum de iure Romanorum: sed de iure Christi, quilibet Christianus nascitur vniuersæ Christianitati, vt habetur in Actibus Apostolorum, quia omnes in Christo sunt fratres. 11. quæst. 3. c. ad mensam. 5 6

PRÆSVMPTIO XXXVIII.

1 Sensus & ratio naturalis præsumitur in quolibet homine.
2 Furiosum quem esse qualiter probetur.
3 Furiosus an dicatur qui nō vult obtemperare medico.

Trigesimooctauò † Sensus & ratio naturalis præsumuntur in quolibet homine, nisi probetur cōtrarium. l. non codicillum. C. de testam. l. 2. C. qui testam. fac. poss. † Probatur autem quis furiosus per signa extrinseca, puta quia loquitur verba more furiosorum. Et fatuus dicitur, qui fatua dicit. 95. distinct. c. legimus. & est tex. not. in l. quidam. ff. de condit. instit. 1 2

¶ ADDIT. Adde bonum tex. in l. ijs qui. § .1. & ibi not. Bart. cum concord. & remis. in addit. Alex. & And. de Poma. ff. de tutor. & curat. dat. ab ijs.

Et plura signa refert Ias. in l. furiosum. C. qui testa. fac. poss. & glo. in c. 1. 83. dist. in verb. inferas. quæ dicit, † quòd præsumitur furiosus, qui non vult obtemperare medico. Quod dictum si esset ita simpliciter verum, destruerentur 3

tur multa testamenta: vnde ergo crederem non esse satis si istud probaretur, nisi testes subderent, quòd istud faciebat propter furorem, vel more furiosorum, vt probatur ex not. per Alex. in l. si cùm dotem. §. si maritus. in penult. col. ff. sol. mat. de quo etiam per Mod. in d. l. furiosum.

PRÆSVMPTIO XXXIX.

1 Religiosus versus Deum quilibet præsumitur.
2 Testes in crimine hæresis admittuntur, qui etiam aliàs non admitterentur, & quare.
3 Delictum quod clàm solet fieri, licet admittat probationes leuiores, si tamẽ sumus in casu in quo lex requirit testes omni exceptione maiores, tunc testes inhabiles producere non sat erit. Et de veritate vide numer. 5.
4 Stuprum non probatur per domesticos.

1 *TRigesimononò, † præsumitur quilibet versus Deum esse religiosus. l. fi. C. ad leg. Iul. repet. Ang. in l. sciendum. in antepenul. col. ff. de verb. oblig. Licet sit ista præ-*2 *sumptio, in † crimine tamen hæresis admittuntur testes, qui etiam aliàs non admitterentur. c. in fidei. infrà, de hæred. in 6. Quod videtur esse contra gl. in d. l. fi. ff. quod met. caus. quæ vult, quòd vbi aliquis habet præsumptionem cõtra se, requirantur potiores probationes. Potes dicere, quòd istud sit speciale in fauorem fidei, propter atrocitatem criminis: & quia talia crimina solent fieri clàm, nec diuulgari, vnde meritò admittuntur etiam complices & excom-*3 *municati. Et ex hoc infertur ad practicam, † quòd licet in his quæ solent clàm fieri, sufficiunt leuiores probationes, vt per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de nou. ope. nunc. & probatur in l. non omne. §. à barbaris. ff. de re mil. & in c. veniens. 2. c. licet ex quadam. c. præterea. suprà, de testibus.*

¶ ADDIT. Cum varijs concord. traditis per Alex. consil. 115. viso themate. col. 3. lib. 4. & cons. 64. viso. lib. 1. vbi traditur

traditur regula, quòd in actibus clandestinis, qui communiter clàm fieri solent, & ob id sunt difficilis probationis, sufficit probatio per coniecturas Idem tradit consil.24. animaduersis. col.2. vbi etiam varia loca & Doctorum autoritates citat, lib.2. Et latius cons.69. visa facti. eod.libr. & cons.212. visis & discussis. in fin. eod. vol. & consil.146. viso. lib.6. & cons.189. in causa eod. vol. Cor. cons.113. circa primum. col.2. vers. sic etiam patet. lib.1. & not. Ioan. de Imol. cons.147. in causa. col.3. & 4. & Deci. cons.577. viso copioso. col.2. vbi allegat concor. Hippol. in l. fi. C. de sicarijs. cum infinitis concord. traditis per Hippol. in Rub. de probat. num.315. & 316. versic. rursus dico quòd prædictæ gl. &c. ad quem sufficiat remissio, ne chartas tantis allegationibus per ipsum relatis occupem.

Si tamen sumus in casu, in quo lex requirat testes maiores omni exceptione, tunc non erit satis si producantur testes inhabiles, eo prætextu quòd delictum sit clàm factũ: nam in causa criminali lex requirit testes omni exceptione maiores. l. fin. C. de probat. Vnde in causa hæresis etiam clandestinæ, non admitterentur inhabiles, puta participes vel excommunicati: nisi esset fauor fidei, vt ibi dicitur. Et sic ille text. probat per locum à speciali. Comprobatur ista opinio per text. in c. in literis. suprà, de test. † vbi licet stuprum soleat fieri clàm, & ideò difficulter probetur. c. literis. infrà, eod. & l. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adult. non tamen admittuntur ibi domestici. In contrariũ facit quod consuluit Alex. in consil.156. in 5. & Decius consil.163. in 6. col. † quòd licet in matrimonio requirantur testes omni exceptione maiores. c.1. infrà, de consangu. & affin. tamen non procedit in matrimonio clandestino. Pro qua opinione facit text. in c. fin. suprà, de testib. cogend. vbi in causa conspirationis admittuntur ad probationem etiam inhabiles, quia aliter probari non potest. Sed ego puto priorem opinionem esse veram. Nec obstant contraria, quia possent procedere quò ad faciendum iudicium, non quò ad probationem.

4

5

nem, prout est gl. communiter approbata in l. fin. C. de accus. Abba. Imol. & Doct. in c. 1. de confessis. Corn. consi. 58. in vlt. col. in primo. Cogita tamen, quia frequenter contingit in practica dubitari.

PRÆSVMPTIO XL.

1 Vidua vltra vndecim menses, præsumitur ex alio quàm ex marito peperisse.

2 Doctorum plures opiniones si teneant contra testamentum, vel alium casum fauorabilem, & opinio vnius Doctoris tantùm sit pro testamento, vel alio casu fauorabili, quæ opinio præualeat.

1 *QVadragesimò, † Præsumitur vidua vltra vndecim menses ex alio quàm ex marito peperisse. §. mulier. in Auth. de restit. & ea quæ par. Aduertendum tamen est, quia Adrian. Imp. constituit, quòd imò fœmina possit etiã per vndecim menses gerere vterum, vt dicit Aul. Gell. lib. 3. c. 16. Noct. Atticarum. Et eandem opinionem etiam sequutus fuit Aristot. prout eum refert Censorinus in lib. de die Natali: de quo etiam per Plutarch. libr. 5. de placitis philosoph. Et tamẽ Iustinianus sequutus communem opinionem in casu de facto pronunciauit contrarium, vt habetur in dict. §. mulier. Et ex hoc confunditur vna decisio And. Sicul. in cons. 6. incip. scriptum est. in primo vol. vbi* 2 *dicit, † quòd si sunt plures opiniones Doctorum qui teneant contra testamentum, & nisi vna alicuius Doctoris pro testamento teneat, illa debet attendi in iudicando, fauore testamentorum. l. si pars ff. de inoff. test. Et idem in alijs casibus fauorabilibus, puta matrimonio, libertate, dote, prout habetur in c. si. inf. de re iud. Nam in casu suprascripto militat fauor legitimationis & bonæ famæ, & aderat autoritas supremi philosophi, & etiam Adriani, & tamẽ Iustinianus secutus est etiã communem opin. medicorum, & pronunciauit contrarium. Illam decisionem etiã reprobat alijs medijs Dec. in c. canonum statuta. suprà, de constit.*

PRÆ-

PRÆSVMPTIO XLI.

1 Habilis ad generandum quilibet præsumitur, nisi probetur inhabilis.

2 Vxorem cognouisse præsumitur, qui diu cum ea cohabitauit.

QVadragesimoprimò. † Præsumitur quilibet habilis ad generandum, nisi probetur inhabilis. c. quia. 50. dist. Inn. & alij, in c. 1. infrà, de frigi. & malef. & quod no. Bar. in l. filium. ff. de his qui sunt sui, &c. Ex quo infertur alia præsumptio, † quòd præsumitur quis cognouisse vxorem suam, cum qua diu cohabitauit. in d. c. 1. & 26. q. 1. c. nec aliqua. & facit quod no. Bal. in c. at si clerici. §. 1. de iudic. 1 2

PRÆSVMPTIO XLII.

1 Ignorantia præsumitur in minore, ideò præsumitur de facili decipi.

2 Mulier præsumitur de facili decipi, maximè propter viri seductiones.

3 Minor contrahens mutuum cum fœneratore, præsumitur læsus, nisi probetur locupletior.

4 Minor qui non appellauit à sententia, eo ipso præsumitur læsus, & potest restitui.

5 Minores præsumuntur de facili dicere mendacia.

6 Minori vt competat restitutio in integrum, tria requiruntur.

7 Minori cũ quo nihil est gestũ, & tamen est læsus, licet non competat restitutio ex tit. de minoribus, competit tamẽ ex clausula generali, Si qua mihi causa iusta.

8 Minor an ex sola confessione præsumatur læsus, & quid in criminalibus.

QVadragesimosecundò. † In minore præsumitur ignorantia. l. si quis patrem. vers. proinde. ff. ad Maced. Et propterea talis præsumitur de facili circumscribi. l. 1. ff. de minoribus. Et idem etiam in † muliere, quæ de facili præsumitur decipi. §. his consequens. in Auth. de æqual. dot. & præsertim propter viri seductiones. §. 1. in Auth. vt immo. ante nupt. dona. Et facit quod no. in c. 1. & 2. inf. de adul. 1 2

¶ ADDIT. Adde quòd minor & mulier præsumuntur ignorare ius suum, seu iura eis competentia. l 2. in fin. ff. de iure fis. l. 1. ad fin. ff de eden. l cùm de indebito. §. fin autem is. ff. de proba. gl. in §. notandum. 1. q. 4. fa. no. gl. in §. 1. in verb. sciēs. in Auth. de incestis nup. vbi etiā no. Ang. & Alex. cons. 126. viso processu. col. vlt. in 7. vol. ideò minor ac mulier contrahētes & renunciantes omnibus beneficijs eis competentibus, debent expressè certiorari quæ sint illa beneficia: puta quid Velleianū, quid beneficium restitutionis in integrū, condictionis indebiti, vel sine causa, & similium: alioqui cùm ipsa præsumantur ignorare, vt dixi, quæ sint illa iura, non valet renunciatio, nisi certiorentur, secūdum cōmuniter Doct. in l. sciendum. maximè Rom. Alex. & Ias. ff. de ver. obl. gl. in l fi. §. fi ff. ad Velleia & in l fi. C. illo tit. Dyn. Bar. Ro. Alex. & Ias. in l. in repudianda per illum text. ff. de acqui hæred. Cy. Bal. & Sal. in l. 2. C. de rescind. vend. Soc. post Bal. in l. 1. in fi. ff. si quis in ius voc. non ierit. Bal. in c. cùm in iure. col. vlt. de offi. deleg. dicens, quòd minores & mulieres debent de eorum iuribus certificari, alioqui præsumuntur specialia iura ignorare: & pro hoc dicit solennem glo. in d. l. sciendum. Adde Pano. in c. si diligēti. col. 4 de foro compet. vbi etiam Fel abundè col. 4. nu. 14. vers. nunquā tamen. & Pau. de Cast. notabiliter cons. 41. viso facto & dubijs mihi traditis. in 1. vol nouissimorum. Deci. post Bal in l. penul. col. 6. vers. postremò nota. C. de pactis. & Signorol. de Homod. cons. 50. super dubijs. col. 6. præterea cùm tractatur. vbi fortius dicit non valere renunciationem seu contractum, nisi de eorum beneficio certificati sint, etiam si iuramentū in contractu interuenerit. Et idem etiam consuluit Raph. Fulg. cons. 237 filius Guidonis. & Alexan. cons. 88. viso puncto. col 4. vers. nec huic responsioni obstat iuramentum. lib. 2. & cons. 27. viso libello. lib. 1. vbi dicit minorem & mulierem certiorari debere de eorum beneficijs, quia ignorare ea præsumuntur. Dicit tamen, quòd si interuenisset in renunciatione iuramentum, tunc non requireretur certioratio (de cuius dicti veritate Doct. ample in d. l sciendum.) Et idem Alex. in cons. 42. super præmisso. col. 1. & 2. in primo vol. vbi etiam dicit requiri

requiri certiorationem, nisi iuramẽtum interuenisset. Bolog. tamen consi. 45. col. 2. notabiliter voluit, etiam si iuramentum interuenerit, requiri certiorationem beneficiorum & iurium competentium, alioqui renunciantibus nõ oberit renunciatio: & sic amplectitur sententiam Signoroli & sequacium. Et sequitur etiam Hippol. de Marsil. in reper. Rub. de fideius. num. 37. 38. latissimè. Aduerte tamen, nam licet in ignorantiæ præsumptione minorem & mulierem æquauerimus, tolerabilior tamẽ & verisimilior est ignorantia in minore quàm in muliere. l. regula. post prin. ff. de iur. & facti ignor. quam ad hoc notat Iason in l. sciendum. col. 11. vers. 2. pro ista parte, &c. Sed da meliorem in l. quamuis in lucro. C. de iuris & facti ignor. vbi inquit Imperator, Quamuis in lucro nec fœminis ius ignorantibus subueniri soleat, attamen contra ætatem adhuc imperfectam, locum hoc non habere retrò principum statuta declarant. Et ideò plus fauoris habet minor in restitutione in integrum ob ætatem, quàm mulier ob sexum in beneficio Velleiani. l. vlt. vbi expressè Salic ff. ad Velleian. dum dicit tex. nec enim loco minoris 25 annis circumscripti, per omnia habenda est mulier. & text. in l. si apud minorem. ff de minor. Facit quod no. Bald. in c. cùm contingat. vers. quæro quando mulier. de iureiur. cum simil.

Et inde infertur, † quòd minor contrahens mutuum cũ fœneratore, præsumitur læsus, nisi probetur factus locupletior. l. 1. C. si aduersus credit. Et propterea etiam venditio quæ pupillum lædit, præsumitur commento mendacio facta. C. si aduersus vendit. l. fin. & ideò † minor qui non appellauit à sententia contra se lata, eo ipso præsumitur læsus, & competit sibi restitutio in integrũ, secundum Bart. in l. si. C. de in integ. restit. mino. Quod puto verũ. si ea quæ pro causa sunt, non dicta alleget, iuxta tex. in l. minor autem magistratus. §. si autem. ff. de minor. aliàs esset secus, vt per Bart. & Alex. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. Et ita possunt concordari opiniones, de quo tamen latè ibi per Alex. 3 4

¶ ADDIT. Adde quòd minor censetur ac præsumitur

læsus, ex eo quòd compromisit in arbitrum, etiam aliter non cõstito de læsione. l. si minor 25. annis filiofam. §. minores. ff. de minor. Ratio ibi assignatur per gloss. & Doct. quia per tale compromissum tollitur minori beneficium appellandi. l. 1. de arbit. C. & vide Corn. Perus. consil. 178. visa copia. col. 2. in 3.

5 *Et † minores etiam præsumuntur de facili dicere mendacia. l. ex libero. § 1. ff. de quæstionib. Supradicta tamen sanè debent intelligi, quia procedunt ex rationibus particularibus. Nam regulariter, ex simplici contractu, minor non præsumitur læsus, nisi probetur.*

¶ ADDIT. Vt notabiliter per Corn. consilio 121. visis nonnullis. col. 25 versic. non enim eo ipso quod est minor, &c. & consilio 57. in causa. col. 3. libr. 3.

6 *Et propterea, † ad hoc vt sibi competat restitutio in integrum, requiruntur tria. Primò, quòd probet se minorem. Secundò, quòd probet læsionem. Tertiò, quòd probet se dolo aduersarij, vel nimia sui facilitate læsum. l. verum. § sciendum. ff. de minor. & d. l. fin. C. de in integ. restit. minor. & ita not. Ias. post alios in d. §. si minor.*

¶ ADDIT. Et vide Soci. cons. 57. in causa restitutionis. lib. 4. & Corn. cons. 135. de pluribus. col. 2. lib. 2. vbi notabiliter tradit minorem non restituendum, nisi aut sui facilitate, aut dolo aduersarij se læsum ostẽdat: alioqui si iure communi vsus, & non dolo aduersarij se deceptum reperiat, non restituetur, vt latissimè per eum. Habes ergo tria requisita ad hoc vt minor restituatur. Quartum addebat Ant. de But. in c. constitutus. de in integr. restit. videlicet, quòd minor probet se esse intra tempora in integrum restitutionis petendæ, scilicet intra quadriennium, de quo in l. fi. C. de temporib. in integ. restit. pet. Sed istud reprobatur communiter à Docto. in d. l. nam & posteà. §. si minor. vt ibi per Ias. nemo enim tenetur allegare illud, quod timet ab aduersario opponi, secundum eos. Adde vltra eos Corn. in dicto consilio 135. qui dicit, quòd onus probandi, quòd petens restitutionem in integrum sit intra tempora

petendi,

petendi, incumbit reo, contra quem petitur restitutio, neganti petentem esse intra tempora petendi, ita, quòd sit sibi præclusa via ad petendum: quia petens restitutionem, habet intentionem suam fundatam, ex quo probauit læsionem, & minorem ætatem tempore lesionis: vnde aduersarius, qui excipit de lapsu temporis, debet illud probare. l. in exceptionibus. ff. de exceptionibus.

Circa tamen istud tertium requisitum aduerte: quia si esset læsus ex verisimili ignorantia, licet non dolo aduersarij, vel sui facilitate, competeret adhuc restitutio in integrum, saltē ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur. vt consuluit Corn. cons. 184. super hac noua. in tertio. vbi allegat multas concordantes. Pro quo facit, quod no. Bart. in l. Æmilius ff. de minor. vbi † minori cum quo nihil est gestum, & tamen est læsus, licet non competat restitutio ex edicto de minoribus, tamen succurritur ex clausula generali: de quo per Alex. cons. 163. in 1. col. in 2. Aret. cons. 160. vbi latè. Et ad supradicta facit, quod notant Innoc. & Doct. in c. ad nostram. infrà, de regul. vbi proximus pubertati non præsumitur illectus ad intrandum religionem, sed potius sponte venisse. Et † an ex sola confessione præsumatur minor læsus, dic vt per Alex. in d. §. si minor. vbi ponit etiam alias quæstiones.

7

8

¶ ADDIT. Vide etiam latissimè Alex. in l. certum. §. in pupillo. in addit. ad Bar. ff. de confes. & abundè per Hippolytum de Mars. in l. 1. in prin. num. 11. & §. fin. in fin. ff. de quęstio. & in l. de minore, num. 33. vers. quæro vlterius, minor 25. annis, &c. eod. tit. qui infinitas remissiones tradit. Ex quibus locis colligere poteris, an & quādo minor, vtpote læsus ex confessione, veniat restituendus vel non, maximè in criminalibus. Vnū tamen nolo omittere, quod perpetua mente tenendum est, quòd minor quandoq; aduersus confessionem restituitur, etiam aliter probata læsione, quasi ex sola confessione satis probata sit læsio: videlicet, si minor confiteatur se fecisse delictum, de quo aliter non constabat nisi per confessionem suam, tunc

tanquam læsus restituetur in integrum, etiam non probata læsione, quia satis læsus præsumitur ex ipsa confessione. Istud est dictum Ang. in d. l. certum §. in pupillo. ff. de confess. refert & pro singulari reputat & sequitur Hippol. de Mars. notab. 445. minor. & illud dictum Ang. referunt & sequuntur Alex. & Ias. in d. §. si minor. licet de eis non faciat mentionem Hippol in d. sing. 445.

PRÆSVMPTIO XLIII.

1 Senex citius præsumitur mori quàm iuuenis, alioqui turbatur ordo naturæ.

2 Vsufructu legato iuueni & seni, debet fieri computatio de toto, secundum ætatem illius iuuenis.

1 *QVadragesimotertiò. † Præsumitur citius mori senex quàm iuuenis: vnde aliter dicitur turbari ordo naturæ. l. nam & si parentibus ff. de inoffic. testam. & l. is qui ex causa. in fi. ff de fideic. libert. & est tex. in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. Et per d. l. vidi dubitari:* 2 *† legatus erat vsusfructus duobus, quorũ alter erat senex, alter verò erat iuuenis: fuit dictum, quòd deberet fieri computatio de toto, secundum ætatem illius iuuenis, ex quo præsumebatur, quòd senex citius moreretur: quo casu vsusfructus iure accrescendi pertinebat ad illum minorem. l. 1. §. interdum. ff. de vsufruct. accres. quod not. Et ad supradicta facit l. 2. ff. de term. mot. vbi in breuius tempus debet relegari senior delinquens, quàm iuuenis. Et facit etiam gl. vbi Anch. & alij, in c. 1. infrà, de paroch.*

PRÆSVMPTIO XLIIII.

1 Viuere centum annis an præsumatur quilibet.

2 Argumentum à communiter accidentibus est validũ, & transfert onus probandi in aduersarium.

3 Acta principaliter deducta in aliquo casu, efficacius probant quàm ea quæ incidenter.

1 *QVadragesimoquartò. † Præsumitur quilibet viuere centum annos. l. fi. C. de sacrosan. eccles. l. an vsusfructus.*

Etus.ff de vsufruct.gl.Bart.& Doct.in l.2 §.si dubitetur. ff.quemad.testa.aper. In contrarium est tex.in l.spadonē. §.qui absolutus.ff.de excus.tut.per quem tex.dicit Bart. in l.2.in vlt.col.ff.iudi.solui.quòd si quis olim probauit se habere filios, non præsumitur post aliquod tempus eos viuere, nisi probetur. & idem etiam tenuit in l.qui duos. §. cùm in bello.ff.de reb.dub. Item in contrarium facit, quia arguendo à communiter accidentibus, videmus totum contrarium, & rarissimè illud contingere: † quod argumentum tenet.l.neq; natales.vbi probatur, C.de probat. 2

¶ ADDIT. Probabile enim est tale argumentum à communiter accidentibus.c.1.vbi Ioan.de Imol Panor.& alij notant, extrà, de cler.non resid.text. & ibi notat gloss. in l. ideò.ff de legibus.text.in l.quidam.§.nummularios ff.de edend. gloss.in l. cùm dotem. C.de iure dot.& in l.1.C de arbit.in gloss. magn.circa medium. Bald.in l.conuenticulam, C.de episc.& cleric & in c.fin.de causa possess.& propriet. Alexand.& Ias.in l non hoc. C.vnde cognati.vbi latissimè de hoc argumento, & plures limitationes tradunt, in quibus non procedit tale argumentum, & latissimè per Hippol. Marsil.in sing.primo,incip.argumentum. Vnum volo menti teneas, quod tale argumentum à communiter accidentibus in hoc est vtile, quia transfert onus probandi in aduersarium, secundum gl. in d.l.neque natales quam ad hoc ponderat Ludouic.Roman. singul.397. incip.quis debet probare hanc, &c.

Et ideò Decius in l.si emancipati C.de colla.dicit, quòd licet secundum naturam possibile sit aliquem viuere centum annos, non est tamen verisimile, prout in simili dicit Bald.in l.scripturæ. C.de fide instrumen. quia non omnia possibilia sunt verisimilia. Item in contrarium vrget tex. in d.l.hæreditatum.ff.ad l.Falc.quā allegat ad hoc etiam Ias.in d.l.fin.Raph.Com. Roma. & Aret.in l.sed & si de sua.ff.de acquir.hær. limitant prædictā regulam non procedere, quādo mors vel vita alicuius deduceretur inciden-

ter: quia tunc non habet locum dicta præsumptio, per supradicta iura. Sed istud mihi non placet: quia si ista præsumptio habet locum vbi principaliter dubitatur, multò fortius vbi incidenter: quia efficacius probant acta deducta in aliquo casu principaliter, quàm ea quæ deducuntur incidenter. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iud. per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. oppo. ff. de verb. obli. Alex. in d. l. sed & si de sua. aliter intelligit, videlicet, quòd illa glo. in d. l. fin. procedat solùm quando quis fundatur super morte. quia lapsis centum annis præsumitur aliquis amplius non viuere. quod dictum in se est verum, sed generaliter non tollit difficultatem. Tu potes dicere, quòd aut vita est fundamentum intentionis agentis, & illi incumbit onus probandi, in d. §. qui absolutus. Aut non est fundamentum intentionis, & procedit gl. in d. l. fin. quæ tamen non inducit præsumptionem veram iuris, sed potius quandam suspicionem, vnde tollitur per contrariam suspicionẽ, puta orientem ex dicto vnius testis, vel ex fama publica, iuxta not. per Bart. in d. §. si dubitetur. & per Bal. in c. 1. §. fi. qui feu. dare pos. in vsib. feud. Et puto, quòd ista fuerit mens Raph. & Moder. in d. l. sed si in sua. neč text. in d. l. hæreditatum. inducit præsumptionem generalem secundũ computationem ibi positam, sed habet locum solummodo in casu suo, vt dicit ibi Alex. post alios.

PRÆSVMPTIO XLV.

1. Antiquior præsumitur melius scire veritatem: vnde senioribus deferendum est.
2. Prædicatores debent præcedere fratres Minores.
3. Doctorum antiquorum iudicio potius standum est, quàm iuniorum seu modernorum. Limita vt nu. 5.
4. Inuentis facilè est addere.
6. Argumentum ab ordine literæ est validum in honoribus & dignitatibus.
7. Licentiatus, postea effectus doctor, an præferatur illi qui medio tempore est effectus doctor.

8 Licen-

8 Licētiatus nullam habet dignitatem, sed habetur pro scholari.

9 Doctor petens se admitti in collegium, si aliorum inuidia fuerit retardatus, an debeat præferri ijs, qui interim dum ipse pulsat ad ostium, fuerunt admissi.

10 Aedificia antiqua præsumuntur facilius corruere.

QVadragesimoquintò. † *Antiquior præsumitur melius scire veritatem. 20. distinct. c. de quibus. Vnde his qui sunt canitie graues, est deferendum. §. si verò aliqui. in Authen. de quæstor. & l. semper. ff. de iure immunit.* 1

¶ ADDIT. Vnde Leuitici 19. cap. dicitur: Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Et Apostolus: Seniorem ne increpaueris. 2. q. 7. Paulus dicit. Adde, antiquitati deferendum in multis, videlicet in instrumentis custodiendis seu deponendis, vt scilicet apud seniorem heredem reponantur. l. fi. ff. de fide instrumen. In dubijs determinādis: plus enim eis in hoc statur quàm iunioribus. c. de quibus. 20. dist. vbi glo. c. domino. ad finem. vbi etiam Archid. 50. dist. In dignitatum collatione: eligendi quippe sunt seniores, & ætate graues. capitulo, statuimus. 61. distinctione. In testimonijs ferendis: est siquidem veracior eorum sermo. cap notificamus. & cap. consanguineos. 35. quæst. 6. In eleemosynis largiendis: senioribus enim prius largienda est. c. considei anda. 86. distinct. & c. non satis. in suspicionis remotione. c fraternitatis. 34. distinc. In excusationis admissione: est enim circa onerosa sufficiens excusatio, senectutis grauitas & pondus. c. placuit. 18. distin. & toto titu. qui ætate se excusant. In pœnæ relaxatione: mitius enim senex punitur, quàm iuuenis: quia in longius tempus relegatur iuuenis quàm senex l. 2. de termin. mot. & text. in c. tanta 86. dist & c. tempora. 26. quæst. 7. quæ iura loquūtur etiam in alijs pœnis. In probitatis presumptione: presumitur enim in seniore maior probitas. 59 distin. c. si officia. Item in præsumptione scientiæ, & morum grauitatis. 84. distin. c. porrò. & c. 1. 12. quæstio. 1. In iustitiæ examinatione & discussione. c. si quid verò. 86. dist In consessibus & sediū locatione: collocandi. n. sunt seniores

in eminentioribus altioribusque locis. text. cum glos. vbi etiam scriben. in §. aliam. Instit. de bon. posses. Adde quòd senibus eadem penè reuerentia quæ magistratibus debetur, d. l. semper. Et secundo Machab. scribitur ingenuæ nobilitatis caniciem. Et paulò pòst subiungitur: Non enim ætatem nostram dignum est fingere. Possent & alia de laude senectutis hîc congeri, de quibus aliqua infrà subijciam.

Et idem est respectu nedum hominum, sed etiam respe- 2 *ctu possessionis. Vnde dicit Guid. Pap. q. 52. † quòd Prædicatores debēt præcedere fratres minores, quia antiquior est eorum institutio, vt no. in c. quorundam. de elect. in sexto. de quo dic vt per Fel. in Rub. de maior. & obed. Et hoc fa-* 3 *cit † pro Doctoribus antiquis, quorum iudicio videretur potius standum. 16. q. 1. c. sic viue. & ibi not. & in c. ieiuniū. 66. distin. Et facit quod not. Bald. in l. final. in penult. col. C. de edict. diui Adrian. toll. vbi dicit, quòd Doctores antiqui magna veneratione fuerunt præstantiores modernis, pondere, numero, vel mensura. In contrarium tamen adducitur gloss. in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posth. quòd quantò iuniores, tantò perspicaciores. Et licet Alexand. & Imol. istud ibi dicant procedere, quia vident antiquorum* 4 *scripta, tamen hoc non placet, † quia in eo non cōsistit magna perspicacia, quia facilè est inuentis addere: de quo notatur in l. 1. C. de vet. iur. enuc. & Aristoteles in Problem. expreßè dicit, iuuenem esse perspicacioris ingenij senibus: & ibi aßignat rationem.*

¶ ADDIT. Comprobatur etiam autoritate eiusdem Aristot. lib. 2. Polit. inquientis: Vetusta autem plerunque rudiora sunt nouis. Sed pro senioribus facit quod scribitur Ecclesiast. 25. cap. Quàm speciosum caniciei iudicium: quàm speciosa veteranis sapientia, & intellectus & consilium. Corona senum multa sapientia, & gloria illorum timor Dei. Et illud Ciceronianum lib. de Senectute: Non viribus, inquit, nec velocitatibus res magnæ geruntur, sed consilio

consilio antiquorum & scientia, quibus non orbari, sed augeri solet senectus. Accedat notabilis text. in c.1. de renunciat. vbi inquit tex. quòd senescente corpore, spiritus ad altiora conscendit. & quod ibi per illum notat Bal.

Et istud præsertim apparuit in Papiniano, qui decessit agens annum 37. & per Socinum in l. cùm auus. in princ. ff. de cond. & demon. Vnde tu dicas præsumi pro senioribus: quia verisimile est, quòd perspicaciter à se in iuuentute inuenta, melius concoxerint.

¶ ADDIT. Accedat quod scribitur Ecclesiast. 8. cap. Non te prætereat narratio seniorum, ipse enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis responsum. Facit & illud: Plus valet vmbra senis, quàm eloquentia iuuenis. quod refert Bal. in d.c.1. de renun. Facit etiam illa Ciceronis autoritas suprà allegata.

Et ex supradictis infertur quòd † antiquior Doctor debet præferri iuniori, prout firmant omnes in c. clerici. suprà, de iudi. & in l. cùm quid. ff. si certum petat. Quod limita primò, nisi iunior haberet meliora stipendia. l. 2. C. de offic. magistri officiorum. ibi, quem meliora stipendia, vel labor prolixior fecerit anteire, † arguendo ab ordine literæ. quod argumentum in hac materia tenet. l. fin. ff. de albo scriben. notatur in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupill. 5 6

¶ ADDIT. Facit bonus tex. vbi Bald. & Paul. expressè notant, in l. nemo clericus C. de sum. trini. vbi ex ordine literæ illius tex. arguunt simplicem clericum præferendum militi.

Secundò limita, † quando iunior prius fuisset Licentiatus. argu. l. 1. C. de consul. lib. 12. per quem text. ita tenet Ang. in §. quædam. Instit. de actio. col. 9. Et idem tenent Socin. & Decius in l. cùm quid. si cert. peta. & latè consuluit Soc. in consi. 70. in 4. vol. vbi allegat alias rationes, sed non multum stringentes, & dicit ita etiam tenuisse Do. Maria. patrem suum. Idem etiam tenent Decius & 7

Feli.in d.c.clerici. & Felin.in Rub.suprà, de maior. & obed.in prima col.Et videtur voluisse Alex.in l.1 ff.de obseq.liber.in addi.ad Bar.licet iudicio meo non firmet. Adde quod in contrarium est decisio antiqui Doctoris Simonis de Bersano Cardinalis Mediol.in procem.Decretaliū: quia secundum eum considerandus est finis perfectionis, non principium.arg.l.si quis à multis.ff.de noxal.& quod notatur in l si pluribus.ff.de lega 2.Contrariam etiam in terminis decidit Iaco.Rebuff.in d.l.1.C.de consul. Mouetur per l.ex eo.ff.de testa.milit. Et quia debet præferri ille, qui primò cōsequitur id quod est nobilius.arg.l.quoties.C.de rei vend. Et idem tenet Ias in d.l.cùm quid.& videtur etiam tenere Fel.suprà,in procem.Greg.in 5 col.vbi etiam alleg.Rom. idem tenentem in consi.333.quò ad primū.& Pet.de Anch. in c.1.de paroch.qui tamen iudicio meo hoc non dicit. Mihi placet ista secunda opinio, quia censeo adhærendum regulæ,nisi exceptio benè probetur,iuxta no.in Rub. inf.de regul.iur.in 6.Ista autem fallentia non benè probatur: quia in d.l 1.ideò prior Consul præfertur posteriori Consuli patritio si ipse deinde patritiatum consequatur: quia verum est,quòd primus consequutus est dignitatem, vnde meritò præfertur. Sed 8 *† Licentiatus nullam habet dignitatem, imò habetur pro scholari, vt dicit Bal.in Auth.habita.in 8. col.C.ne filius pro patre. Anch.in procem.sexti Decretaliū, latè per And.Sicul.in procemio Clemen.in col.14.Fel.in c. eam te.in prima col.de rescrip.Ias.in l.2.C. de inoffi.testa. Nec Bal.in l.qui indignus.ff.de senat.firmat contrarium, sed procedit simpliciter arguendo.*

¶ ADDIT. Imola tamen in proœmio sexti inquit, Licentiaturam esse tertiam speciem mistam Doctoratu & scholaritate:& ideò in fauorabilib. appellatione scholaris vel Doctoris venit Licentiatus,in odiosis secus.arg.not.in l.2.ff.de verb.oblig.& hanc opin.Imol. sequitur Domin. in d.procem.

Nec

Nec obstant illa verba in text. qui prior meruit dignitatem: quia, vt ibi expressè apparet, loquitur de eo qui prius erat realiter consequutus: tunc enim dicitur meruisse. Et ita etiam loquuntur iura allegata per And. de Barulo ibi, & sic ille text. reflectitur in contrarium: quia cùm Doctor prius meruerit, & sit consequutus dignitatem, debet præferri illi qui nondum est consequutus. Et ita etiam inducit Rom. in d. consi. 333. Cogita tamen si in practica possent concordari opiniones: quia aut interim dum Licentiatus esset in practica consequendi insignia, iste fuit interim Doctoratus, & non debet præferri. Aut iste Licentiatus stetit contentus licentia, & omiserat tractatum seu curam sumendi insignia, & tunc præfertur Doctor medij temporis. Et est ratio: quia isto secundo casu non videtur iste sumpsisse Licentiam tanquam iter seu principium per quod ascenditur ad Doctoratum, sed tanquam terminum seu finem intentionis suæ: vnde cessat ratio Doctorum, quod initium debeat attendi, iuxta legem, tertiam. §. scio. ff. de minorib. Et † propterea infertur, quòd si aliquis Doctor petierit se admitti collegium, & propter inuidiam aliorum fuerit retardatus, quòd nihilominus debeat præferri illis, qui interim dum ipse pulsat ad ostium, fuerunt admissi, prout dicit insignis doctor Paul. Picus in d. l. cùm quid. vbi dicit, quòd Doctoratus in Iure ciuili, & post aliquod tempus in Iure canonico, non debet præferri illi qui medio tempore vtrunque gradum consequutus est. quæ decisio non est vera, & contra d. l. 1. C. de Consul. & contrarium est de mente Lud. Rom. in d. consi. & Decij in d. l. cùm quid. Nec obstat sua responsio ad d. l. 1. dum dicit, quòd Consulatus est medium necessarium ad Patritiatum, sed laurea Iuris ciuilis non est medium necessarium ad lauream Iuris canonici. Nam nego, quòd Consulatus sit medium necessarium ad Patritiatum, quia istud est con-

9

tra

tra tex. in l. nemini. C. eod tit. vbi requiritur Patritiatus per alia media Cætera dicenda sunt vt per Modern. in d. l. cùm quid. & in d. c. clerici.

¶ ADDIT. Vbi Decius melius quàm alius quispiam de mundo ponit regulam, quòd antiquior Doctor præfertur iuniori, cum octo notabilib. fallentijs & limitationib. ad regulam. Vide omninò.

Et adde regulam, quòd ædificia antiqua præsumuntur facilius corruere. §. si autem non sufficiat. in Auth. vt nemo fabricet orat. dom.

PRÆSVMPTIO XLVI.

QVadragesimosextò. Impubes non præsumitur aptus ad aliquas operas, nisi sit histrio, vel nomenclator. l. fi. ff. de liber. caus. l. fi. ff. de oper. ser. Et istud multò fortius in infante dicendum est. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufru. Et dicitur Nomenclator ille, qui suggerit in memoriam domino nomina salutantium: à calando, id est, appellando nominatim: licet gl. in d. l. fin. non intellexerit: & de hoc etiam est mentio in l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. liber.

PRÆSVMPTIO XLVII.

1 Vir præsumitur constantior muliere.
2 Tortura incipienda à muliere potius quàm à masculo.
3 Fœmina cur citius posit testari quàm masculus.
4 Mulier cur non admittatur in testimonium in causa criminali de iure Canonico. Fallit, quando veritas aliter haberi non potest.

1 *QVadragesimoseptimò. † Præsumitur vir constantior muliere. §. mater. vbi gl. not. in Auth. de nupt. Et facit quod dicit Gandi. in tract. malef. sub Rub. de quæstio.* 2 *in 2. col. vbi dicit, † quòd data paritate iudiciorum, incipienda est tortura à fœmina potius quàm à masculo: quia masculus tanquam maioris constantiæ, tardius confitebitur*

tur quàm fœmina, quæ habet cor momentaneum & insta-bile. alleg. l. filia in orbitate. C. de inoffi. testa. & sequun-tur Mod. in l. 1. in fine prin. per illum tex ff. de quæstio.

¶ ADDIT. Vult allegare Hippol de Marſ. ibi, & vide eundem Hippo. in ſua practica criminali, in §. expedita. nu. 51. verſiculo, quæri etiam poteſt.

Nec obſtat, quòd maiora vulnera ſuſtineat fœmina quàm mas, ſecundum gl. in l. nihil intereſt. ff. ad l. Iul. de adul. quia propter hoc non ſequitur quin maiori timore afficiatur, & conſequenter facilius confiteatur. Præterea illa gl. fortè non eſt vera, & contrarium videtur probari in l. cùm pubere. ff de reb. dub de quo per Aret. conſi. 50. Adde etiam gl. in l. qua ætate. ff. de teſta. quæ dicit, † quòd fœmi-na fit citius ſagacior quam vir, & propterea poteſt teſtari in duodecimo anno, & maſculus ad decimumquartum, vt ibi habetur. Et ex iſta inconſtantia muliebri colligitur ra-tio, † cur in cauſis criminalibus in foro Canonico mulier non admittatur ad teſtimonium. c. forus. de ver. ſig. & per Doct. in c. 3. ſuprà, de teſt. Licet iſtud non ſeruetur de fa-cto, quando veritas aliter haberi non poteſt, ſecundum Io-an. And. in addit. Specul. titulo, de teſte. §. 1. in addit. in-cip. fertur. Iacob. de Aren. quem refert & ſequitur Alexan. conſi. 24. in 4. col. in 2. volumine.

3

4

¶ ADDIT. Quòd mulier non poſsit in cauſa criminali eſſe teſtis, maximè iure Canonico, etiam conſuluit Alexan. conſi. 11. circa primum. col. pen. in fi. lib. 1. Oldra. conſi. 145. quæritur ſi teſtes. cum ampliſsimis concord. traditis per Hippol. de Marſ. conſi. 22. gratia. & conſi. 18 protector. col antepe. num. 34. & conſi. 59 diuino. col. vlt. & conſil. 101. illumina. col. 1. & conſi. 130. conditor numer. 34. Hoc verum, niſi veritas haberi aliter non poſsit: tunc enim in ſubſidium admittuntur mulieres, vt per Doct. allegatos hîc per Do. Alciatum. Adde vltra eum Iaſ. in l. 1 col. fin. cum fine penu. C. de ſumma trini. & in repe. col. num. 49. vol. 11. verſi. confirmo, nam in criminalibus &c. & Alexan. conſi.

consi. 64. in prima col. in primo vol. & consi. 102. ante finem. in 7. vol. Decius consi. 363. in causa quæ agitatur. col. 2. vbi allegat concord. & Hippol. Marsi. in consi. 5. & cons. 102. pauci. & consi. 127. spiritussancti. col 2. & in pluribus alijs consilijs in locis infrà allegandis. Et generaliter traditur doctrina, quòd quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur testes etiam inhabiles & minus legitimi, vt voluit Sal. in l. ea quidem. colu. 27. versi. ad quintam quæstionem. C. de accus. Alex. d. consi. 64. vbi multa dicta accumulat ad comprobationem huius regulæ. & per Hippol. de Marsil. in l. diuus. col. 2. ff. de quæsti. & in l. de minore. col. antepenul. num. 24. eod. tit. & in l. fin. C. ad leg. Cornel. de sica. & vbiq; allegat concord. & plura cumulant & alij in locis suprà deductis. Vnum tamen menti teneas, ne decipiaris, quòd illud quod diximus mulierem & alios testes aliàs inhabiles admitti in subsidium, quando per alios veritas haberi non potest, procedit & debet intelligi, quando ex natura facti, delicti, seu negotij, verisimiliter habitu & actu alij interuenire non potuerunt. aliàs secus, quia licet ex accidenti contingat, quòd alij testes non adfuerunt, tamen in potentia verisimiliter plures haberi potuerunt: & sic non dicitur tunc per alios haberi non posse veritatem, imò ex natura negotij per alios potuit veritas in potentia haberi, licet aliter acciderit. ita notabiliter intelligit prædictam doctrinam: & declarat Anto. But. in c. tertio loco. de probat. & consi. 24. quæstio hæc dubia &c. refert & sequitur Alexan. in dicto consili. 64. pro quo allegat tex. & ibi Abb. in capit. fin. de testib. cogen. Et idem Alexã. latissimè in consi. 152. viso processu. col. 4. versi. non obstat etiam si dicatur. numer. 11. lib. 5. Ias. not. in d. l. 1. de summa trini. in lect. col. fin. & in repet. col. 11. numer. 50. versi. ex istis omnibus fac regulam. Et Deci. consi. 133. viso processu & sentẽtia. col. vlt. & cons. 310. visis. col. 2. & vbique allegat concord. & etiam egregiè consi. 342. in causa partus suppositi. col. 2. notabiliter Feli. in c. de cætero. col. 2. de testi. & Iaso. in l. fin. C. de his quib. vt indig. Ideò qui inhabiles testes producit, & dicit alios reperiri non posse, nec aliter veritatem haberi posse, illud probare tenetur: alioquin semper quis posset producere inhabiles, dicendo quòd

quòd alios habere non posset. Ita Alex. præalleg. consi. 64. cum concord. per Hippol. consi. 41. diuini. col. 2. & consil. 80. qui cuncta in fina. col. & consi. 31. bonorum. col. antepenulti. versi. præterea ad hoc vt testes. Ista nota perpetuò, quia nullibi ita copiosè comperies.

PRÆSVMPTIO XLVIII.

1 Descendens ex nobili genere, præsumitur quòd sit nobilis & virtutis amator: sicut è conuerso.

2 Iudex qui nobilem virum in carceribus ciuiliter tractauit, credens eum integræ fidei: si deinde fugiat, non tenetur in syndicatu.

3 Cardinali asserēti se habere specialem commissionem, creditur.

4 Nobilitas quando habeatur in consideratione, remissiuè.

5 Nobilitatem propria virtute consequutus, nobilior est eo qui de nobili genere descendit.

6 Nobiles de iure communi non sunt, sed viles, omnes tam mercatores quàm artifices tenentes apothecam, etiam si sint campsores & argentarij.

7 Cambia ficta facientes quamuis non teneant apothecam, tamen sunt viles.

8 Artes viles quæ sint, remissiuè.

9 Nobilis exercens agros suos proprijs manibus, an perdat nobilitatem.

10 Nobilis exercens per alium mercantiam vel artem vilem, an perdat nobilitatem si ipse non assistat.

11 Statutum loquens in faciente, an habeat locum in fieri faciente.

12 Ars vilis hodie dicitur attenta communi reputatione ciuitatis.

QVadragesimooctauo. † Præsumitur quis descendens ex nobili genere, quòd sit vir nobilis, & virtutis studiosus: sicut & è conuerso. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædi. edic. Et qui habuit maiores suos alicuius artis peritos, si ipse in ea se exerceat, præsumitur quòd etiam sit ipse benè peritus. l. 2. vers. sed Anatoliū. C. de vet. iur. enucl. quod 1

nota

nota pro filijs Doctorum.l.iubemus.§.filios. vbi glos.C.de aduoc.diuers.iud. Ex ista præsumptione infertur, quòd 2 † prætor qui nobilem virum captum in carceribus ciuiliter habuit, credens eum integræ fidei: si deinde fugiat, non tenetur in syndicatu, quia meritò potuit sequi præsumptionem iuris, vt per Ang.in l.si à bonæ fidei.ff.de rei vend. Fel.in c.cùm contingat.in 3.col.de rescript. Ias. in l.iubemus.in vlti.col.C.de iudi.cum simil. Vnde etiam propter 3 magnam nobilitatem, † creditur Cardinali asserenti se habere specialem commissionem, puta ad Doctorandum vel legitimandum, secundum Bal in l.exemplo.in vlt.q.C.de proba. An.Sicu.in tract.de præst.Car.in 1.quæst.secundæ partis, in secundo membro. & Corn.consi.248.incip.videtur prima facie.ad fi.in 3.vol. & facit glos.in c.illud.40. distin. quæ dicit pro nobilibus præsumi. de quo per Rom. 4 singu.644.nobilitas. Et † quando nobilitas habeatur in consideratione, ponit multa Fel.in c.cùm adeò.in vlt.col.de rescript. & in c.super eo 2.de testi. & per Ant. Corset.in repe.c.grandi.de supplen.neglig.præl.lib.6. Et ex suprascripta præsumptione infert Cynus in l.prouidendum.C. 5 de postul. quòd † qui propria virtute consequutus est nobilitatem, est nobilior illo, qui de nobili genere descendit: quia ex genere non dicitur aliquis nobilis, nisi præsumptiuè. d.§. qui mancipia. Et plus commendandus est in eo quod à se habuit, quàm quod à parentibus.gl.in l.si quid in bello.ff.de captiuis. sequitur Decius in c. clerici.suprà, de iud. Sed tu melius dicas, quòd talis non est nobilior, sed est magis laudandus: quia nobilitas propriè loquendo, est separata à virtute, vt per Bart.in l.1.C.de dignit.libro 12. Et 6 dic, † quòd omnes tam mercatores quàm artifices tenentes apothecam, etiam si campsores & argentarij, de iure communi non sunt nobiles, sed viles. l. antepenul. C.de cohortalib.lib.12.l.1.C.de perfectiss.dig. † Idem in facienti- 7 bus

bus cambia ficta, quamuis non teneant apothecam, secundum Bal. in c. transmissa. de elect. Et idem in pelliparijs, secundum eundem Bal. in Auth. habita. in 2. col. C. ne filius pro patre. † *Et quæ sint artes viles, habetur in l. 1. C. de excus. artif. li. 10. & in l. ne quis. C. de dignitatib. li. 12. & in l. maximarum. C. de excus. mun. per Spec. in tit. de cle. coniug. in 2. col. Sed* † *nunquid nobilis exercens agros suos proprijs manibus, perdat nobilitatem? Dic quòd non, vt per Guid. Papæ quæst. 392. incip. sed quid de nobilib. & facit tex. in c. nunquam. de consecrat. distin. 5. & in c. 1. §. cæterum. de verb. sig. in sexto. Imò istud est laudabile & approbatum ab antiquis, iuxta illud Persij:* 8 9

Quem trepida ante boues Dictaturam induit vxor,
Et tua aratra domum lictor tulit.

Item, † *nunquid nobilis exercens mercantiam, vel aliã artem vilem per alium, si ipse non aßistat, perdat nobilitatem? Dic quòd non, vt decidit Alber. de Ros. in l. humilem. C. de incest. nup. vbi quamuis tabernaria dicatur persona vilis, si tamẽ per aliquam facit exerceri tabernam, & ipsa non aßistat, non dicitur propter hoc vilis. l. quæ adulterij. C. de adult. Facit quod not. Domi. de sancto Gemin. in c. 1. de vita & honest. cleric. in sexto. vbi dicit se defendisse vnum clericum, qui in domibus ecclesiæ tenuerat tabernam vendendo vinum, qui ex quo non administrauerat in propria persona, sed per alium, nõ incidebat in prohibitionem c. nulli. 44. distin. Nec obstat, quòd* † *statutum loquens in personam facientis, habet locum etiam in eo qui per alium facit, vt per Bar. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisq; iuris. quia dato quòd illud dictum sit verum, non tamen procedit vbi lex considerat actum ipsius personæ exercentis: qui videtur considerari vt dicatur quis vilis, secundum supradicta.* † *Hodie tamen dicitur ars vilis vel nobilis, secundum communem reputationem ciuitatis, vt not. Bart. in d. l. 1.* 10 11 12

 & pro-

& probatur in l.1.ff.de mun.& honor.& per Ioã.de Platea in d.l.maximarum: secundum quam reputationem debent statuta intelligi.l.Labeo.vbi Bart.de supell.leg.Et ad supradictam præsumptionem adde tex.in c.1.infrà, de purgat.canon. vbi facilius purgatio admittitur pro nobili qui sit de aliquo crimine accusatus, quàm pro alio. & fa. text.in c.Aphros.98.distinct.& quod not.in c.venerabilem.de elect.

PRÆSVMPTIO XLIX.

1 Duobus simul mortuis, decessisse prius ille præsumitur, qui debilior est. De veritate traditur nu.5.& seq. Infans ante matrem decessisse præsumitur. ibid.

2 Vxor præsumitur prædecessisse marito. De veritate traditur num.5.& sequen.

3 Pater miles, filio militi prædecessisse præsumitur.

4 Natus prius præsumitur qui robustior est: ideò masculus fœminæ prænatus præsumitur.

5 Vbi aliquem prædecessisse, est fundamentum intentionis alicuius, ei incumbit onus probandi, nec lex aliquid præsumit. Fallit in casibus ibidem & sequen. num. traditis.

6 Fideicommissarius substitutus alicui, si decesserit sine liberis, non tenetur probare grauatum decessisse sine liberis, sed illi incumbit onus probandi, qui dicit grauato superuixisse liberos, & sic defectam conditionem.

7 Exceptio vbi est fundamentum intentionis alicuius, licet debeat per eum probari, idemq; in actione, fallit in fideicommissario, qui non tenetur probare liberos nõ superuixisse grauato, quia lex præsumit pro illo.

1 *QVadragesimononò. † Præsumitur duobus simul mortuis, eum qui debilior est, prius decessisse, secundum Dynum & Oldra.in l.si hi qui.ff.de dona.cau.mor.Et propterea præsumitur infantẽ decessisse ante matrẽ.l.si mulier.ff.de rebus dub.l.inter socerum.in prin.ff. de pact.dotal.*

2 *† Et vxor præsumitur decessisse ante maritũ.gl.in l.si possessor.*

possessor.ff.de relig.& sumpt.fun.& l.qui duos.§ si maritus.ff.de reb.dub.& quod not.Francis.Crem.sing.52.statuto cauetur.Et † pater miles præsumitur decessisse ante filium militem.d.l.qui duos.§.cùm in bello. Idem de matre, quæ præsumitur perire ante filium puberem.l.cùm puber.ff.eod.ti.Et è conuerso,† qui est robustior,præsumitur prius natus.l.si fuerit.§.fin.eo.ti.vbi masculus in eodem puerperio præsumitur prius nasci quàm fœmina. Aduerte tamen, quia ista præsumptio non est ita indistinctè vera, & confunditur per text. in l.sed & in illo.ff.de reb.dub. vbi pupillus non præsumitur decedere ante fratrē maiorem sibi substitutum: & etiam confunditur per tex. in l.ex facto.§.si quis autē.ff. ad Trebell. vbi filius etiam maior nō præsumitur fuisse superstes patri, vt fideicōmissarius admittatur.Ad idē l.si inter.ff.de reb.dub.vbi vxor præsumitur fuisse superstes marito, & donatio ab eo facta conualescit.Et propter ista contraria,Bar.in l.quod de pariter.ff.de reb.dub.ponit quandam distinctionem,vbi etiam Socinus valdè laborat.Sed tu melius dicas,adhærendo tamen rationi Bart.& facias regulam,quòd † vbi aliquem prædecessisse, est fundamentum intentionis alicuius, ad eum spectat probare,nec lex aliquid præsumit. d.l.sed & in illo.cum simili. Fallit primò, vbi nisi lex præsumeret, res exitum suum non esset habitura: quia tunc cùm omninò alterum sit præsumendū,lex potius præsumit imbecilliorem prædecessisse,per supradicta,& d.§.cùm in bello.limitando vt ibi in tex.Et licet Bar.constituat differentiam inter dispositionem hominis, & dispositionem legis,tamen Bar.hoc facit propter supradictam rationem,quando res aliter non est exitum habitura. Vnde in casu quo ista ratio militet etiā in dispositione hominis, tunc cessat differētia, iuxta regulam l.adigere.ff.de iur.patro.& ita intelligo d.l.cùm inter socerum.Nā cùm pactum esset conceptū in ca-

3 4 5

su quo filius anniculus matri superesset, vt vir totā dotem lucraretur: si verò mater filio superesset, tunc non lucraretur nisi partem: meritò vt res aliquem habeat exitum, fuit necessarium in illo casu aliquid præsumere, an filius ipse mortuus esset ante vel post matrem: vnde lex maluit interpretari infantem prius decessisse. Nec dicatur, quòd imò res poterat alium habere exitum: quia potest dari casus, videlicet si eodem temporis momento vterque periisset: qui casus tanquam omissus, debuisset remanere in dispositione iuris. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. & sic dos data fuisset reuersa ad socerum. l. cùm auus. C. de iur. do. Quia respondeo, quòd talis casus est de rarissimè contingentibus, vnde lex noluit aliquam habere considerationem ad illum. l. antiqui. in fi. ff. si pars hære. pet. Præterea fuisset contra expressam mentem contrahentium, si talis casus habitus fuisset pro omisso: quia ipsi egerant, vt in omnē casum maritus aliquid lucraretur. Et ista est melior intelligentia ad d. l. inter socerum. quam intellectus Bart. in d. l. quod de pariter. quem etiam meritò reprobat Soci. ibi, licet ipse non extricet. Secundò fallit in casu d. §. si quis autem. Et ratio fallentiæ est ista. † Nam quādo testator substituit Titio, si sine liberis decederet: satis ostendit, qualiter ipse Titium & eius liberos saltem ab intestato, iuxta gl. in l. Lucius. ff. de hære. institu. prædiligat ipsi fideicommissario: vnde si Titius & eius filij simul moriantur, tex. vult fideicommissarium admitti, & præsumit filios prius decessisse, vt locus sit fideicommissario, qui est dilectus à testatore: nec præsumit filios fuisse superstites, ex quo per talem præsumptionem fideicōmissarius excluderetur: nec propter hoc filij ipsi quos testator saltem tacitè prætulerat fideicōmissario, haberent aliquid secundū intentionē testatoris, ex quo incōtinenti fuissent mortui. vnde ista præsumptio tanquā magis cōueniens voluntati testatoris, fuit capienda:

6

pienda: meritò ergo non requiritur quòd fideicommissarius probet quòd non fuerint superstites, quia lex præsumit non fuisse. Et ista est ratio, cur conditio, si decesserit sine liberis, in substitutione fideicommissaria intelligatur, scilicet superuenientibus: quæ ratio cessat in casu d. l. sed & in illo. quod nota, quia Doct. non declarant. Et ex hoc infertur, † quòd licet vbi exceptio est fundamentum intentionis excipientis, debeat probari, idemq; sit in actione. l. matrem. C. de proba. c. auditis. de præscrip. per Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. in 2. col. ff. de oper. noui nunc. etiam si consistat in negatiua, vt per Inno. & alios in c. super his. de accusa. Doct. in l. in illa. ff. de verb. obliga. tamen fideicommissarius agens vel excipiens non tenebitur probare quòd filij non superuixerint, quia lex præsumit pro eo, per supradictam rationem. Et istud est melius, quàm dicere quòd sit speciale, ne fideicommissaria substitutio pereat, prout dicit Angelus, quem refert & sequitur Alex. in consi. 29. in secundo. & malè, vt per Bar. in d. §. cùm in bello. licet Alexã. in d. §. si quis autem. teneat, quòd imò incumbat onus probandi fideicommissario, sed prior opinio est verior, & communior, per d. §. si quis autem. 7

¶ ADDIT. Hæc sententia Alex. videtur esse de mente glo. in d. §. si quis autem. & eam tenent Iac. de Aren. Alb. Raph. Com. & Imol. ibi: & videtur etiam sequi Dom. meus à Ripa ibi. Mouentur maximè per regulam l. in illa. ff. de verb. obligat. quòd negatiua est probanda ab eo qui se fundat in ea, vt per Panor. in c. bonæ. de postul. prælato. Præterea cùm præsumptio sit quòd quilibet viuat centum annis. l. final. C. de sacrosanc. eccle. not. in l. 2. §. si dubitet. ff. quemad. testamẽ. aper. item quòd filij viuant plus quàm parentes. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. videtur quòd onus probandi filios non superuixisse incumbat fideicommissario, cùm prædictæ iuris præsumptiones sint pro hæredibus grauati contra eum. arg. l. ab ea. ff. de probatio. cum vulg. Mouentur & alijs satis stringentibus. Ex

quib. videtur reddi dubia sententia Domi. Alciati, quòd lex præsumat pro fideicommissario quòd liberi prædecesserint, ratione de qua superius per eum: & ita intelligit d. §. si quis autem. & sic indistinctè videtur concludere, semper pro fideicommissario legem præsumere liberos patri prædecessisse. Sed mihi videtur intellectus Imol. in d. §. quem sentit Raph. Com. & sequitur Alexan. & præceptor meus à Ripa, magis amicus illi literæ, videlicet quòd ibi constabat patrem & liberos simultaneo seu instantaneo naufragio, aut simili excidio perijsse simul, ita quòd non erat dare tractum temporis inter mortem amborum: vnde nimirum si hoc constito fideicommissarius admittatur, aliter non probato quòd liberi prædecesserint, quia non dabatur tractus. Sin autem hoc non constaret, sed essemus in dubio quis prædecesserit, vt quia fuisset tractus temporis inter mortem amborum, vel aliter nõ appareret quòd ambo simul decessissent: certè concludunt prædicti per plura fundamenta, quòd onus probandi liberos non superuixisse grauato, incumbit fideicommissario, qui se fundat in illa negatiua, & qui habet præfatas iuris præsumptiones contra se. & vide ibi præceptorem meum à Ripa notabilem distinctionem tradentem magis de mente iurium, quàm dicta Domi. Alciati.

7 *Tertiò fallit in casu l. si inter. ff. de rebus dubijs. † vbi ad finem quòd sustineatur donatio facta à marito vxori, præsumitur maritum prius decessisse: & istud ibi probatur, ponderando dictionem, maximè, prout facit Aret. consilio 50. vbi latè disputat. Sed tamen puto opinionem Aret. non esse veram, quæ est contra doctrinam Bartol. in d. l. quod de pariter. vbi etiam Socinus respondet eius rationibus: nam donatio illa ideò tenet, quia verba orationis eam annullant, si prior decesserit qui donatum accepit: quæ verba non verificantur, vtroq; simul moriente. l. cùm hic status. §. si ambo. ff de donatio. inter virum & vxor. Nec obstat d. l. si inter. quia vltra rationes Socin. ibi, quæ cauillant tex. illa ratio quæ præsupponitur per dictionem, maximè,*

maximè, est diuersa à suprascripta. Nam lex non permittit hæredi reuocare talem donationem. dict. l. cùm hic status. §. 1. Cùm ergo mortuus sit qui poterat condicere res donatas, meritò donatio sustinetur, ex quo hæredi non datur talis reuocatio, qui non admittitur, nisi probet donantem fuisse superstitem: & sic illa dictio, maximè, stabit propriè, & implicabit idem esse, etiam si ista ratio non esset. l. 1. §. vel maximè. ff. de collatio. bonor. cum similibus.

PRÆSVMPTIO L.

1 Vixisse de vento nemo præsumitur.

2 Bouem vagabundum si quis in suo stabulo tenuerit, an dominus teneatur ei resarcire expensas quas asserit se fecisse: & an posit bouem retinere donec sibi soluatur pro alimentis & alijs expensis.

3 Pecus alienum etiam in agro repertum non licet domino agri retinere, nisi vt cognoscat cuius sit, & debet illi restituere.

QVinquagesimò. † Nemo præsumitur vixisse de vento. l. fina. C. de alimen. pupill. præstand. vbi per hanc rationem præsumitur pupillus alimentatus à tutore, nisi probet se aliundè alimenta consequutum. Et istud facit ad quæstionem eius, qui † bouem vagabundum retinuit in stabulo suo, vt expensas quas asserit se fecisse, teneatur ei dominus resarcire, cùm præsumptio naturæ sit, quòd non vixerit de vento. Debet tamen iudex taxare. d. l. final. Et ita tenet Guido Papæ in dicto tracta. præsumptionum, in quarta charta. Sed tu aduerte, † quia alienum pecus, etiam si reperiatur in agro damnum dare, non tamen potest dominus agri retinere, nisi ad finem, vt cognoscat cuius est: & debet illi restituere, & contra eum agere de damno dato, vt est text. in l. Quintus. & l. se ff. ad l. Aquil. Spec. in tit. de actore. versi. sed nunquid pecudem. Bald. in l. 2. C. de ser. fugi. Bart. & Doct. in l. hoc amplius.

plius.§.de his autem.ff.de dam.infect.licet Ia. de Aren.ibi aliter teneat. Potes concordare opiniones: quia ille qui reperit bouem alienum in fundo suo, & eum tenuit per aliquod tempus, & alimentauit, aut vult retinere vt soluatur sibi damnum, & non poterit.d.l. Quintus. aut vult retinere vt restituatur sibi precium alimentorum, & tunc secus, secundum supradicta. Et facit, quia cùm alimenta verterim in vtilitatem ipsius rei, meritò debet posse res retineri donec satisfiat.l.in summa. & ibi per Sali. C. de pigno. & quod not.per Bar.in l.si non sortem.§.si centum.ff. de condi.indebi.

¶ ADDIT. Infertur etiam ex hac præsumptione, quòd si creditor repetat expensas factas in alendo equo pignorato ei, teneatur dominus restituere: præsumitur enim equum creditor suis expensis aluisse, ex quo reperitur nutritus: non enim creditur vixisse de vento. Idem dicas de bonæ fidei possessore. Ista tradunt Bart. Imo. Alexan. Ias. & communiter Docto. in l. cùm seruus. de verbo.oblig. vbi argu. d.l.fina.de alimen. pupil. præstan.multa solennia dicta accumulant.

PRÆSVMPTIO LI.

1 Eligentium ibi maior est numerus, vbi melior præsumitur zelus.

2 Communis opinio in dubio præsumitur verior: & ab ea in iudicando iudices non debent recedere. Limitatur nume. 3.4.6. Communis opinio quæ dicatur. num.3.& sequen.

5 Confessio incidenter facta, & quæ fit ad alium finem, non præiudicat.

7 Autoritas Doctorum tenentium contra communem, excusat à dolo præsumpto.

8 Doctoris solennis autoritas saltem excusat ab expensis.

1 *QVinquagesimoprimò. † Vbi maior est numerus eligentium, ibi etiã præsumitur maior zelus. c. ecclesia vestra. suprà, de electio.c.si quando.eod.tit.in sexto. Quod est*

est verum, maximè in electione facta per viros prudentes, quia naturaliter in eis melior opinio præualet, aliàs in electione in qua interueniunt vulgares, videretur secùs, per id quod not. Abb. in c. 2. de elect. vbi dicit, quòd præsumitur minus pro toto populo, quàm pro aliquibus prudentibus de populo: quia in toto populo reperiuntur multi vtiles, non habentes certum iudicium rationis, sed corruptibiles. Et propterea præsumitur in toto populo aliquis, qui non habeat synceram fidem, vt ibi per eum. Et istud facit pro communi opinio. † quæ in dubio præsumitur verior, ex quo 2 *est à pluribus approbata: & propterea in iudicando iudices non debent ab ea discedere. c. nouimus. infrà, de verb. signif. l. 1. vers. & sanè crebrior. de offic. quæst.*

¶ ADDIT. Adde notab. tex. in l. athletas. ibi, & generaliter omnes opinantur ff. de his qui not. infam. & in l. pro herede. §. Papinia. ibi, vulgò putare quosdam. ff. de acquiren. hæred. & in l. quæsitum. §. sed si fundus. ibi, quã sententiã quotidie crescere & incalescere videmus. ff. de fund. instru. & instru. leg. & in l. ita vulneratus. ibi, dicitur vulgò, &c. ff. ad l. Aquiliã. bonus text. vbi not. Bald. in l. 1. de senat. ff. & text. in c. in canonicis. vbi not. tex. 19. distin. & in c. de quibus. 20. distin. & 3. q. 3. c. de iudicijs. cum gl. & Bal. in c. 1. §. iudices. de pace tenen. in vsib. feud. Bar. in q. incip. iudex qui per imprudentiam. cum concord. traditis per Doct. in c. 1. de const. vltra quos adde latè Ias. in Auth. nouissima. col. 5. vers. ex istis omnibus defendo. de inof. testa. C. & in Auth. si qua mulier. col. 3. de sacros. eccl. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. col. 2. ff. de acqui. hæred. & Corn. consilio 186. quanquam. lib. 3. & inquit Ang. in l. fi. de pœna iud. qui malè iud. quòd nimium est ignarus, qui contra communem iudicat. & vide Barb. latissimè in Clemen. ne Romani. de elect. Alex. cons. 19. circa primum. col. pe. lib. 7. cons. 7. col. pe. in Christi nomine. in 4. Roman. consil. 61. licet. in fin. Præpositus in c. si vir. extrà, de cogn. spirit. Decius consil. 480. in casu. col. fi. Ferdinan. in l. filiusfam. §. diui. nume. 443. de leg. 1. Et dicit egregiè Bald.

quòd communis opin. habet vim consuetudinis, ita Bald. in c. ne innitaris. de constit. Et iudicans secundum cõmunem, etiam falsam, excusatur, secundum Panorm. in c. 1. de postul. prælat. & Felinus in d. c. 1. de consti.

3 *Quod † limita & declara vt per Doct. præsertim Mod. in c. 1. suprà, de constit.*

¶ ADDIT. Et inter cęteras limitationes illud limitant, vt communis non sit tenenda, quando contraria fundatur melioribus rationibus: tu vltra allegata per eos adde text. in Cle. vnica. § fin. de summa trinit. Barb. in Clemen. ne Romani. præallegata. Deci. in conf. 619. in causa. col. 2. allegat Ang. consi. 110. aliàs 170. incip. sanctissima. col. 6. & sicut. consi. 2. col. 3. lib. 1. & conf. 15. col. 7. lib. 3. & conf. 63. col. 5. eod. lib. Eundem Dec. consil. 481. in casu. in fin. vbi subijcit: quòd Doctores nostri sæpenumerò imitantur aues, quòd quando vna volat, omnes aliæ sequuntur. & cõs. 560 notissima. in fi. & conf. 456. consului. col. 3. & consi. 576 pro resolutione. Præpositus in d. c. si vir.

Et intelligo communem opinionem illam esse, non quæ plures habeat autoritates simpliciter, sed quæ plures grauiores habeat autores. c. in canonicis. 19. dist in l. diui. ff. de iure patron. l. penul. C. de cond. indeb.

¶ ADDIT. Et Alexan. conf. 202. viso themate. ante fin. lib. 7.

4 *Item intellige † istud procedere, vbi tales autores firmant illam opinionem, disputando & arguẽdo circa ipsius veritatem, & deindè se resoluendo, iuxta l. fi. §. mixta. ff. de mun. & hon. Nam quamuis dicant aliquid incidenter, fortè ad colorem alicuius sui propositi, præsertim in consilijs, non propter hoc dicuntur talem opin. approbasse: sicut*
5 *in simili dicimus † de confeßione incidẽter facta, vel quæ fit ad alium finem, quæ non præiudicat, vt est glos. in c. ex pœnitentibus. 50. distin. per Doct. in c. at si clerici. in prin. suprà, de iud. dixi in l. 1. §. si quis ita. in fin. ff. de verborum*
6 *oblig. Item intellige, † quando illa opinio grauiores habet autori-*

autoritates, & etiam communiter obseruatur in practica, ita videtur intelligere Bar. in l. fi. C. de pœn. iud. qui malè iud. Sed illud potest procedere quò ad effectum, quòd iudex faciat litem suam, quia tunc requiritur dolus. d. l. fin. qui præsumitur concurrentibus duobus, & quòd iudicauerit contra opinionem communiter approbatam, & etiam communiter obseruatam in practica: aliàs non putarem illam decisionem esse veram: † quia autoritas tenentiũ contra illam communem, debet saltem excusare à dolo præsumpto, iuxta gl. in l. 1. ff. de abigeis. & in l. igitur. de lib. caus. 7

¶ ADDIT. Quòd opinio Doct. excuset à dolo, consuluit Alex. cons. 19. circa primum. col. pen. in 7.

Et quia solennis † Doctoris autoritas excusat ab expensis, vt per Ang. in l. terminato. C. de fructib. & lit. expensis. Felinus in c. 1. de constitutionib. Quod etiam aduersus communem intelligo, dummodò cum tali Doctore concurrat etiam opinio aliorum, & coloratæ rationes. 8

¶ ADDIT. Quòd opinio Doctorum licet non sit communis, excuset ab expensis, adde vltra hîc allegata per Cardin. in Clem. 2. de magistris. & ne aliquid exigatur pro licentia docendi, Aretinum in §. hæc autem. Instit. de pœna tem. litig. Iason amplissimè in l. properãdum. §. sin autem alterutra. col. 3. versic. tu in hac materia. C. de iud. Et dicitur habere iustam causam litigandi, qui habet opinionem Doctoris pro se: quæ iusta causa excusat ab expensis, vt ibi latè comprobat: & per Bal. in Auth. generaliter. C. de epis. & cler. & melius quàm alibi de veritate & intellectu tradit Barb. in d. Clem. ne Romani, de elect. & Alex. cons. 76. in causa & lit. in 7. Corneus in consilio 121. visa copia. column. final. in 3. & Hippol. de Marsil. in l. patre. column. sexta.

Et illi Doctores grauiores dicuntur, quorum frequentiores sunt lecturæ & approbatiores in scholis. arg. eorum quæ dicit Bar. in l. 1. ff. si cert. pet.

PRÆSVMPTIO LII.

1 Res proprias quis prius curare præsumitur, quàm alienas.
2 Promittens aliquem defendere contra quencunque, non intelligitur promisisse contra seipsum.
3 Vasallus licet dominum defendere debeat, non tamen salutem domini propriæ saluti præferre debet.
4 Pater non tenetur alere filium, quando non habet, nisi quantum pro seipso sufficiat.
5 Interfecturus alium facilius præsumitur, qui sibijpsi manum intulit.
Bona propria qui consumpsit, fortius alienæ consumet. ibid.
6 Statuto stante, quòd mulier non contrahat sine consensu propinquorum, si mulier sit tutrix, an quando contrahit pro pupillo, interuenire debeat consensus propinquorum.
7 Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu propinquorum, an videatur ex hoc eam prohibere acceptare tutelam.

1 *QVinquagesimosecundò. † Quilibet præsumitur prius res curare proprias, quàm alienas. de pœnit. distinct. 3. c. qui vult. l. quæ seruandarum. ff. de præscri. verb. Vnde à natura insitum est homini, vt quælibet charitas incipiat à seipso. l. præses. C. de seruit. Et ideò infert ibi Salic. quòd* 2 *† si quis promiserit defendere aliquem contra quamcunque personam, non intelligitur promisisse contra seipsum. Et facit, quod not. Spec. in tit. de aduocato. §. 1. vers. sed nunquid clericus. vbi licet clericus teneatur aduocare pro ecclesia sua, tamen non tenetur hoc contra seipsum facere. & facit glos. no. in c. fi. de alien. feud. pater. & in c. 1. in prin. vbi Car. Alexan. post alios, in 3. col. quib. mod. feud. amit.* 3 *† vbi licet vasallus teneatur defendere dominum, non tamen propriam salutem domini sui saluti postponere vllo modo debet, nec tenetur: licet secus sit in seruis. l. 1. ff. ad*

Syl.

Syl. Ad idem facit, quia † nec pater tenetur alere filium, quando non habet, nisi quantum pro seipso sufficit: nam prius debet seipsum alere, secundum Salic. in d. l. præses. Et fa. quod no. Nico. de Neap. & Ias. post alios in §. sed & si quis. Insti. de actio. vbi dicit, quòd ista est ratio, cur filij à parentibus, & econtrà parentes à filijs non conueniãtur. nisi inquantum facere possunt: quia possunt prius pro se causa alimentorum retinere, & quod superabundat, hoc tunc dabunt filijs. Pro supradicta præsumptione facit etiam text. in l. fin. ff. de bon. eor. † vbi præsumitur facilius alium interfecturus, qui sibyipsi manum intulit. & text. in l. cùm autem. §. malus. ff. de ædil. edict. vbi præsumitur peius in alium committere, qui in seipsum malum audet. Et ista nota contra eos, qui accipiunt factores seu institores, qui consumpserunt propria bona: quia facilius consument aliena, vt dicitur in primo Græcorum epigrammaton lib. Et pro hoc etiam facit, quia qui suis in rebus con silio indiget, multò magis præsumitur in alienis rebus indigere. l. fin. C. de legit. tut. l. sic eueniet. ff. ad leg. Iul. de adult. Et † hoc infertur ad quæstionem: stante statuto, quòd mulier non poßit contrahere, seu se obligare, sine consensu propinquorum. Pone, aliqua mulier est tutrix, secun dum tex. in Authẽ. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ, &c. nunquid quando contrahit pro pupillo, debet interuenire consensus propinquorum? Et videbatur, quòd nõ: quia non ipsa, sed pupillus obligatur. l. 4. in princ. ff. de re iudic. vnde cessat ratio statuti. Contrarium est verius: quia cùm ex forma statuti, sine consensu propinquorum non sit habilis ad facta sua, ergo nec ad aliena. d. l. fin. & §. minores. Inst. de excus. tut. Et ita concludit Raph. Com. & Iac. de Puteo in l. apud Iulianum. §. 1. ff. ex quibus causis in possess. eat. Facit quod notant Socinus & Ias. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquirend. posseß. Considera tamen, quia

4

5

6

† cùm

7 † *cùm regula sit iuris antiqui, quòd qui alieno regitur consilio, ipse ad tutelam non admittatur. d. l. fi. & d. §. minores. videtur, quòd statutum introducens, mulierem regi consilio propinquorum, priuet eam iure acceptandi tutelam: quia talis regula habet locum etiam in correctorijs, vt per Bartol. & Doctores in l. 2. ff. de legatis primo. & sic corrigeretur dicta Authenti. matri & auiæ. & reduceremur ad ius antiquum. l. fœminæ. ff. de regul. iur. quæ reductio est fauorabilis. gloss. in c. statutum. in verb. numerandum. de præbend. in sexto. Anton. But. in cap. olim. per illum text. infrà, de verbor. signific. l. si vnus. §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pactis. Potest dici, quòd statutum non subijcit mulierem in totum alterius consilio, sed solummodò quò ad obligationes & contractus. Regula verò Iuris antiqui loquitur de eo, qui in totum alterius indiget consilio. Cogita tamen.*

PRÆSVMPTIO LIII.

1 Libido præsumitur in senectute diminui.
2 Senex quinquagenarius examinari potest ad perpetuá rei memoriam.
3 Statutum disponens aliquid in casu infirmitatis, an habeat locum in casu senectutis.
Senectus & infirmitas an iudicentur ad paria.

1 *QVinquagesimotertiò. † Præsumitur libido diminui in senectute, vt dicit Abbas in c. cùm in iuuentute. in 2. col. inf. eo. Et generaliter, secundũ ætates præsumuntur ea quæ naturaliter insunt: vnde senex præsumitur de facili moriturus, vt suprà tetigi. Et propterea* 2 † *si sit quinquagenarius, poterit examinari ad perpetuam rei memoriam, tanquam periculum sit in mora, vt dicunt Innocent. & alij in cap. quoniam frequenter. §. primo. suprà, vt lite non contest. Item senex præsumitur ægrotus, quia senectus ipsa morbus est. cap. magnæ. infrà, de voto. vbi Abbas in 2.*

in 2. columnn. infert † ad statutum disponens aliquid in casu infirmitatis, vt habeat locum in casu senectutis. fa. text. in l. in ciuitatibus, in princip. ff. de legatis primo. vbi infirma ætas dicitur seniorum, vel puerorum. In contrarium tamen facit text. in l. prima. §. sed sciendum. ff. de ædil. edict. vbi definitur infirmitas esse habitus cuiuscunque corporis contra naturam. Quæ definitio non congruit senectuti, quia talis habitus non est contra naturam eorum. Potes dicere, quòd senectus propriè loquendo non sit morbus: sed probata senectute, resultat præsumptio iuris, quòd sit æger. quod intellige in his, qui prouectioris sunt ætatis, puta, qui septuagesimum annum attigerint, prout in simili dicit Abb. in dicto capit. quoniam frequenter. Et propterea text. in d. l. ciuitatibus. vtitur comparatiuo, senioribus. Item senex non ita de facili præsumitur fugiturus sicut iuuenis, vt est gloss. in l. si vt certo. §. sed an etiam hominis. ff. commod. Quod limitat Andr. Sicul. in c. nullus. infrà, eod. nisi aliàs fugisset. per gloss. in l. Cornelia. ff. ad Syllan. Item pro senectute præsumitur, quòd sit in ea maior probitas, 50. distinct. c. si officia. Item scientia. 84. distinc. cap. porrò. Item morum grauitas, 12. quæstio. 1. cap. 1. & sermo veracior, 35. quæstio. 6. consanguineos, & per Archidiac. cap. tanta. 86. distinct. E conuerso verò iuuenes præsumuntur robustiores. l. cùm mulier. ff. de reb. dub. Item præsumūtur calidiores, & de facili inclinati ad prodigalitatem. l. final. §. filijs autem. C. de bonis quæ liber. & dicit text. in §. optimum. in Authent. de non eligen. secundo nup. quòd mulieres in iuuentute aliquando non possunt resistere feruori naturali. Et circa mores iuuenum & senum, ponit Lucas de Penna in l. 1. C. de consul. libro 12.

REGVLA SECVNDA PRAESVMPTIONVM.

SEcunda principalis regula est, quòd mutatio non præsumatur.

Et ratio regulæ est, quia mutare, est quid accidens: & accidentia non præsumuntur, vt per glo. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. & suprà dixi.

PRIMA PRÆSVMPTIO.

1 Statum certum si quid habeat in sui origine, præsumitur talis status semper adesse.

2 Seruitus an præsumatur ex quasi possessione.

1 *EX hac regula primò infertur, † quòd vbi aliquid in sui origine habet certum statum, præsumitur talis status semper adesse: imò quasi possessio iuris alicuius contra talem statum primitiuum non tolleret hanc præsumptionem, secundum Bart. & Doct. in l. si prius. in 3. oppos. tertiæ partis principalis. ff. de nou. oper. nunc. Et propterea* 2 *infertur, † quòd cùm à natura quælibet res sit à principio libera, non præsumitur seruitus, etiam per quasi possessione: imò quasi posidenti incumbit onus probandi. & ita tenet DD. Sed ista ampliatio est satis dubia, & fortè non est vera, & videtur confundi per tex. in d. l. si prius. in secunda par. vbi secundum intellectum Doctor. agens negatoria contra reum contumacē, facit, quòd transferatur onus probandi in reum, qui est in quasi possessione seruitutis. Si ergo in pœnam contumaciæ compellitur reus probare, sequitur, quòd si contumacia non esset, erat tutus ex illa quasi possessione seruitutis, prout loquitur ille text. Nec etiam*

exemplum

exemplum Bar. est bonum, quia seruitus non repugnat actui primitiuo rei, ex quo seruitus futuro ædificio imponi potest. l. si seruitus. §. futuro. ff. de serui. vrb. præd. glo. in c. ad dissoluendum. infrà, de despons. impub. Ergo potuit ab origine res debere seruitutem, & ista potentia est satis ad hoc, quòd ex quasi possessione transferatur onus probandi. l. circa. ff. de probat. prout eum declarat Bart. in d. 3. & 4. oppos. Est verum, quòd etiam eius declaratio confunditur per c. si iudex. de senten. excom. in 6. Nam si doctrina Barto. esset vera, malè argueret Papa, de eo qui est in quasi possessione ingenuitatis, ad illum qui est in quasi possessione clericatus: quia in primo casu quasi possessio non repugnat origini, in secundo sic: quia nemo nascitur clericus. Vnde cùm Papa ibi ita arguat, ostendit istam differẽtiam non esse veram. Cogita si posset dici, quòd ista ampliatio ita generaliter posita per Bar. & Doct. non sit vera: sed quatenus verificatur in aliquibus casibus, istud est per alias rationes particulares. Quantũ autem spectat ad seruitutes, potest distingui: quia autem loquimur de quasi possessione, quæ acquiritur ex interpellatione: puta, quia ego interpello aliquem, ne tollat altius ædes suas, quia intẽdo, quòd illæ ædes debeant mihi seruitutem: nam à tempore talis interpellationis incipio quasi poßidere & præscribere, vt declarat Bar. in d. l. si prius. col. 3. versic. restat.

¶ ADDIT. Cum amplissimis concord. traditis per Iaso. in §. æquè. in gl. super verbo, altius. versi. circa tamen hanc partem. Institut. de actio. & Floria. in l. qui luminibus. ff. de seruit. vrb. prædio. & in l. sicuti. §. sed si quæratur. & in l. & si fortè. §. 1. si seruit. vendi.

Et tunc satis faterer, quòd talis possessio non transferret onus probandi, nisi esset longi temporis, quo casu plenum ius quæsitũ esset per præscriptionem. Et ratio est, quia talis quasi possessio est quæsita mibi ex interpellatione: quia

K præten-

prætendebam mihi deberi seruitutem, debeo ergo probare istam seruitutem, & sic causam interpellationis, quæ est fundamentũ intentionis meæ. Aut verò loquimur de quasi possessione ipsius rei & seruitutis, puta, quia in muro tuo mihi contiguo, habeo fenestram, seruitutem luminis mihi præstantem, & credo quòd ista quasi possessio releuet ab onere probandi, sicut regulariter est in cæteris possessionib. l. vti frui. ver. quòd si fortè. ff. si vsufr. pe. & probatur in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si seruit. vend. rectè eam intelligendo. facit l. 1. in princip. ff. de itin. actuq; priua. Quò verò ad alios casus, in sequentibus referentur suæ rationes particulares.

PRÆSVMPTIO II.

1 Filius natus ex legitimo matrimonio, præsumitur in potestate patris.
Fallit vt num. seq. & num. 5.
2 Filius an presumatur sui iuris, si sit in quasi possessione illius.
3 Statuto disponente, quòd filius non posit se obligare sine consensu patris, si filius existens in quasi possessione sui iuris alicui promiserit centum ex causa onerosa, & nolit soluere prætextu statuti, an audiatur.
4 Filius an per vnicum actum cõstituatur in quasi possessione sui iuris.
5 Filius præsumitur sui iuris, quando non apparet natus ex matrimonio legitimo.
6 Filius an probetur legitimus, ex eo quòd pater in testamento aliquid ei legauit pro legitima iure naturæ sibi debita.
7 Testes si dicant quòd filius tractabatur pro filio, an ex hoc probetur quòd sit legitimus.

1 *SEcundò infertur † ex supradicta regula, quòd filius ex legitimo matrimonio natus, præsumitur in potestate patris. l. si filius. ff. de probatio. l. si emancipati. Cod. de collatio.*

¶ ADDIT. Vide egregiè Corne.consi.204.quanquam. col.3 libro 3.

Fallit primò,† si sit in quasi possessione sui iuris, vt dicit glo.in l.Titia.ff.solut.matri.& Bart. in l.is potest.in 5.col.versic.videamus qualiter.ff.de acquir.hæred. & Alex.in d.l.si emancipati. Pro qua opinione inducitur tex. in d.l.si filius.vbi tex.quò ad modum probandi, æquiparat probationem filij & serui. Sed clarum est, quòd si seruus sit in quasi possessione libertatis, non tenetur probare.l.vis eius.C.de prob.Ergo idem in filio. Nec obstat si diceretur, quòd imò ista quasi possessio non debet hoc operari, quia repugnat status primæuus naturæ, prout dicit Alex. in d.l. Titia.quia ad hoc respondet Deci.in dict.l.si emancipati. quòd imò non repugnat: quia quòd aliquis sit in patria potestate, non est de iure naturali, sed de iure ciuili. Insti. de patria pote.in prin. Sed ista solutio nihil valet: quia Doct. in d.l.si prius. non considerant ius naturæ, prout credidit Decius: sed statum originalem, quando quis nascitur.facit l.fina.ff.de natali.restitu. Tu salua dictam limitationem, quando filius fuisset in illa quasi possessione per longum tempus, puta decennium.l.1.C.de patr.pote.Bar.& Bald. in l.2.C.si aduer.rem iud. & in l.post mortem ff. de adop. And.Sicu.consilio vlti.in 4.volum.consiliorum Alexand. Ias.in dict.l.si prius. Sed hîc aduertendum est circa rationem. Nam si istud est, prout præsupponunt Doctor. quia tanti temporis possessio est sufficiens ad præscriptionem contra patrem: certè isto casu filius esset tutus, non solùm quò ad possessionem, sed etiam quò ad ius ipsum: quia hæc est natura præscriptionis.l.traditionibus. Cod. de pactis. Prætereà non est verum indistinctè, quòd præscribatur decennio, imò regulariter requiruntur viginti anni, vt habetur in dict.l.1.& ibi gloss.& Salic.in l.2.C.de præscrip. longi tempor. quæ pro libert.nisi filius haberet aliquem

2

titulum, ſaltem putatiuum, veluti emancipationem non ſolenniter factam: nam in iſtorum iurium præſcriptione ſufficit etiam titulus erroneus, vt per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuq́ pri. & in l. Celſus. ff. de vſucapionib. Potes dicere, quòd alia ſit ratio iſtius deciſionis. Nã ex quo pater permiſit filium ſtare in tali quaſi poſſeſſione per decennium, licet filius tali tempore nõdum præſcripſerit liberationem à patria poteſtate, tamen acquiſiuit quaſi poſſeſſionem exiſtentiæ ſui iuris, ex quo per negligentiam decennij pater amiſit, quaſi poſſeſſionem patriæ poteſtatis, prout regulariter eſt in qualibet poſſeſſione ciuili. l. 1. in glo. magna. in fin. C. de ſeruis fugit. vbi Iaſo. & Docto. Et licet gl. in ſeruitutibus realibus non procedat, ſecundum Bal. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. ven. iſtud poteſt eſſe propter modicum præiudicium inde proueniens, vt declarat Lud. Rom. in l. ſi aliena. §. 1. ff. de vſucap. quod non eſt in caſu noſtro. Sed vidi dubitari, † Stante ſtatuto quòd filiusfam. non poßit ſe obligare ſine conſenſu patris: aliquis exiſtẽs in quaſi poſſeßione ſui iuris, promiſit Titio centum ex cauſa onerosa, deinde nolebat ſoluere, ſub prætextu ſtatuti annullantis obligationem. Et videbatur talem in effectu non adiuuari, quia aliàs creditor remaneret deceptus. Nam licet actio ex contractu tollatur per ſtatutum, tamen poterit creditor agere actione de dolo vel ſtellionatus contra talẽ, ex quo alia actio deficit. l. 1. ff. de pig. act. Bald. conſil. 14. in primo volu. Statutum autem tollit tantùm actionem ex contractu, non autem eam quæ oritur ex maleficio vel quaſi. l. penul. C. de dolo. l. 2. C. ſi minor maior. ſe dixerit. Nec obſtat, quòd debet ſibi imputare creditor, qui non benè inueſtigauit conditionem eius. argum. l. qui cum alio. ff. de regu. iur. & per Bald. in d. conſil. 14. quia ſatis videtur inueſtigaſſe, qui ſequutus eſt præſumptionem orientem ex quaſi poſſeßione ſui iuris. l. ſi quis patrem. ff. ad Maced. Quod tantò magis

3

procederet,

procederet, si iste filius asseruisset se emancipatum: quamuis ita contrahendo & se gerendo, satis videatur hoc asserere. d. l. si quis patrem. Subdunt tamen Moder. in d. l. si emancipati. quòd imò † filius videtur constitui in ista quasi possessione sui iuris, nedum per longum tempus, sed etiã per vnicum actum tantùm: sicut dicimus in quasi possessione electionis. l. 1. §. hoc interdicto. vbi Bar. ff. de iti. actúque priua. & Bar. l. 1. ff. de seruit. Abb. & alij in c. cùm ecclesia. de cau. pos. & propriet. Sed ista opi. est contra mentem Doctor. & contra supradicta, & termini non sunt pares. Nam eligẽdo, fateor, quòd quis acquirit quasi possessionem eligendi in illo casu: sed filiusfam. faciendo vnum actum tanquam paterfam. non acquirit hanc quasi possessionem, neq; quò ad illum casum. Et ratio est, quia ille actus solus nõ potest inducere quasi possessionem, quò ad plenam liberationem, ex quo talis actus hoc necessariò non infert, & in simili habetur per Bal. in d. l. si quis diuturno. & no. in c. fi. de relig. dom. Nec etiam quò ad eum actum tãtum: quia non potest quis pro parte esse emancipatus, vt est communis conclusio, de qua per Bart. & Doct. in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Trebell. quæ ratio cessat in electione & similib. Præterea, dato quòd per vnum actũ acquireretur aliqualis possessio, tamen non est magni effectus, tum quia repugnat origini seu actui primitiuo, tum quia pater retinet ciuilem possessionem, vt suprà declaraui. Declaratur secundò prædicta regula, † vt non procedat quando nõ constaret filium esse natum ex legitimo matrimonio: quia tũc præsumeretur sui iuris, & ita intelligitur d. l. Titia. ff. solut. matrim. & l. si vxor. in verb. monstretur. vbi Fulg. C. de cond. inser. gl. in l. pactum quod dotali. C. de pact. Et est ratio: quia quod quis sit in potestate, pendet ex matrimonio. Inst. de patria potest. in prin. Sed matrimonium est facti, vnde non præsumitur, vt infrà dicam: & ita dicit Bar. cõs.

4

5

42. visa inquisitione. Corn. consil. 68. placet mihi. col. pen. in primo. Ias. in l. post dotem. in prima col. ff. solut. matri. & sequuntur Moderni in d. l. si emancipati. vbi respondent ad quasdam rationes Barthol. Veroneñ. caut. 120. incip. his quæ in iudicio. de quo dic vt per eos.

¶ ADDIT. Et melius quam alibi Cor. cons. 208. quanquam. col. 2. in libr. 3. & consil 204. quanquam videatur. colum. 3. versicul. nec obst. adducta in contrarium. eodem libro.

Limitaui istam opinionem in contingentia facti, quando † testator legasset filiæ suæ Titiæ vnum florenum pro legitima iure naturæ sibi debita. nam per ista verba videtur probari quòd esset legitima, & in potestate, ex quo non possent verificari in filia simpliciter naturali, quia illi non debetur aliqua legitima iure naturæ. §. si quis autem. in Authen. quibus modis natu. effic. sui no. in Authen. nouissima, C. de inoffic. testamen. Et illa verba, iure naturæ, posita ad executionem legati, declarant confeßionem patris, qualiter asserebat eam legitimam, prout in simili dicit Bald. in l. eam quam. in penul. chart. versicul. sed pone quidam. C. de fideicommiss. vbi aliquis legitimans filiam, non obstante l. qui contra. C. de inces. nuptijs. videtur fateri eam esse incestuosam. Et ex supradictis apparet, quòd quamuis pater asserat aliquem esse filium suum, non tamẽ propter hoc præsumitur legitimus, nisi in casu Authent. si quis liberos. C. de natu. lib.

Et hoc infertur ad testes dicentes, † qualiter Titius tractabatur pro filio, & ita fuisse reputabatur, quòd non subaudiatur pro filio legitimo: licet Dec. cons. 54. in causa domini Antonij. consuluerit contrarium, allegando glo. in c. lator. in gl. pen. & ibi Iaco. de Sopis. infrà, qui filij sint leg. & Bart. in l. filium. ff. de his quæ in testam. vbi formando verba articuli tractatus filiationis, nihil dicit de legitimitate.

tate. Sed ista sunt leuia, & glo. in d. c. lator. probat contrarium, & Bar. in dicto suo præsupponit cætera habilia, vnde non est recedendum à prædicta opinione.

PRÆSVMPTIO III.

1 Res quælibet presumitur allodialis & libera, non feudalis vel emphyteotica.
2 Comes aliquis si sit sub dominio regis, in dubio præsumitur habere comitatum iure proprio, non tanquam feudalem.
3 Fama plenè probat in antiquis.
4 Si in genere constet aliquem habere feudalia bona alicuius domini, & requisitus à domino, vt ostēdat pro quibus præstet homagium, si hoc non facit, omnia bona eius præsumuntur feudalia.
5 Feudalia præsumūtur bona, si probetur antecessorem in feudum illa habuisse.
6 Ecclesia quæ concedit iurisdictiones vel pēsiones, censetur in dubio concedere feudum.

Tertiò † præsumitur quælibet res esse allodialis & libera, non autem feudalis vel emphyteutica: quia ab origine sui, omne prædium censetur liberum à qualibet seruitute. l. altius. C. de serui. Et ecclesia præsumitur habere aliquem patronum, præter episcopum, quò ad ius episcopale, vt dicunt Inno. & Bald. in c. venerabilis. infrà, de except. Et propterea infertur, † quòd si sit aliquis Comes sub dominio regis, in dubio præsumetur habere comitatū iure proprio, non autem tanquam feudalem, vt dicūt Hostien. & Ioan. And. in cap. fin. in verb. respondeo. suprà, de iudic. & in c. nimis. vbi Anto. de Butr. idem notat, infrà, de iureiurand. de quo per Alexan. in d. consil. 15. in quinto vol. Card. Alex. in Rub. feudo. col. 41. vers. 15. Ias. in d. l. si prius. col. 14. cum concord. 1 2

¶ ADDIT. Quòd quælibet res presumatur in dubio allodialis, libera, & non feudalis, adde Alexand. consil. 129.

ponderatis his. in primo volu. vbi allegat concord. & consil. 55. prospectis his. col. 10. versic. circa aliud dubium quo quæritur. in 4. Decius consil. 468. superiori anno. col. 2. & in consi. 498. viso casu. col. 1. vbi dicit feudum non præsumi, nisi probetur. & allegat concordan. & consi. 588. viso puncto. col. 2. & consil. 424. proponitur. col. 2. egregiè Paulus de Cast. in cons. 179. in causa quam magnificus, in 1. vol. nouissimorum.

Et licet talis Comes seruitia Regi præstiterit, præsumitur ea simpliciter & tanquam suo superiori fecisse, non tanquam domino feudi. facit text. in l. non dubito. versic. hoc enim adijcitur. ff. de capti. & text. in Clemen. pastoralis. col. penulti. versic. eo modo. ff. de re iud. nisi fecisset aliquos actus, qui propriè essent de natura feudi, prout est petitio inuestituræ. c. 1. §. si verò. quid sit inuest. in vsib. feud. Et istud intellige, quando facti fuissent plures actus, iuxta not. in l. si certis annis. C. de pact. & declarat Cardin. in d. Rubri. Et hæc sit prima limitatio. Fallit secundò, † quando fama esset quòd talia bona essent feudalia, & essemus in antiquis: quia tunc fama plenè probat, vt habetur in c. veniens. 1. suprà, de testi. & in c. quid sit nouale. infrà, de verbo. signific. Et ita dicit Alexan. in d. consi. 25. vbi dicit idem esse si probaretur per verba narratiua principis, iuxta Clemen. 1. de prob. vt ibi per eum.

3

¶ ADDIT. Quòd fama plenè probet in antiquis, vltra concordantes amplè traditas per Felin. in d. c. veniens. vide Romanum consi. 414. circa propositum. in fin. & consi. 109. in proposita consultatione. Alexand. consil. 16. col. 6. nu. 17. in 5. vol. & cons. 12. in nomine domini. col. fin. in 4. & consil. 75. visis. col. 2. eo. lib. & consil. 4. videretur inspectis. col. 5. num. 28. & consil. 208. viso summario. col pen. in 2. volum. Curtium seniorem egregiè consil. 69. Christi nomine. col. 2. vbi allegat concord. & consi. 76. super monitiuis. colum. 3. Decium consil. 42. diuino implorato præsidio, & pro facultate mea. colum. antepenul. & consil. 428. viso consilio. vbi copiam amplissimam concordantium allegat.

allegat. & tandem attestatur communem Iaso. in l. prætor ait. §. prætor ait. ff. de eden. col. penult. nu. 25. & in l. cum ea quæ. in fin. C. de transact. & plenius in l. cùm aliquis. col. final. vbi allegat concord. C. de iure deliber. & Decius in l. ex his. col. 3. C. de testa. milit. Curtium Iuniorem in consi. 17. licet per celeberrimos. & per Hippol de Marsi. in l. de minore. § plurimum. nu. 60. & seq. versi. item fama. in antiquis. ff. de quæst. vbi multa egregiè tradit, & in Rubri. de probat. nu. 194. versi. item pro prædictis etiam facit. & sing. 505. antiqua &c. & Socin. fallentia. 167. fama. in fin. & seq. Ex quibus locis etiam colliges, quantum temporis debeat ascendere illud antiquum, an quadraginta annis, an verò centum, aut tantum temporis, quòd non sit memoria in contrarium.

Fallit tertiò, † quando constaret in genere, quòd aliquis haberet bona feudalia talis domini, & requisitus à domino vt ostenderet pro quibus bonis præstaret homagium, hoc non faceret: nam tunc omnia præsumuntur feudalia, vt dicit Specu. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versi. 62. Iaco. de Beluis. Car. & Bal. in c. vasallus. 1. si de feu. fuerit controuer. inter do. & agna. Bald. in c. 1. de vasall. qui contra constitu. Lotharij. & in c. 1. §. insuper. de probib. alie. feu. per Fede. Albe. de Ros. in l. si certis annis. C. de pac. & in l. plures apochis. de fid. instru. Alb. & Fulg. in l. Titius. ff. de actio. emp. Iaso. in l. 2. in 13. quæstio. C. de iure emphyt. quod intellige & declara vt per Cardi. in d. c. vasallus. & per Bald. consi. 225. in 1. vol. Fallit quartò, † quando probaretur quòd antecessor habuisset illa bona in feudũ: quia præsumuntur eodem iure peruenisse ad hæredem, secundum Bal. in l. si cuius. ff. de vsufr. & And. Sicul. consi. 18. in 15. col. in 2. vol. Fallit quintò in ecclesia, † quæ concedit iurisdictiones vel pensiones: quia in dubio censetur concedere in feudum, vt est tex. in c. ad audientiam. vbi Bald. infrà, de præscrip. sequitur Ias. in d. l. si prius. Et potest esse ratio, quia de natura rerum ecclesiasticarum est, vt non

4

5

6

alienentur, si facilius infeudentur. c. 1. qui feud. dare possunt. Vnde potius præsumitur infeudatio, quod non est in rebus laicorum. Cogita tamen, quia ille tex. in d. c. ad audientiam. non videtur ponere aliquid speciale in ecclesia: & procedit ista limitatio, quando constat, quòd concessio ipsius rei fuisset facta per ecclesiam, & quòd ecclesia præsens erat in possessione: alioquin, eo ipso, quòd soluitur aliquid ecclesiæ in signum subiectionis, non sequitur, quòd sit feudum, vel emphyteusis: quia in dubio præsumetur potius simplex census, vt dicunt Alber. & Mod. in l. 2. C. de iur. emph. & potuit ille census fuisse impositus à domino rei in fauorem ecclesiæ, non quòd res à principio fuisset ecclesiæ. quod nota.

PRÆSVMPTIO IIII.

1 Baptizatus quis non præsumitur, nisi probetur.
2 Ecclesia non præsumitur consecrata, nisi probetur.
3 Fisco ecclesiæ ad consequenda bona defuncti sine hærede, an sufficiat probare, quòd defunctus erat indutus more clericorum, an verò requiratur plena probatio, quòd clericus erat.
4 Titulus semper debet probari, quando sumus in ijs in quibus requiritur titulus, nec possessio etiam longissima aliquod ius tribuit.

1 *QVartò. Præsumitur † quis non esse baptizatus, nisi probetur. c. paruulos. de consecrat. distin. 4. Eodem 2 modo † non præsumitur ecclesia consecrata. de consecrat. distin. 1. c. solennitatem. Nec præsumitur quis ordinatus. 68. distin. c. presbyteri. & ibi glo. ponit istos tres casus. Et 3 hoc facit ad quæstionem † de defuncto sine hærede, cuius bona tanquam vacantia petuntur à fisco principis: & episcopus dicit, quòd imò pertinent ad fiscum ecclesiasticum: & probat, quia talis erat clericus, quòd præsumebatur ex quasi possessione clericatus, quod præsumebat ex habitu, quia erat indutus more clericorum. Domi. de S. Gemi. in c. si iudex,*

dex.§.fi.inf.de sent.excõmu.in 6.tenet, quòd istud non sit satis, imò nisi episcopus probet veram ordinis collationem, non obtinebit. Et ratio potest esse, quia ista quasi possessio repugnat origini, vnde non releuat ab onere probandi, per supradicta. Sed tu aduerte: quia videmus, quòd ista quasi possessio aliquando releuat à tali onere, vt in d.c.si iudex. vbi iudex depræhendens aliquem in tonsura, non debet compellere vt probet clericatum, sed debet remittere ad ecclesiasticum. Vnde dic, quòd alia ratio est, videlicet, † quia vbi in aliquibus necessarius est titulus, nec possessio etiam longißima aliquod ius tribuit, prout est in casu nostro, semper debet titulus probari. c. cùm adeo. de rescrip. c. ex literis. de transact. Nec possessio transfert onus probandi. arg. c. ad decimas. de restit. spol. in 6. Fallit, vbi ageretur de modico præiudicio, vt quia essemus in præparatorijs iudiciorum. ita procedit text. in d. c. si iudex. & declarat Bald. in l. non ignoras. in 2. col. C. qui accus. non poss. & est de mente Ang. in d. l. si prius. & facit tex. de consecr. distin. 4. C. si eos. 4

PRÆSVMPTIO V.

1 Matrimonium non præsumitur ex cohabitatione, sed potius fornicatio. Secus de iure ciuili.

2 Filij nati ex duobus simul cohabitantibus, an admittantur ad succesßionem parentum ex eo, quòd ius ciuile præsumit matrimonium ex cohabitatione,

3 Filij nati ex cohabitatione duorum, an iure canonum in dubio præsumantur nati ex concubinatu, an verò ex stupro.

4 Naturalis filius vt quis dicatur, quæ requirantur.

5 Concubina vt quæ dicatur, plura requiruntur.

6 Filij nati ex seruitrice alicuius, non dicuntur naturales, sed spurij.

7 Filij vt legitimentur, requiritur vt sint nati ex concubina matrimonio digna.

8 Filij in dubio præsumuntur spurij.

Quin-

1 QVintò. † *Matrimonium non præsumitur ex cohabitatione, sed potius fornicatio. 30. q. 5. c. aliter secus de iure Ciuili. per l. in liberæ. ff. de ritu nup. gl. in l. in concubinatu. ff. de concubinis. Sed difficultas est in practica,*
2 *† nunquid quò ad successionem filiorum, qui inde procreati sunt, saltem attendamus dispositionem iuris Ciuilis. Et Bald. singulariter in c. ex transmissa. de testi. spol. & in l. & si contra. C. de nup. dicit, quòd sic, licet Canonistæ non contentarentur: quia cùm ad ius Cano. pertineat principale, ergo & quicquid ex eo sequitur. c. lator. qui filij sint legit. c. tuam. de ord. cognit. & facit tex. in c. de prudentia. infrà, de dote post diuor. rest. Et isti rationi Bal. non respondet: & eandem opinionem videtur tenere Abbas in d. c. lator. Sed tu aduerte, quia in contrarium fortiter obstat supradicta ratio posita per Bal. quam confirmo per doctrinam Abb. communiter approbatam in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. vbi concludit, quòd quando lex ciuilis procedit, præsumendo circa actum spiritualem, non valet, etiam si lex canonica illi non aduersaretur, vt ibi per eum, & Mod. Si ergo d. l. in liberæ. nihil valet, certè non debemus eam fouere quò ad successionem filiorum. Sed tamen puto primam opinionem, quæ est fauorabilior, esse veriorem: & considero, quòd ratio cur lex canonica non præsumat matrimoniũ, est, quia cùm simus in dubio peccati, capitur præsumptio tutior pro anima, & sic, quòd sit peccatum. ita dicit gl. in d. c. aliter. & not. in c. vnico. de scruti. ab ord. faci. Sed ista ratio non militat, nisi respectu ipsorum principalium: ergo lex cano. corrigens ciuilem, ex aliqua ratione non debet extendi, nisi quatenus infert dicta ratio. l. adigere. ff. de iure patro. per Ioan. And. in c. fin. de consuet. & per Mod. in Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Et sic resultat manifesta differentiæ ratio inter principale & accessorium, quo casu accessorium non imitatur naturam princi-*

principalis.l.& scis.C.de præd.minor.& d.l.in liberæ.satis videtur approbata à iure Canonico, quò ad filios,ex quo ratio correctionis non infert nisi quoad principale. Sed †circa hanc præsumptionẽ contingit pulchra dubitatio. Nã dato,quòd præsumatur fornicatio,an intelligemus de concubinatu,an de stupro:& sic,nunquid filij inde nati erunt naturales,an verò spurij?Et videtur dicendum, quòd deberent præsumi naturales simpliciter : quia vbi concubitus est inter solutum & solutam, filij inde nati sunt naturales.c.innotuit.suprà,de elect.notatur in c.tanta.infrà,qui filij sint legi. Sed istud posset procedere,attẽto cõmuni vsu loquendi,vel etiam, vt arbitror, attento iure Canonico simpliciter. 3

¶ ADDIT. Vide Bald.post Io. And.in .c nisi cùm pridem.de renunc.& consi.129.factum proponitur.in 2.vol. & Io.Baptist.in l.si qua illustris.col.2.ad Orficia. C.& egregiè in pulchro casu consuluit Stepha. Bertran. consi. 26. ex processu.in 2.vol.nouissimorum.

Sed de iure ciuili, † ad hoc quòd aliquis sit naturalis,& sit capax successionis paternæ,requiritur,quòd sit natus ex concubina.Et ad hoc,† quòd dicatur concubina, multa requiruntur: videlicet, quod sit solutus cum soluta,ita quòd inter eos poßit esse matrimonium : & quòd sit retenta diu in domo in habitu concubinæ,quæ parum distat ab vxore: & quòd sit vnica concubina. & probatur in §. si quis autem defunctus.in Auth.quib. modis natu. effi.sui.& in l. 3.ff.de concubinis.& ita dicit Spec. in tit. de succes.ab intest.§.1.versi.nunc de naturalium.Idem voluit Io.And.in Rub.qui filij sint legit.in addit. Spec. in prin.& Signorol. de Homo.consi.221.factum sic se habet. Abbas in d.c. innotuit.& est de mente Bar.in l.fi.ff.de concubinis.& in l.fi. in princ.ff.de his quib.vt indig.& per Alex.in l.ex facto. §.si quis rogatus.in 14.col.ff.ad Trebel.Abb.in d.c.per venera- 4 5

nerabilem. & in d.c.tanta.Io.Bapt. de S.Seuer.in repet.l. si qua illustris.in 1.charta.C.ad Orficia.

¶ ADDIT. Vltra hîc allegata, idem tenet Bald.in l.fin. C.de natur. lib. & consi.206. casus talis est, quidam A. lib.3. Old.consi.196. factum tale est. Nico.de Vbaldis in tract.suc.ab intest.circa princ. versi.secunda species liberorum. & Mathesi.in tract. success. ab intest.col. 2.versi. secundum membrum. Ang. Aret. in §. fin.Instit.de nuptijs. Mar. Laud.de Caza. in tract.legit. versi.in Christi nomine amen. priusquam &c. vbi melius quàm alibi. & Præpos.in c.lator.qui filij sint legit. Angel.consi. 223.pro decisione.& Alex. consi.60. visa legitimatione. col.3. & consi.173. super eo de quo quæritur. in 2.colum. lib.5. & Cor.consi.6.memini.colum.2.lib.4. vbi alleg.concord. & Steph.Bertran.consi.26.ex processu.num.5. in fin. & nu. 7.lib.2.nouiss.

6 *Et † propterea filij, quos aliqui habent ex seruitricibus suis, licet non coniugatis, dicuntur spurij, non naturales. vt dicit Bald.in lege, eam quam. in septima colum. C. de fideicommiss. & Alber. de Ros.in Rub.C. de naturalib. libe.in princ. vbi dicit, quòd de hoc fuit magna quæstio in prouincia: & dicit Baldus in consilio 262.recordor me consuluisse.in primo libro.quod pauci sunt verè naturales, propter multa quæ requiruntur ad concubinatum.*

¶ ADDIT. Ideò consuluit Oldra.consi.196. factum tale est.in nobili qui cognouit pauperculam mulierem, quæ solebat portare aquam de fonte in domum nobilis, & conducebat operas suas ad messes, & viuebat de laboribus manuum suarum, & illi mulieri nobilis non prouidebat, nisi de duobus annis in tunica, & duas vel tres salmatas bladi omni anno ad ipsius mulieris supplicationem: quòd nati ex tali muliere paupercula, & illo nobili, non sunt dicendi naturales liberi, sed spurij, quia, vt suprà dictum est, oportet, quòd sint ex muliere in schemate concubinæ sociata, & quòd concurrant illa, quæ suprà recitauimus.

Facit

Facit quod not. Angel. in §. sed & aliud. in Authentic. quibus modis naturales efficiantur legitimi. vbi dicit, † quòd ad hoc vt filij legitimentur per modum traditum 7 *ibi, & per textum in Authen. si quis liberos. C. de naturalibus liberis. requiritur, quòd sint nati ex concubina matrimonio digna, secundum supradicta : & sequitur Cardinalis, Alexand. in c. per venerabilem. in 10. colum. aliàs est in quinta columna, sub §. quod autem. versic. secundus modus. infrà, qui filij sint legitimi. Est verum, quòd ad hoc quòd legitimentur per subsequens matrimonium, istud nō procedit de iure Canonico. c. tanta. qui filij sint legitimi. latè Decius consilio centesimoquinquagesimoquinto. & ius Canonicum isto casu attenditur, ex quo agitur de dependentijs matrimonij, quod est quid spirituale, vt ibi per eū. Ex supradictis ergo habes, † quòd filij in dubio præsumuntur spurij, non autem naturales.* 8 *Est verum, quòd contra supradicta obstat textus in lege, si quis ingenuam. cum glossa prima. ff. de captiuis & postliminio reuersis. vbi filij quos quis habet ex serua, dicuntur naturales. facit lex secunda. C. si mancip. ita fue. alie. & glossa in dicta lege, si quis ingenuam. intelligit illum textum, quando non fuerat retenta in concubinatum, Sed ego puto dictam glossam non esse veram : quia filij non dicerentur naturales, nisi ista ancilla fuisset habita sub nomine concubinæ. argumento legis finalis. C. commu. de manumiss. Et ita tenent, Aretinus consi. 48. in 1. dubio. Ioannes Baptista de Sancto Seuerino, in d. l. si qua illustris. col. secunda.*

PRÆSVMPTIO VI.

1 Excommunicatus qui fuit, præsumitur etiam hodie excommunicatus.

Limitatur ibidem, & seq.

SExto. † *Qui fuit excommunicatus, præsumitur etiam hodie excommunicatus. c. sicut nobis. vbi Abbas infrà,* 1

frà, de sententijs excommu. c. proposuit. vbi glo. de clericis excommunica. Rota in vndecima decisione, tit. de probat. in antiquis.

¶ ADDIT. Vide Anch. consi. 64. incip. in Christi nomine &c. motiua iudicis. Felin. in c. scribebam. col. 2. infr. eod. Boschum Codega. in c. 1. col. 14. versi. etsi sit difficile, de iudi. & Nicol. Euerardum in centuria locorum legalium, loco de tempore ad tempus, fol. 70. verso.

Limitat hanc conclusionem Abbas ibi, vt procedat in excommunicato simpliciter: secus si excommunicatio fuerit conditionalis: putà, excommunico te, nisi decem Sempronio intra mensem dederis. Nam ex quo potuit illa decem dedisse, non præsumetur excommunicatus quoad tertium agentem: secus quoad ipsum Sempronium. de quo in c. super his. per Innocentium. de accusat. Adde pro hac limitatione quod notat Lapus allegatione 126. incip. quidam incarceratum. vbi si accusatur clericus tanquam excommunicatus, quia celebrauit in parochia aliena, iuxta Clem. 1. de priuil. & hoc probetur, non tamen poterit condemnari, quia potuit hoc cum licentia facere. Sequuntur Antonius de Butri. & Imola in dicto c. super his. Et licet Decius in l. non hoc. C. vnde legit. reprobet, ex eo, quia intentio actoris videtur fundata, iuxta gloss. in l. secunda. ff. de appell. recip. quam not. Mathes. nota. 19. tamen puto decisionem posse sustineri: quia cùm simus in criminalibus, debet accusator concludenter probare crimen factum respectu tertij. Nec ista simplex præsumptio, quod non habuerit licentiam, sufficiet. l. fin. C. de probat. nisi esset præsumptio, quam lex etiam in criminalibus approbaret, puta, quia valdè efficax & violenta, vt per Abb. in c. insinuatum. infrà, de simo. in c. accedens. de accus. & not. per Mod. in c. afferte. infr. eod. & per Bal. in l. siue poßidetis. in 2. col. C. de probat. Et secundum istam saluationem restringo supra-

supradictam limitationem Abbatis. Secundò limitat ibi Abbas † quando iste communiter reputaretur pro absoluto. nam tunc, quantum ad alios secum contrahentes, non haberetur pro excommunicato, vt per eum. Tertiò limitat, quando allegaret absolutionem, & diceret se perdidisse instrumentum, & lapsum esset longum tempus, & talis esset bonæ conditionis. arg. c. illud. 3. colum. Tu adde text. in l. sicut. C. de fid. instru. in l. testium. C. de testibus. in cap. 1. quid sit inuest. in vsibus feudo. vbi Bald. Quartò limitatur in casu notabili, quem refert Cynus in l. edita. in 7. colum. C. de eden. vbi dicit, quòd si aliquis excipiendo dicat electionem nullam, quia electores antè fuerant excommunicati, talis exceptio non releuabit, quia non fiet interpretatio, quòd quo tempore elegerunt, essent excommunicati: de quo dic vt per eum: & de ista doctrina infrà dicam versi. 12. 2

PRÆSVMPTIO VII.

1 Malus semel, semper præsumitur malus. Limitatur nu. 2. & sequent.

2 Tortura in dubio incipienda ab illo qui aliàs simile delictum fecit.

Carceratus ex delicto, si aliàs veniret relaxandus fideiussoribus, si tamen aliàs aufugit de carceribus, non erit relaxandus, sed diligenter custodiendus. Vide in addit.

3 Malus si per triennium saltem stetit probus & abstinens à delicto, non præsumitur amplius malus. Intellige vt ibi.

4 Notarius si fecit instrumentum falsum, an præterita cætera præsumantur falsa.

SEptimò. † Præsumitur qui fuit malus, etiã nunc malus regula, semel malus. de reg. iu. in sexto. de qua per Hipp. singu. 74. Et ex hac regula infert Salic. in l. fina. in vlti. col. C. de quæstio. † quòd vbi plures fuerunt in rixa, & reperitur vnus vulneratus, poterit iudex deuenire ad tortu- 1 2

L ram

ram contra illum, qui aliàs simile delictum commiserit, per dictam regulam, quam sequuntur Moder. in l. 1. in princip. in vlti. col. ff. de quæsti.

¶ ADDIT. Vult allegare Hippol. de Marsil. quem etiam vide in singu. 217. incip. ter vel quater. Ex hac regula etiam inferunt Goffred. Ioan. And. Imo. Panor. & alij, in c. scribam. per illum tex. infr. eod. quòd qui semel malè & negligenter studuit in iure Canonico, præsumitur quòd malè studebit in iure Ciuili. & vide Nicol. Euerardum in centuria locorum legalium, in loco de tempore ad tempus. Accedat quod voluit gl. notab. in l. lege Corn. ff. ad Syllan. vbi Bald. & Lud. Rom. & Bal. in l. 3. C. de episc. audien. Ang. Aret. in tract. malefi. in verbo, fama publica. versi. 4. notandum. & Hipp. Mar. in l. maritus. col. pen. ff. de quæstio. quòd licet quis aliàs veniret relaxandus fideiussoribus ex aliquo delicto, nec veniret incarcerandus, si tamen aliàs semel de carcerib. aufugit, carcerandus est, & diligenter custodiendus, & per hoc perdit beneficium l. 1. ff. de custo. reor. benè faciunt quæ amplè cumulat Felin. in c. ad abolendam. col. 1. extrà, de hæret. & latius in c. scribam. col. 2. infr. eod. vbi etiam subijcit, quòd semel hæreticus, præsumitur semper hæreticus. Et de hac regula, semel malus, vide omninò Bart. & Doctor. in l. si prius. in quinta oppo. tertiæ partis principalis. ff. de noui oper. nuncia. ibi, locus ordinarius. & vide notabile consilium Ludo. Roma. in consi. 54. visis circa id. ante finem.

Limita primò hanc regulam, vt intelligatur in eodẽ genere mali, vel illi simili. l. si cui. §. 1. de accus. l. nũ omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Iaco. de Beluis. in disput. sua, quam posuit in l. omnimodo. C. de inof. testam. & eam ad literam refert Alber. de Ros. ibi. & Anchar. in d. regula, semel. & Lucas de Pen. in l. quemadmodũ. C. de agric. & cen. lib. 11. & ita etiam limitat Bar. in l. Cassius. ff. de senato. Bal. & Imo. in l. fin. ff. de hæredibus instit. Io. de Ana. in c. P. diaconus. de homi. Feli. in c. cùm in iure. in prin. suprà, de offi. deleg. Alexan. consi. quinto. in princip. & consi. 77. versic. quintum.

quintum.in princi.& consi.144.post reditum in secundo.
¶ ADDIT. Quod videre poteris cum varijs concordan. per Hippol. Marsil.consi.15. æterni numinis.col. 4. nu.9. & consi.77.dominus labia.col.2.nu 11.

Adde tamen, quòd qui est malus in vno, habet contra se non modicam suspicionem quòd sit malus in alijs, propter magnam connexitatem quam habent vitia inter se: & probatur à fortiori, in c. si gens Anglorũ. 56. distin. vbi ex vna specie delicti paterni, præsumuntur filij laboraturi plurib. & diuersis delictis. Secundò limitatur, † quando aliquis stetisset probus & abstinẽs ab illo delicto per aliquod tẽpus, saltem per triennium. §. hinc autem nobis. in Authen. de monachis. & ibi Angel. Sali. in l. fin. §. si fideius. ff. qui satisda. cogan. in l. si minorem. in tertia col. de in integ. resti. mino. Lud Rom. consi. 225. in 2. col. Ias. in l. si prius. in penulti. char. ff. de operis noui nuncia. 3

¶ ADDIT. Faciunt multa egregia dicta cumulata per Ias in l. in arenam. C. de inofficio. testamen. vbi multa congerit de eo quem pœnituit, & effectus est vitæ melioris, vide omninò.

Adde quòd ista limitatio est intelligenda, quando talis delinquens fecisset magnam pœnitentiã, puta, quia ingressus religionem, prout loquitur ille tex. vel quando probaretur pluries euenisse illi occasionẽ similis mali faciendi, & tamen eũ abstinuisse. secundũ Iac. de Beluis. in d. disputa. Tertiò limitatur, vt nõ procedat in delictis quæ per naturam seu ætatem alterantur: licet enim iuuenis fuerit libidinosus, non præsumetur idẽ vitiũ in sene. & ita est de mente Bar. in d. l. Cassius. & in d. l. si cui. §. ijsdem. arg. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excu. tut. & per Fel. in d. c. cùm in iure. Quartò intellige istam regulã respectu futurorum: quia qui fecit aliàs delictum, præsumitur simile in futurum facturus: sed respectu præsentis, ista præsumptio non facit plenam probationem, sed suspicionem tantùm, prout

dixi per dictũ Sali. in d. l. fi. C. de quæstio. & ita voluit Iacob. de Beluis. in d. disputa. Et hoc facit † ad quæstionem de Notario qui fuit condemnatus, quia confecit vnum instrumentum falsum: nunquid cætera etiam præsumuntur falsa? Et videtur dicendum quòd non, per istam limitationem: licet in futurum post condemnationem non possit alia facere. ita tenent Inno. Abb. Imo. Ioan. de Ana. & ibi latè Feli. in c. fraternitatis. infrà, de hæret. & fuit quæstio aliàs disputata, vt per Alberic. de Rosa. in l. consiliarios. C. de assessorib.

4

¶ ADDIT. Vide Ias. in l. si ex falsis. ad fin. C. de transac. Adde fortius, quòd licet Notarius semel de falso condemnatus, non possit alia instrumenta conficere, poterit tamen præterita, de quibus fuit rogatus, perficere, seu in publicam formam redigere, secundum Bar. in l. ad testamentum. §. 1. ff. de testam. refert & sequitur Ias. in l. Barbarius Philippus. col. antepen. versic. iuxta præsentem materiam de Notario. ff. de offi. prætoris vbi alleg. concord. & in l. prætor. §. 1. in fin. ff. de edendo. & Felin. in d. c. fraternitatis. in 6. fallentia. Et quòd Notarius committens falsum, & condemnatus de falso, in vno, non possit in futurum alia instrumenta conficere, vltra hîc allegata vide amplissimas concordantes per Hippolytum Marsil. singul. 593. tu scis quòd Notarius. Illud tamen menti commẽda, quod tradit Bald. in l. in fraudem. §. si quis ff. de testa. milit. refert & commendat Hippol. Marsil. sing. 569. pia causa. in fin. quòd vsque adeò Notarius semel de falso damnatus prohibetur in futurum instrumenta conficere, vt etiam si pro pia causa instrumentum seu testamentum scripserit, non valeat, nec sibi credatur. quod not.

Quintò, dicta regula non procedit in crimine occulto: quia non præsumitur aliquis simile facturus, imò præsumitur facere pœnitentiam de eo. Et est ratio, quia in occultis semper capimus interpretationem in meliorem partem. sexta quæstion. 1. c. si omnia. & c. ex tuarum. infr. de sortileg. & per Iaco. de Beluis. in prædicto loco.

PRÆ-

PRÆSVMPTIO VIII.

1 Bonus qui fuit, semper præsumitur bonus.

OCtauò. † *Præsumitur qui fuit bonus, etiam nunc esse bonus. c. mandata. infrà, eod. quia ex transacta vita, addiscimus quid de sequenti conuersatione præsumamus. fa. tex. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.* 1

¶ ADDIT. Adde Alex. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de edendo. col. vlti. Hippol. in l. maritus. nu. 39. de quæstio. & consi. 70. num. 12.

Limita istam conclusionem quinq; modis, vt per Fel. in c. cùm in iure. in prin. de offi. deleg. & in c. fina. in 4. col. infr. eod. Dic vt ibi, & aliquid dicetur in regula sequen.

PRÆSVMPTIO IX.

1 Vidua fornicatrix, idē præsumitur fecisse viuo marito.
2 Raptoris pœna nō punitur, qui rapuit mulierem quæ aliàs fuerat tacta, vel lasciuiter osculata.
3 Vidua stuprum committens perdit dotem, sicut vxor adulterium committens. Contrarium tenet num. 5.
4 Probationes luce clariores non requiruntur in criminibus, quando agitur de pœna pecuniaria.

NOnò. † *Præsumitur vidua fornicatrix, idem fecisse marito viuente §. fi. in Authen. de restitu. & ea quæ parit. facit l. si hi qui. C. de adul. vbi accusati de adulterio, & liberati prætextu consanguinitatis, si deinde contrahunt matrimonium, præsumuntur prius adulterati. Ad idem quod not. Paul. de Cast. consi. 103. viso dicto statuto. vbi † statutum puniens raptorem mulieris, non habet locum in eo qui rapuit mulierem quæ aliàs fuerit tacta, vel lasciuiter fuerit osculata: quia talis non præsumitur rapta per vim: de quo per Alb. de Ros. in tertia parte statutorum, quæst. 32. cum concord. per aliquos Moder. in l. maritus. in fin. ff. de quæstio.* 1 2

¶ ADDIT. Vult allegare Hippol. & vide eundem sing. 74. tu habes. & in Rub. de fideiusso. nu. 175.

Et ex his etiam infertur ad id quod notabiliter consuluit idem Pau.consi. 143. reuocatur in dubium. in 2.vol.
3 *vbi † dispositionem legis volentem quòd vxor per adulterium perdat dotem, ampliat etiam in vidua stuprum committēte, refert & sequitur Ias. in l. 2. in 2.col.ff.sol.matr. Et ratio est, quia vidua dicitur esse in matrimonio, saltem fictè, per interpretationem l. sororem. C. de his quibus vt indig. & ibi Paul. de Cast. idem tenet, & in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. Sed tu vltra rationes Pau. de Cast. ibi positas dic, quòd facit suprascripta præsumptio, quòd ex tali stupro commisso in viduitate præsumitur idem fecisse in matrimonio. d. §. penul.*

Nec obstat fundamentum Alexan. in d. l. sororem, contrarium tenentis, dum dicit, quòd iura pœnalia non debent extendi de casu vero ad fictum. c. odia. de regul. iuris. in sexto. Nam respondeo, quòd non sit aliqua extensio, ex quo iura loquuntur de adulterio, de quo etiam nos loquimur: quia lex præsumit adulterium factum viuente viro, per supradicta.

Nec obstat quòd in materia criminali requiruntur apertißimæ probationes, nec sufficiunt præsumptiones. l. fi.
4 *C. de probat. † quia illud procedit, vbi ageretur de pœna corporali: secus si de pœna pecuniaria prout est in casu nostro, vbi ageretur de amißione dotis simpliciter. Et ita illam legem limitant Lud. Bononien. in consi. 49. in addit. consiliorum Io. de Ana. pro quo facit quod notat Bal. in l. 3. C. ad leg. Iul. maiest. & videtur de mente gl. prout eam declarat Imol. ibi, in c. veniens. 1. suprà, de testi. circa quod dictum Imo. vide Moder. Perus. in c. 1. in pen. col. infr. de appel. & facit tex. in c. testimonium. suprà, de testib. Et sic*
5 *potest defendi prædicta decisio. Ego † tamen non puto esse verum: & in contrarium vrget text. in d. §. fin. vbi text. præsupponit, quòd si mulier fornicetur vltra tempus luctus,*

ctus, quòd nō incidat in pœnas impositas transeuntibus ad secundas nuptias, de quibus in l.1.C. de secundis nupt. & hoc tenent gl. & Ang. ibi expressè, in d §. fin. & not. in Authen. eisdem. C. de secund. nup. Et inter cæteras pœnas, est etiam diminutio dotis, vt habetur in d. l. 1. Nec obstat prædicta præsumptio, quia alio non constito, non est sufficiens ad faciendum principaliter aliquem condemnari super crimine præsumpto, vt in simili dixi suprà in septima præsumptione, in quarta fallentia.

PRÆSVMPTIO X.

1 Periurus semel, præsumitur adhuc facturus periuriū.
2 Periuro semel, non defertur iuramentū ad probandū.
3 Testis aliàs periuro non creditur: sed an faciat indiciū ad torturam, vel ad formandam inquisitionem.
4 Socius criminis licet faciat quandoque indicium ad capturam, torturam, vel inquisitionem, hoc tamen non procedit in socio periuro.

DEcimò. † Præsumitur qui semel fuit periurus, adhuc facturus periurium. 22. quæst. 5. C. paruuli. c. literas. in fin. infr. eod. † Vnde qui semel fuit periurus, perdit officium probandi per iuramentum, secundum Ro. & repe. in l. admonendi. de iureiura. facit quod not. Feli. in c. ex parte. secunda col. de testibus. c. ad reprimendum. in 1. col. de offic. ordina. in c. pastoralis. in 11. col. versi. secundò limita. de except. Et faciunt multa similia, de quibus per Baldum in Auth. cui relictum. in 3. col. versi. attende. C. de indic. vi dui. tol. Ang. in l. qui iudicio. ff. de accu. glo. & ibi Rom. in l. lex Cornelia. ff. ad Sylla. Pau. de Cast. in l. 1. C. de proba. Moder. in l. maritus. penulti. col. ff. de quæstio. 1 2

¶ ADDIT. Vult allegare Hipp. Marsil. qui ibi egregia similia cumulat: & vide eundem latissimè ad dotem huius præsumptionis, in Rub. de fideiusso. num. 167. vsq; ad nu. 179. & in consi 78. salus omnium. col. antepe. & sing. 74. tu habes regulam, vbi multa cumulat: & aliqua per

Feli. in c. per tuas. col. fi. extrà, de simon. & per Nicol. Euerardum Præsidem, in centuria locorum legalium, in loco de tempore ad tempus. qui est locus 42.

2 *Et ex hoc infertur, † quòd non creditur testi qui aliàs perhibuit falsum testimonium: de quo in c. testimonium. suprà, de testi. Et videtur quòd talis testis periurus non faciat indiciū nedum ad torturam, sed nec ad informandam inquisitionem. c. sicut nobis. in fin. suprà, de testib. Et ita consuluit Raph. Ful. consi. 173. & cons. 107. & Decius cons. 189.*

3 *Et † licet dictum socij criminis faciat indicium ad capturam, & ad formandam inquisitionem, & in aliquibus casibus ad torturam, vt habetur per Augu. de Arim. post alios in tracta. malefic. Angel. in verbo, fama publica. in quinta col. tamen istud non est in periuris, in quibus deficit fundamentum testium, videlicet fides ipsa. d. cap. testimonium. & d. c. sicut. quod singulariter nota.*

PRÆSVMPTIO XI.

1 Inimicus olim, præsumitur etiam hodie inimicus.

2 Litigans cum aliquo, an saltem lite finita possit contra eum testimonium dicere.

1 *VNdecimò. † Præsumitur etiam hodie inimicus, qui olim fuit inimicus. l. in ipsius. vbi Bal. no. C. fam. ercis. Inno. in c. cùm oporteat. de accusa. Salic. & Alex. in l. 3. ff. de testi. Bald. in l. ex persona. in 3. col. C. de prob. Et*

2 *propterea infert Are. in c. 1. de iudi. quòd † cùm aliquis litigat contra alium, ex quo præsumitur inimicus, non poterit contra eum dicere testimonium, etiam lite finita, quia præsumitur inimicitia durare. De quo tamen dicendum est, vt ibi habetur: quia communis opinio videtur aliter esse, per text. in §. si verò odiosum. in Authen. de testib. videlicet quòd istud resideat in arbitrio iudicis, qui ex qualitate negotij & personarum arbitrabitur, nunquid iste adhuc seruet inimicitiam, vt per Anto. de Butr. & Moder. ibi.*

¶ AD-

¶ ADDIT. Et hoc reſidere in iudicis arbitrio etiam aſſeuerat Deci. in d. c. 1. in prima lect. licet in ſecunda aliud concludat pro concordia opinionum. Et præceptor meus Domi. Franciſ. à Ripa, col. 7. num. 17. vbi etiam dicit ſtandum arbitrio iudicis, quanta fides ſit adhibenda lite finita illi qui contra me litigauit. Aduerte tamen, quòd opinionem Aret. in d. c. 1. & clarius in c. repelluntur. de accuſ. videlicet, quòd indiſtinctè ille qui contra me litigauit, repellatur à teſtimonio contra me, etiam lite finita, tenet Andr. Barb. in d. cap. 1. col. 4. & ibi latiſsimè melius, quàm alius quiſpiam diſputat Boſchus Codega, col. 12. cum quinque ſeq. qui tandem tenet cum Aretino, Barbatia, & domino ſuo, & comprobat ineuitabilibus fundamentis, & reſpondet fundamentis contrariæ partis notabiliter, & ampliat multimodè hanc ſententiam Aretini & ſequacium: ad quē ſufficiat remiſsio, ne chartas occupem.

Et ex hoc colligitur prima limitatio, vt regula nō procedat, quando iudex arbitraretur nō ſubeſſe inimicitiam. Secundò non procedit, quando inimicus eſſet reconciliatus. d. l. in ipſius. niſi de modico tempore reconciliatio præceſſiſſet. 3. quæſtio. quinta. c. accuſatores. in capit. per tuas. de ſimon.

¶ ADDIT. Adde Rom. ſing. 315. incip. Innocentius, &c. Alex. conſil. 99. in cauſa inquiſitionis. in primo vol. Deci. in c. 1. de iudic. col. 3. & ibi Boſchus Codega. allegat concor. col. 13. & præceptor meus à Ripa, col. 7. nu. 17. Hipp. de Marſil. ſing. 189. viget communiter. & in l. 1. §. præterea. col. 2. ff. de quæſt.

PRÆSVMPTIO XII.

1 Subditus olim, præſumitur etiam hodie ſubditus.
2 Libellus ſiue petitio an valeat, ſi peto à te decē ad quæ fuiſti mihi obligatus.
3 Præſumptio faciens pro aliquo, debet ab eo allegari, aliàs non releuat.

DVodecimò. † Præſumitur qui olim fuit ſubditus, etiam hodie eſſe ſubditus: vt eſt tex. vbi Bal. & Abb. in 1

c. præterea. 2. suprà, de transact. vbi si fratres confiteantur se olim fuisse subditos, condemnantur, tanquam si de præsenti confeßi essent. Et hoc facit pro opinione Specul. in ti. de actio. & petit. §. sequitur. versic. quid si dico. vbi tenet,
2 † *quòd si in libello peto à te decem ad quæ fuisti mihi obligatus, valet petitio, quia etiam hodie præsumeris obligatus. Et idem tenent Butr. Ioan. de Imo. & And. Sicul. in c. 2. de libel. oblat. Anch. in c. cùm venerabilis. in 6. not. inf. de except. Raph. Comen. & Iacob. de Puteo. in l. certum. §. 1. ff. de confeßis. Rapha. Fulgo. in l. 1. ff. de edendo. Rota in decis. 325. quidam in libello. Felin. in c. scribam. infrà, eod. Et pro ista parte est gl. in d. l. certum. §. 1. vbi si quis confiteatur fundum fuisse actoris, præsumitur adhuc esse, nisi reus deinde probet amplius non esse actoris. Et illam gl. ita declarant Dy. Alb. de Ros. & Raph. Comen. ibi, & Bald. in d. c. præterea. Contrarium tenuit Cyn. in l. edita. in 7. col. C. de eden. & idem sequuntur Bald. & Angel. ibi, & idem tenet Bar. in d. l. certum. §. 1. per illam gl. quæ, vt dixi, probat oppositum. & Ang. in l. si rem. ff. de rei vend. & Raph. Com. consil. 71. viso processu. Adducunt etiam rationem: quia qui fatetur de vno tempore, censetur negare de alio. l. prima. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. fin. cum gloss. ff. de testib. Possent concordari opiniones, firmando opinionem Specul. & sequacium, pro regula, quam limita primò, secundum intentionem Bart. quando fuisset facta mentio de tempore præterito, vt excluderetur tempus præsens, iuxta c. nónne. infrà eod. & quæ dixi in c. quod sedem. in primo notab. suprà, de offic. ord. Nam isto casu reus ipse non censeretur confiteri de præsenti, nec posset cõdemnari tanquam confessus: licet eo non probante mutationem, actor obtineret ex præsumptione legis, secundum glo. in d. l. certum. Et in actore in dubio non præsumetur facta mentio de tempore præterito ad exclusionem præsentis, ex quo per*

talem

talem interpretationē petitio esset inepta. argu. l. quoties. ff. de reb. dub. Secundò limitatur, † quando ille qui fundat se ex tali præsumptione, eam non allegaret, ex quo præsumptio non allegata nō releuat. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adul. Barto. in l. cùm quid. ff. si cer. pet. 3

¶ADDIT. Notabilis est regula, quòd quoties præsumptio iuris est pro aliquo, illa debet allegari ab illo, alioqui non iuuat nec releuat: pro qua vide Bar. in l. rem alienam. ff. de pign. acti. Bald. & Angel. in l. super longi. C de præscrip. long. temp. & in l. si certis annis. C. de pact. Salic. in l. certi. C. locati. & Alex. cons. 94. in causa & lite vertente, &c. col. 2. lib. 2. & cons. 76. in causa & lite. col. fin. eod. lib. & cons. 69. in causa, col. 3. ver. item[?]posito. lib. 3. vbi allegat concord. & latissimè consil. 92. viso & opportunè. libr. 5. cum sim. traditis amplè per Ias. in d. l. cùm quid. in 2. lect. col. antepe. & ibi latius accumulat ad huius regulæ dotem Franc. Purp. nu. 139. vsque ad nu. 152. & egregiè per Dec. in l. non hoc. C. vnde legit. Adde vltra illos Cor. cons. 29. incip. consilio suprà, col. pen. lib. 4. Hippol. in Rub. C. de probatio. nume. 202. fol. 12. & vide quæ traduntur infrà, præsumptione 21.

Et est ratio, quia cùm præsumptio fundetur in dubio, debet ille in cuius fauorem introducitur, eam adiuuare quantum potest, & allegare, vt ostendat, se velle vti tali beneficio: de quo etiam dicemus infrà loco suo. Et istam limitationem sequitur Pau. de Ca. in l. si minorem. in 1. col. C. de in integ. rest. minor. & est de mente Alex. in d. §. 1. in apostillis ad Bart. licet Rota in d. decis. velit contrarium: de quo etiam per And. Sicu. in d. c. 2. & Fel. in d. c. scribam. Tertiò limitatur, vt procedat illa opinio in libello, secus in confeßione partis: quia confeßio est stricti iuris, nec debet vlterius extendi quàm verba importent, secūdum Rotam in prædicta decis. But. & Imo. in d. c. 2. Sed ista differētia mihi non placet: quia sicut libellus interpretatur in dubio

pro

pro libellante.l.si quis intentione ambigua.ff. de iudi.ita etiam confeßio in dubio interpretatur in fauorem confitentis, vt dicit Bar.in l.is qui reus. col.penul.ff.de pub.iudic.Decius consil.189.in 7.col. Et ista limitatio est contra d.c.præterea.quod loquitur in confeßione: & gloss. in d.l. certum, quæ secundum verum intellectum probat contra Bartolum, vt dixi.

PRÆSVMPTIO XIII.

1. Confinium mutatio non præsumitur.
2. Termini quomodo probentur, remissiuè.
3. Arbitramenta emologata per aliquos tanquam syndicos alicuius communis, in quibus statuebantur certi termini seu lapides finales, an probent, dato quòd non constet, quòd essent syndici.

1 *DEcimotertiò. † Non præsumitur mutatio cõfinium: imò vbi olim fuère termini, ibi etiam nunc esse præsumuntur.l.in finalibus.vbi Bal.& Floria.ff.fi.regund. & Fel.in c.cùm causam.de probat. Et dicit ibi Bald. quòd termini appositi ab homine, sunt mutabiles: termini verò à natura appositi, vt flumina, & montes, sunt æterni: & in eis quod olim fuit verum, idem etiam hodie est verum. l.qui bona.§.si quis stipulatus.ff.de dam.infect.*

¶ ADDIT. Vide supradicta cum concord. traditis per Nicolaum Præsidem in centur.locorum legalium, loco de tempore ad tempus.fol.71.verso. Ideò inquit notab.Alex. cons.57.in causa & lite. in fine. libr.7.quòd quales hodie reperiuntur confines, tales præsumuntur olim fuisse: quia mutatio confinium non præsumitur, nisi probetur. Et videeundem Alex.cons.25.consideratis.eod.lib. & per Curtium Seniorem cons.56. & notabiliter Calcaneum cons. 90. quia ista quæstio.

2 *Et † quomodo probentur termini, habes ibi latè per Felin.& per Mod.in l cùm aliquis.C.de iur.deliber.*

¶ ADDIT. Vltra quos vide Soc.cons.89.col.2.in 1. Alexand.cons.12.viso processu.col.fi.lib. 4.& cons.57.lib.7. & cons.

& conſ. 88. quoniam omne datum. col. 2. & conſil. ſeq. col. 2. lib. 5. Aret. notabiliter conſ. 42. viſo conſ. Calcan. d. cõſi. 90. vbi egregiè per totum conſilium. & Corn. conſ. 171. videtur in hac. lib. 1. per totum conſil. & Lud. Bolog. conſ. 4. viſo igitur. col. 2. & melius quàm alibi Decium cõſ. 42. quaſi per totum conſilium, maximè in quarto & quinto dubio. Aliquid per Hippol. in Rubr. de probat. nu. 192. & in l. de minore. §. plurimum. num. 78. de quæſt. cum concord. traditis per Corſet. in ſuo repertorio, in verb. fines.

Et vidi dubitari, † nunquid arbitramenta emologata per aliquos tanquam ſyndicos alicuius communis, in quibus ſtatuebantur certi termini, ſeu lapides finales, probẽt, dato quòd non conſtet, quòd tales eſſent ſyndici? Et videbatur, quòd non, quia mandatum non præſumebatur, vt per Bald. in l. 1. C. de rebus alien. non alien. & Alex. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. cum concord. Contrarium fuit dictũ: quia ex quo iſti termini reperiebantur ita poſiti, prout in illis arbitramentis fuerat ordinatum, & ita ſteterant per longum tempus, videbantur arbitramenta emologata etiã ab vniuerſitate, quæ tamdiu permiſerat illos terminos & tacuerat, ex quo paria ſunt ratificare vel facto vel verbis. l. Paulus reſpondet. ff. rem ratam hab. Bal. in l. non ignoras. in 1. col. C. qui accuſ. non poſſ. Nec eſt veriſimile, quòd communitas permiſiſſet illos terminos apponi, niſi illi qui ratificauerant fuiſſent veri ſyndici. facit quod notatur in l. cùm ſeruus. ff. de verb. obl. Et ſic habes vnam ampliationem ad prædictam præſumptionem. 3

PRÆSVMPTIO XIIII.

1 Temporis curſu quæ mutantur, non preſumuntur in eodem ſtatu.
2 Aetas quando eſt fundamentum intentionis alicuius, debet per illum probari. Fallit nu. 4. 6. & 8.
3 Matrem pupilli ſi quis dicat repelli à ſucceſsione ob non petitum tutorem, debet probare quòd ille filius eſſet pupillus.

5 Clericus cui facta est concessio præbendæ, si est legitimæ ætatis, debet hoc probare, non aduersarius contradicens.

6 Aetas vbi requiritur ad habilitatem personæ, & habilitatem actus, & non agitur de præiudicio alicuius, tunc ætas habilis præsumitur, & alleganti contrariũ incumbit onus probandi.

7 Substitutus pupillariter, habet intentionem suã fundatam, quòd pupillus sit mortuus in pupillari ętate, nisi hæres institutus à pupillo probet maioritatem ætatis.

8 Minor præsumitur cui datus est curator tanquam minori. Intellige vt ibi, & nu. 11.

9 Probationes per coniecturas, sufficiunt in probatione minoris ætatis.

10 Aetas filij an probetur per librum patris.

1 *DEcimoquartò. † Quæ ex cursu temporis mutantur, nõ præsumuntur in eodem statu. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tut. & ibi glo. & Docto. Et hæc est vna limitatio ad prædictam regulam.*

¶ ADDIT. Vide amplissimè per Pet. de Anch. in regula, semel malus. col. antepe. pen. & fin. de reg. iur. in 6. cuius dicta ferè de verbo ad verbum transportauit Nic. Præses in cent. loc. leg. in loco de tempore ad tempus. & idem Pet. de Anch. cons. 5. pro parte. & Florian. in l. non est necesse ff. de prob. cum alijs concord. traditis per Fel. in c. in præsentia. col. 12. vers. gl. in ver. sol. tamen, &c. & Franc. de Aret. ibid. col. 4. Soc. cons. 89. in causa. col. 5. libro 1.

Ex qua infertur, quòd quamuis aliquis fuerit minoris ætatis, non tamen sequitur, quòd etiã hodie sit minor: imò regula est, † quòd vbi ætas est fundamẽtũ intentionis alicuius, siue sit actor, siue reus, ille debet eam probare. l. cùm te. C. de proba. l. si minorem. C. de in integ. restitut. minor. Bart. consi. 90. Et propterea, † si quis dicat matrem pupilli repelli à successione, quia non petijt illi tutorem, debet probare, quòd ille filius esset pupillus, secundum Bal. cons. 19. fa-

(margin: 2, 3)

19. factum tale. in 5. Et si quis vult repellere procuratorem à iudicio tanquam minorem, debet probare eum esse minorem. Idemq; tam in actore, quàm in reo, secundum Pet. Iac. Cyn. & Sal. in d l. cùm te. Et vbi aliquis simpliciter consequutus est beneficiū, qui vult eum dicere inhabilē per ætatem, debet probare, vt per Ioan. And. in reg. infamibus, de reg. iur. in 6. in Mercurial. Quod intellige, nisi in concessione conditionaliter requireretur habilitas ætatis, quia tunc ipse deberet verificare ætatem: de quo infrà dicam.

Fallit primò supradicta regula, † vbi aspectus corporis manifestè ostenderet aliter: quia tūc iudex transferret probationem in illum, qui cōtradicit aspectui. l. minor 25. annis adito præside. ff. de min. & per Bar. in l. de ætate. in 3. q. & ibi scribentes, eod. tit. Fallit secundò, quando aliquis non admittitur, nisi in certa ætate conditionaliter: nam ipse debet probare conditionem euenisse. Et propterea † clericus cui facta est cōcessio præbēdæ, si est legitimæ ætatis, debet ipse hoc probare, non autem eius aduersarius contra dicens, vt dicunt Io. Andr. in d. regula, infamibus. Bal. & Sal. in d. l. cùm te. Floria. in l. cùm de ætate. ff. de probat. in 2. col. Et hoc procedit etiam quando fundamentum intentionis aduersarij esset ætas, vt dixi. Et est ratio, quia cùm tali casu fundamentū vtriusq; sit in ætate, stamus regulæ, vt qui dicit conditionem euenisse, hoc probet. in l. in fideicom. §. Pollidius. ff. de vsur. l. ex his. C. quando dies leg. Et hoc modo intelligenda est gl. 68. dist. c. presbyter.

4

5

¶ ADDIT. Hanc etiam limit. tradit And. Barb. in c. in præsentia. col. 59. de probat.

Fallit tertiò, † vbi ætas requiritur ad habilitatē personæ, & validitatem actus, & non agitur de præiudicio alicuius, quia tunc præsumitur ætas habilis: & quilibet præsumitur idoneus ætate & moribus, secundum Pet. Cy. Bal. & Salic. in d. l. cùm te.

6

¶ ADDIT. Hanc limit. tradit And. Barb. in d. c. in præsentia. col. 59. de probat.

Vnde si quis sit Officialis, præsumitur habere ætatem quæ requiritur in tali Officiali: & contrarium dicens, debet probare. Et si quis fecit testamẽtum, præsumitur fuisse in ætate habili. Eodem modo qui fecit professionem, præsumitur fecisse in legitima ætate. c. in præsentia. vbi omnes notant. de probat. Et hoc procedit, quando huiusmodi actus de directo non tendunt in præiudicium alicuius, licet incidenter tenderent, prout in d. c. in præsentia. aliàs si de directo præiudicarent, esset secus, & staremus regulæ, vt est de mente Bal. & Salic. in d. l. cùm te. Et propterea si pater grauauit filium fideicommisso, concessa tamen sibi libera testandi facultate cùm ad vigesimum annum peruenisset, & ipse fuerit testatus, fideicommissarij non grauabuntur onere probandi, quòd esset infra illam ætatem, sed hæredes instituti ab illo. Et est ratio, quia iste actus testandi de directo tendit in præiudicium fideicommissariorum: vnde tali casu stamus regulæ. & ita vidi obtineri in facto, per supradicta. Et facit quod singulariter voluit Bald. in quodam consil. incip. ex parte contingente. quem refert & sequitur Decius in c. in præsentia. col. 23. vers. prædictis. vbi dicit, 7 † quòd substitutus pupillariter, habet fundatam intentionem, quòd pupillus sit mortuus in pupillari ætate: nisi hæres institutus ab isto pupillo probet maioritatem ætatis. arg. l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebel. Et potest esse ratio: quia tale testamentum tendit de directo in præiudiciũ substituti, vnde non præsumitur pro habilitate actus. Et ista decisio, mihi placet, licet in contingentia facti viderim eam valdè refricari in dubium.

¶ ADDIT. Hanc Baldi decisionem sequitur Soci cons. 89. in causa agitata. col. 4. lib. 1. & Ioan. Bapt. de S Seuer in l. precibus. fol pen. col. 4 C de impub. & ibi etiam Francis. Curtius Iunior colum. 2. qui omnes sequuntur illam

Baldi

Baldi decisionem, & dicunt mirabilem & notandam.

Fallit quartò,† quando alicui esset datus curator, tanq̃ minori: nam præsumeretur minor, nec incũberet sibi onus aliter probandi ætatem, vt per Bal. & Ang. in d. l. cùm te. & Alex. cons. 85. in 2. col. in 2. vol. Quod tamen dictum intellige & declara, vt per eundem Alex. cons. 21. in 1. vol. videlicet, vt procedat quò ad eum, cum quo contraxit vt minor, nõ autem generaliter quò ad omnes, per regulam, quòd res inter alios acta, &c. Sequitur Dec. cons. 149. in 4. col. Et mihi placet, nisi concurrerent aliæ coniecturæ minoritatis:† quia in probatione ætatis, sufficit probatio per coniecturas, vt habetur in d. l. de minore. & in d. l. cùm te. cum sim. Vnde † liber patris, probaret ætatem filij, secundũ Sal. in d. l. si minorem. allegat tex. in l. etiam. ff. de proba. quæ lex parum facit, quia legis professio non significat attestationem seu testimonium, sed denũciationem, quæ fit publicè in actis apud prætorẽ vel iudicem. l. 2. ff. de cens. l. interdum. ff. de publ. l. 1. C. si minor maior. se dixe. l. fin. ff. de prob. nam tenebatur pater profiteri nomina filiorum, quãdo nascebantur: de quo apud Iuuenal. Tollis enim & libris actorum spargere gaudes Argumenta viri. & facit quod no. idem Sal. in d. l. etiam. Aduerte tamen, quia posset generaliter teneri, quòd imò etiam quò ad alios probaretur minoritas ex datione curatoris, per illud quod notabiliter voluit Abb. in c. cùm inter secundo. in vlti. col. de elect. vbi si quis sit reiectus ab electione propter morbum, talis electio operatur quò ad alias electiones, nisi probaretur sanitas. Et est ratio, quia non potest negari quin illa reiectio faciat præsumptionem morbi: quæ præsumptio sufficit ad hoc quòd aliquis repellatur ab electione, secundum Abbat. ibi. Certè istud est in casu nostro, ex quo ad probationem ætatis, sufficit probatio per præsumptiones & coniecturas, vt suprà dixi: ergo satis est si probetur per rem inter alios actam.

8 9 10

¶ ADDIT. Vide notabiliter Cor.conſ.69.viſis.col.pen. lib.1. vbi alleg.concor.pro hac quarta limitatione.&notabiliter Stepha.Bertran.conſ.48.ex proceſſu.col.6.nu.14. in primo nouiſsimo.

11 *Puto eſſe diſtinguẽdum, † vt ſi tutor vel curator ſit datus cum cauſæ cognitione, & in contradictorio iudicio, procedat opinio Baldi & Angeli in d. l.cùm te.aliter non. Et illud ſatis probatur per notata per Salic.in d.l.ſi minorem. dum & ipſe firmat, quòd ex actis ſimul factis etiam contra alios probatur ætas.*

¶ ADDIT. Ex his quæ à principio huius 14. præſumptionis hucuſq; habuiſti, colligere potes à quo debeat probari ętas allegata vel negata:& quomodo probetur, tu (vltra loca hîc citata per diſcurſum totius præſumptionis) vide Archid. Ancha. Philip. Franciſ.in c. ſi eo tempore. de reſcrip.in 6. Barb. Felin. & Dec.in d. c.in præſentia. Pau. Caſtr.conſil. 124. in cauſa quæ vertitur coram domino.& conſ.437. in quæſtio. quæ vertitur inter rectorem. lib.2.in nouiſs. Lucam de Pen.in l.1.col.4. C.de fide inſtr. lib.10. Anch.in regu. ſemel malus. Calder.conſ. 5. tit.de probat. Imo.conſ.23.in caſu præmiſſo. Alexan.conſ.149. viſo proceſſu. nu.12. lib.5. & conſ.29.clariſsimè. libr. 7.& Calcan. conſil.80. licet dubia. colum. penul. & fina. ex quibus locis reſolutus eris, à quo & quomodo ætas allegata vel negata probari debeat.

PRÆSVMPTIO XV.

1 Præſumitur quis eſſe de ea ciuitate vbi reperitur, niſi probetur alienigena. De veritate vide nu.2.

3 Contrahens ſi faciat ſe ſcribi in inſtrumento Titium de Papia, deinde repertus Papiæ, velit declinare forum, quaſi non ſit Papienſis, cogitur probare.

1 *DEcimoquintò. † Præſumitur quis eſſe de ea ciuitate in qua reperitur, niſi probetur alienigena: quia non præſumitur quis mutare locũ, ſed habitare in patria ſua, ſecundum Bart. in l. is poteſt. in 6.col. verſ. aliquando ille qui dixit. ff. de acquiren. hæred. Per quod infert notanter*

Guido

Guido Papæ, in suo trac. præsumptionum, in quinta char. versic. reperitur aliquid. quòd si reperiatur instrumētum Decani & Capituli certæ ecclesiæ, licet in eo non sit specificatus locus, iuxta no. in l. generaliter. C. de tab. lib. 10. & in l. optimam. C. de contrah stip. tamen valebit, quia præsumitur factum in illa ecclesia, ex quo Canonici ibi solent residere: nec talis locus præsumitur mutatus. facit in simili. l. si locus. ff. de iudic. & quod nota. Bar. in l. si vt proponas. 2. C. quomodo & quando iudex.

Aduerte tamen, † quia non videtur benè probari, quòd quis præsumatur esse de ea ciuitate, in qua reperitur: imò videmus quotidie plures alienigenas versari in ciuitatibus. l. 2. §. deinde cùm post aliquod. ff. de ori. iur. Et Bar. in d. l. is potest. non videtur firmasse istam præsumptionem, sed simpliciter vult, quòd absentia ciuis de patria sua, non præsumatur, nisi probetur: & sic ei qui dicit absentem, incumbit onus probandi. Et dato quòd præsumptio ista procederet, limitari debet per illud quod notabiliter voluit Bal. in l. fi. C. si à non competenti iudice. vbi si aliquis contrahens faciat se inscribi in instrumento Titium de Papia, deinde Papiæ repertus velit declinare forum, quasi non sit Papiensis, cogitur istud probare, quia præsumptio est cōtra eum. sequitur Fel. in c. cùm causam. in 3. col. de probat. Facit quod no. per Bar. & alios in Rub. ff. sol. mat. &c. 2

PRÆSVMPTIO XVI.

1 Presumitur quis durare in ea voluntate, qua quis fuit. Ampliatur & limitatur multimodè.
2 Possidere etiam nunc præsumitur, qui olim possedit.
3 Volūtatis mutatio p̄sumitur ꝓpter mutationē morū.
4 Mandatum an reuocetur, si aliqua de nouo emergant in personam procuratoris.
5 Voluntas nō intelligitur mutata reb. sic stātibus: rebus aūt non sic stantibus, si res deueniat in casum in quē verisimile sit disponentē aliàs dispositurū, tūc censetur mutata voluntas, in actu depēdente ex voluntate vnius.

 6 Clausu-

6 Clausula, rebus sic stantibus, quando attendatur, & quando non. & nu. 6. vsq; ad finem.

7 Scholaris iuramentum de non doctorando se alibi quàm Bononiæ, intelligitur rebus sic stantibus.

1 *DEcimosextò. † Præsumitur quis durare in ea voluntate, in qua fuit. l. eum qui voluntatem. ff. de prob. l. cùm hic status. in sui prin. ff. de dona. inter virum & vxo. c. maiores de bapti. Quod amplia, etiam si lapsum sit longum tempus, vt per Ias. in l. sancimus. per illum text. in tertio notabili C. de testa. de quo per gl. & Doc. in l. 1. C. de seruis fug. Secundò amplia, etiam si variarentur personæ, dummodò sit eadem ratio voluntatis in vna, quæ in alia, vt probatur ex doctrina Bar. in l. Caio. in prin. ff. de alim. leg. Tertiò amplia, vt istud procedat, etiam si statutum requireret probationem voluntatis per certum tempus, puta per triennium: quia tunc sufficeret probatio voluntatis à principio, ex quo lex deinde præsumit perseuerantiam in futurum, vt dicit Aret. cons. 51. in 1. col. allegat Innoc. & Ant. de But. in c. proposuit. per illum tex. de cle. excom. minist. sequitur Ias. in l. non hoc. col 4. versic. confirmo per aliam. C. vnde legi. † Et ex hac præsumptione infertur, quòd cùm* 2 *possessio ciuilis retineatur animo, si quis semel possedit, præsumitur etiam nunc possidere, ne censeatur animus mutatus, secundum Bar. & Doct. in l. siue possidetis. C. de prob. de quo infrà dicam. Limitatur ista conclusio, † vt procedat* 3 *rebus sic stantibus: aliter ex causa quandoq; censetur mutata opinio, secundum Decium in c. 1. in secundo notabili. suprà, de iudic. Adde pro hac limitatione, quod notat Bar. in l. in confirmando. ff de confir. tut. vbi notat, † quòd propter mutationem morum, præsumitur mutatio voluntatis.* 4 *Et hoc inducit ad quæstionem, an, si aliqua de nouo emergerent in persona procuratoris, reuocetur mandatum: de quo est tex. in l. cùm quis, in princ. & in l. si cùm Cornelius.*

lius.ff de solutionib. Facit quod not. Aret. cons. 21. in 3. col. & quod notatur in Auth. ex causa. C. de liberis præte. Ad idem tex. 81. distinctio. cap. valet. ibi, plerunq; dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Est verum, quòd ista limitatio est valdè generalis, vnde eam declarando dic: Cùm † quæritur, an voluntas intelligatur, rebus sic stantibus: aut sumus in actu dependente ex voluntate vnius, & tunc si res incidat in casum, in quem verisimile sit disponentem aliàs dispositurũ, censetur mutata voluntas. Ita procedunt notata in d. l. in confirmando. & in d. Auth. ex causa. & fac. l. Paulo. §. 1 ff. de leg. 3. & l. Mæuia. §. fi. ff. de annuis lega. & quod notat Bar. in l. quoties. §. si duo. in vlt. col. ff. de hæred. instit. vbi quamuis testator voluerit, quòd institutus in fundo, non possit petere plus: tamen istud intelligitur, rebus sic stantibus: vnde non censetur sustulisse ius accrescendi. Ad idem quod not. in l. rem legatam. ff. de adi. lega. vbi allegando rem legatam, præsumitur testator mutasse volũtatem, & reuocasse legatum. Et ita procedit tex. in c. suggestum. de decimis. loquens in priuilegio: & quod not. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in vlt. colum. ff. de verborum obligation. Aut † loquimur in actu descendente ex voluntate duorum, & non attenditur ista clausula, rebus sic stantibus: nec licet alteri mutare voluntatem. l. sicut. C. de actio. & obl. l. sicut. C. de actio. empt. l. Lucius. ff. de euiction. Fallit, vbi prima voluntas processisset ex errore. l. fin. §. item quæsitum. prout declarat ibi Barto. ff. de condict. indeb. Fallit secundò, quando dispositio aliqua requireretur ex natura contractus: quia illa subintelligeretur per talem clausulam. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Fallit tertiò, quando lex ex aliqua causa interpretaretur voluntatem contrahentis, & concederet rescißionem seu reuocationem: veluti est in donatione, quæ reuocatur per superuenientiam liberorum. l. si vnquam C. de

5

6

reuoca.donat. Socinus consil.22.in vlt.col.in quarto. Fallit quartò, quando superueniret aliqua causa inconsiderata, de qua à partibus nihil verisimiliter esset agitatum gl. 22.quæst.2.c.ne quis.l.fin.vbi Bal.Sal.& Doct. C.de non nume.pecu.c.cùm inter P.de renuncia.& ibi But.& Imo. 7 *dicunt † quòd iuramentum scholaris de non se doctorando alibi quàm Bononiæ, intelligitur, rebus sic stantibus.cap. quemadmodum.infrà, de iureiur. Ad idem doctrina Bart. in l.aut facta.§.1.ff.de pœn. & quod notatur in l.cùm proponas.2.per illum tex.C.de pact. Et circa istam clausulam vide etiam Iasonem in d. l. quod Seruius.ff.de condict.ob caus.& per Ioan.Firm.in tractat.gabellarum, in secunda parte, in 5.quæstio.*

PRÆSVMPTIO XVII.

1 Qui conduxit fundum ad certum tempus, finito tempore, si perseueret, censetur reconduxisse. Rationem vide ibid.

2 Dispositio l.item quæritur.§.fin.cum l.seq. ff. locati. quibus casibus procedat, quibus non. & num.3.& 4.

5 Relocatio quæ censetur facta tacitè ex perseuerantia, finito tempore censetur facta cum omnibus qualitatibus quæ erant in priori locatione.

6 Reconductio quæ fit vigore l.item quæritur.§.final.ff. locati. censetur facta etiam si locator decesserit relictis hæredibus.

Item conductore mortuo, si hæredes perseuerent.

7 Locator si vigore statuti teneatur ante tres menses denunciare inquilino, aliàs censeatur facta reconductio: an si locator litiget contra inquilinum, quia nō soluebat, vt eum eijceret, per aliquot annos, an censeatur facta reconductio pro illo anno.

1 D*Ecimoseptimò. † Qui conduxit fundum per certum tempus, finito tempore si perseueret, præsumitur reconduxisse.l.item quæritur.§.fin.& l.seq.ff.loca. Et ratio dependet ex præcedentibus: quia non præsumitur mutata* voluntas,

voluntas. Vnde si essemus in actibus, qui fiunt ex necessitate, non procederet dicta præsumptio, prout est in tutoribus, decurionibus, & similibus, vt ibi per Bar. Bald. & alios. † Et ideò illa lex non habet locū, quando agitur vt contractus fiat in scriptis, secundum l. contractus. Cod. de fide instrum. quoniam videtur fuisse mens contrahentium, vt non aliter contrahatur, quàm si scriptura facta & perfecta sit: quæ mens mutata non creditur, per supradicta, & facilius assumitur præsumptio semel placiti contractus, quā eius, qui non placuit. argum. l. vel vniuersorum. ff. de pig. actio. Et ita declarat Ful. in d. §. final. penult. col. & benè. Et ista † præsumptio procedit nedū in locatione, sed etiam in precario. l. in rebus. §. final. ff. de precar. Et etiam procedit in deposito, secundum Raph. Com. consil. 8. in fin. Et etiam in emphyteusi, dato quòd de consuetudine requiratur scriptura, secundum Lud. Rom. consil. 103. viso propositæ quæstionis. licet Alexā. consil. 76. visis dubitationibus. in quinto, dicat contrarium: quia d. l. loquens de simplici locatione, non debet trahi ad emphyteusim, in qua agitur de translatione vtilis dominij, & sic agitur de grauiori præiudicio, secundum Bald. in d. §. fin. in secunda lectur. quæ ratio si esset vera, semper tolleretur argumentum de locatione ad emphyteusim, quod tamen est validum. §. adeò. Instit. loca. vnde mihi placet opinio Rom. ex quo ratio d. §. final. æqualiter militat in vtroq; casu. † Et procedit dicta præsumptio etiam in socio conducente partem domus communis ab altero socio, secundum Petrum de Vbaldis in tractat. societatis, in prima part. quæstio. 10. licet Socin. in l. serui electione. §. 1. ff. de legat. 1. innuat contrarium. quia ideò censetur conductor reconduxisse, propterea quòd non posset aliter licitè retinere rem. l. meritò. ff. pro socio. Et ista videtur ratio. d. §. final. vt ibi per Bartol. & per Alex. consil. 1. in penulti. col. in 2. volum. Quæ ratio cessat in isto

2

3

4

socio, qui potuit licitè habitare totam rem communem.l. duo fratres.ff.de acquir.hæred. Sed prior opinio mihi placet, per d. §.fi.qui indistinctè loquitur, & quia ratio verior & vniformis tam ad locatorem quàm ad conductorem est, quia præsumitur vterq; approbare eandem voluntatem in hoc tacito contractu, quàm priori tempore in expresso approbauerant, per supradicta. Et ratio quæ colligitur ex d.l. meritò, non respicit nisi conductorem tantùm. Et ex dicta
5 ratione infertur, † quòd talis relocatio censeatur facta cum repetitione omnium qualitatum, quæ erãt in priori, de quo Bar. & Docto.in l.si mihi & Titio.in fi.ff.de verb.obliga. Bald.in l.legem.in prin.C.loca. And.Sicul.consil.12.in 9. col.cum seq.in 2.vol.Ioan.Firm.in trac.gabella.in 2.par-
6 te.in quinta q.in fi. Item infertur, † quòd talis reconductio censeatur facta, etiam si locator decesserit relictis hæredibus: nam & ipsi videbuntur consensisse, si patiantur conductorem remanere in re conducta.arg.l.si id quod §.fi.ff. pro soc.secundum Pau.de Cast.in d.§.fi. Et idem est etiam mortuo conductore, si eius hæredes perseuerent, secundum Ang.in l.cùm satis.§.caueant.C.de agri.& cens.lib.11.quẽ refert & sequitur Io.de Ana.in c.2.infrà, de Iudæis.quod dicit valdè esse notãdum. Vnde dato ꝙ isti hæredes ignorarent locationem factam, non procederet dicta præsumptio, quia cessat ratio. Idẽ si locatore mortuo adita non sit hæreditas, & ita põt intelligi tex.in d.l.qui ad certũ.in fi.& ꝙ no.Pau.de Ca.ibi, & aliquas limitationes ad d.§.fin.vide
7 per Ale.in d.cons 76. Et vidi † dubitari, stãte statuto, quòd teneatur dominus denunciare inquilino ante tres menses, aliàs censeatur facta reconductio: dominus litigauerat cum inquilino, quia nõ soluebat pensionem, vt eum ejceret, per multos annos tandem obtinuerat: dicebatur ꝙ pro illo anno censebatur facta reconductio, quia non denunciauerat, & sic non seruauerat formam statuti. Dixi contrarium,

quia

quia ista reconductio fit ex præsumpta voluntate partium.d.l. qui ad certum. quæ præsumptio satis tollitur per contrariam voluntatem, ex eo quòd dominus litigabat vt eum expelleret, vnde apparebat, quòd lapso termino, non intendebat relocare: vnde cessabat ratio & forma statuti, vt per Bald.in l.vnica.in 4. opposi. C. vt quæ desunt aduoc.par.iud.sup. Areti.consi.51.in 1.col.

PRÆSVMPTIO XVIII.

1 Furiosus qui olim fuit, & hodie furiosus præsumitur. Limitatur ibi. & nu.2.

DEcimooctauò. † Præsumitur qui olim fuit furiosus, 1 *& hodie esse furiosus.c.fin.& ibi glo. & Abb.in vlti. col.inf. de success. ab intesta.gloss.in c.iudicas. 3.q.8.per Moder.in l.furiosum.C.qui testamen. facere pos. Alexan. consi.141.in 1.vol.consi.85.& seq.in 2. & 92.in quinto.*

¶ ADDIT. Et dicto consi. Alexan.141.repetitur.lib.6, consi.10. & consi.85. hîc allegatum repetitur. consi.147. in 7.vol. & vide pro hac præsumptione vltra hîc allegata Nicol. Præsidem in locis legal. in loco de tempore ad tempus. & Pet.de Anch.consi.5.pro parte.col.2. Corn. consi. 69.visis nonnullis.col.pen.lib.1.& consi.21. visa.lib.2.vbi allegat concor.& egregiè Stepha. Bertran. in consi.48.ex processu.col.8.nu.24.& seq multum amplissimè.lib.2.in nouissimis. & Francisc. Curtium Iuniorem consi. 151.sacratissimæ trinitatis.col.2.& per totum consilium.

Quod limita primò procedere, quando probaretur, quòd per aliquod tempus continuatum fuit furiosus: aliàs si probaretur de aliquibus actibus particularibus stultitiæ olim factis, non præsumeretur hodie furiosus, secundum Bart.in l.2.in fin.ff.de bon.posses.furio.infan. Socin.consilio 42.in primo.

¶ ADDIT. Et Alex.in d. consi.141. & 85. & pro hoc fa. text.in l.pen.§.fi.de ædil.edict.vide Ias. in d. l.furiosum, col.3.versi, quid autem si non apparet.

Secundò limita, † quando iste furiosus etiam aliquo 2

tempore fuisset sapiens, vt quia haberet aliqua dilucida interualla: nam tunc in dubio iudicamus eum sapientem vel stultum, secundum naturam actus ab eo gesti, vt per Bal. in c. 1. per quos fiat inuest. per Anchar. in Clem. si furiosus. de homicid. Imol. & alios in l. qui testamento. §. nec furiosus. ff. de testamentis. And. Sicu. in consi. 59. in secundo Soc. consi. 42. & consi. 61. in 6. col.

¶ ADDIT. Ambæ istæ limitationes colliguntur etiam ex dictis Barb. in d. c. fi. de succes. ab intest. col. antepe. & Alex. in d. consi. 58. cum seq. consi. 86. & Ias. in d. l. furiosum col. 3. versi. quid autem si non apparet.

Et ad hanc præsumptionem faciunt quæ infrà proximè dicam.

PRÆSVMPTIO XIX.

1 Aegritudine aliqua si quis olim laborauit, etiam hodie morbosus præsumitur. Quod qualiter & in qua ægritudine procedat, traditur nu. 3.

2 Electus ab electione repulsus propter infirmitatem, si ex tractu temporis ad aliam ecclesiam eligatur, præsumitur adhuc eodem morbo laborare.

1 *DEcimononò. † Præsumitur quòd qui olim aliqua ægritudine laborauit, etiam hodie sit morbosus. ita est gl. quam ibi sequuntur Doctor. in c. cùm inter. suprà, de elect. 2 Et propterea inferunt, † quòd si quis repulsus fuerit ab electione, quia esset inhabilis propter infirmitatem: si ex tractu temporis ad aliam ecclesiam eligatur, præsumitur adhuc eodem morbo laborare, nisi probet conualescentiam.*

¶ ADDIT. Pro hac præsumptione, adde Barb. in d. c. fi. col. pen. de succes. ab intest. & Alex. in d. consi. 10. col. 2. & seq. lib. 6. Stephanus Bertran. consi. 48. ex processu. col. 9. num. 24. & 25.

3 *Sed in hoc est difficultas, † nunquid istud procedat in qualibet infirmitate. Et Innoc. & Composte. Bald. & Car. ibi tenent, quòd non procedit nisi in morbo naturaliter durabili: pro quibus facit l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de*

excus.

excus.tut. Et idem tenet Anchar. post antiquos. 7. quæst. 2. c. 1. Contrarium, quòd imò dicta præsumptio generaliter procedat, est de mente gl. ibi, quam sequuntur Ioan. And. Butr. Abb. & Imol. per illum tex. in fi. versi. solummodò. vbi videtur probari: quòd ille contra quem obijcitur de infirmitate, debet probare se immunem à tali morbo. Sed potest responderi, quòd ille tex. loquitur in morbo epileptico, id est, comitiali seu caduco, qui morbus naturaliter est durabilis, vt dicunt medici, & Celsus lib. 3. cap. 22. & facit text. in d. c. 1. 7. quæst. 2. Et ista opin. mihi satis placet, & est magis communis.

PRÆSVMPTIO XX.

1 Dominus olim, præsumitur etiam hodie dominus. Intellige & declara, vt nu. 2. & 4.
2 Dominus hodie nō præsumitur retrò fuisse dominus.
3 Villa qualibet existens intra terminos diœcesis ciuitatis, præsumitur subdita ciuitati.
4 Negans se dominum & possessorem, censetur rem pro derelicta habere.
Dominium non potest solo animo amitti. ibid.

V*Igesimò.* † *Præsumitur qui fuit dominus, etiam de præsenti esse dominus. l. siue possidetis. vbi notatur. C. de proba. c. præterea. 2. vbi Abb. suprà, de transact. & quod no. Soc. consi. 187. in 3. col. in 2.* 1

¶ ADDIT. Et Corn. cons. 9. videtur. li. 3. & consi. 24. licet. col. 2. lib. 4. Alex. Ias. Deci. & alij in locis infrà in tertia & quarta limit. per me allegandis.

Et est ratio, quia dominium sine facto nostro non amittitur. l. id quod. ff. de reg. iur. ergo qui vult dicere factum nostrum interuenisse, debet probare. fa. quod not. Bal. in l. 1. in antep. col. C. de confessis. vbi ampliat istud nedū procedere in eadē persona, sed etiā in eius successores. Et probatur optimè in d. l. siue possid. & per no. per Bart. in l. Pomponius. §. fi. ff. de acq. poss. But. & Abb. in c. cū ad sedem. de rest.

2 *rest. spo.* † *Intellige istam praesumptionem, vt de praeterito praesumatur in praesens, non econtrà: quia qui hodie est dominus, non praesumitur retrò fuisse dominus, secundum eundem Bald. in l. si hi qui. C. de adult. quia tali casu non est aliqua causa sufficiens, vnde oriatur talis praesumptio. l. & quae. §. cùm dicitur. ff. de pig. Declarant idem Bald. & Salic. in l. ex persona. C. de prob. & Alexan. consi. 16. in 1. col. in 5. vol.*

¶ ADDIT. Et notabiliter consuluit idem Alexan. consi. 81. in causa & lite vertente inter Gasparem. col. 2. lib. 7.

Secus si sit aliqua causa sufficiens, vt ibi per Alex. Est verum, quòd in casu Alex. videbatur causa sufficiens, quia ibi ciuitas praetendebat de praesenti iurisdictione in quadam villa: & ex tali iurisdictione de praesenti, videtur quòd etiam praesumatur de praeterito, ex quo in isto casu ciuitas videtur habere iustam & sufficientem causam 3 *praesumptam, per regulam, quòd* † *quaelibet villa existens intra terminos dioecesis ciuitatis, praesumitur subdita ciuitati. l. nulli. C. de epis. & cler. vbi Bal. in 3. col. c. ad decimas. de rest. spol. lib. 6. & quod notat idem Bald. in c. cùm olim. de praescrip. vbi dicit, quòd praesumitur in dubio subdita ciuitati cui magis aliacet. sequitur Alex. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. actio. vnde cùm allegatio ciuitatis concordaret cum origine rei, videbatur attenden-* 4 *da, iuxta notata in d. l. si prius. & suprà dixi.* † *Secundò intellige dictam praesumptionem non procedere, quando ipse dominus negaret se dominum & possessorem simul, quia censeretur habere rem pro derelicta: secus si negaret se dominum, sed retineret possessionem: quia solo animo non potest perdere dominium. l. si quis vi. §. differentia ff. de acq. poss. & not. per Abb. in c. cùm ad sedem. suprà alleg. in 6. not. de quo dic vt ibi. & adde text. in l. sicut. §. superuacuam. ff. quibus mod. pig. vel hypot. sol. vbi*

non

non creditur asserenti se alienasse ea, in quorum possessione reperitur: imò alienatio præsumitur simulata : de quo dic vt ibi.

¶ ADDIT. Limita tertiò hanc conclusionem seu præsumptionẽ vt procedat, quando plenè constaret & probatum esset de antiquo & præterito dominio: tunc enim de præterito benè inferretur ad præsens, ita quòd qui plenè probauit se olim fuisse dominum, nunc præsumitur dominus. Secus si non plenè probauit de antiquo dominio, sed minus plenè, puta per testimonium de auditu, per famam, vel per alias minus plenas probationes: quæ licet sufficiant ad probationem antiqui dominij, vt per Dd. in l. cùm aliquis. C. de iur. delib. & in c. cùm causam. de probat. & Bal. in Auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccl. Innoc. & alios in c. veniens. de verb. sig. cum simil. tamen ex tali dominio per tales inidoneas & mancas probationes probato, non infertur ad præsens dominium. Ideò qui se olim fuisse dominum illis probationis modis docuerit, nõ præsumitur hodie dominus. Istam egregiam limit. tradit Cor. Perus. consi. 24. licet in themate col. 2. lib. 4. & multis comprobat, maximè, nam si illud diceremus, concurrerent duæ specialitates ad finem vnius probationis habendæ, contra l. 1. cum simil. C. de dot. promiss. Prima specialitas esset, quòd propter antiquitatem ad probandum dominium admitterentur probationes aliàs inhabiles & insufficientes. Secunda specialitas esset, quòd admitteretur probatio præsumptiua de præterito ad præsens, quæ non est regularis & propria probatio l. Lucius. cum vulga. ff. de cond. & demonst. Concludit ergo Corn. vbi suprà, quòd licet ad probandum dominium antiquum, propter se tolleretur defectus probationis, quia propter antiquitatem non potest probari directa & plena probatione, non tamen debet tolerari defectus dictæ probationis, ad finem, vt resultet probatio sufficiens dominij hodierni. Quartò intellige hanc præsumptionem procedere, dummodò hoc à parte allegetur: alioqui qui olim dominium habuit, non præsumitur hodie habere, nisi dominium de præsenti alleget, secundum Doct. maximè Ias. in l. cùm quid. in secunda lect.

da lect.num.30.ff.si cert pet.vbi Purpur. num.143. Iaso.& Deci.in l.non hoc. C.vnde legit. Cor.d.consi.9.& faciunt quæ dixi suprà in 12. præsumptio. &dicetur in seq.præsumptione.

PRÆSVMPTIO XXI.

1 Possidere hodie præsumitur, qui olim possedit. Limitatur multimodè nu.2.5.6.9.10.11.15.& 16.

2 Præsumptio debet allegari ab eo pro quo ius præsumit, alioqui non iuuatur præsumptione. & nu.3.

4 Præsumptionem iuris pro se facientem quando quis tenetur allegare, an sufficiat in iuris allegationibus, vel post conclusionem in causa, illam allegare.

5 Successor vniuersalis vel particularis an præsumatur possidere, si antecessor olim possedit.

Defunctus an præsumatur tempore mortis possedisse, quod alias viuens possedit. ibid.

6 Possidere rem mobilem an hodie præsumatur qui olim possedit.

7 Hæres an præsumatur possidere rem mobilem, quam possidebat defunctus.

8 Hæredis iuramento negantis se talem rem non reperisse in hæreditate, creditur.

11 Possessionis continuationem allegans, an si de præsenti non possideat naturaliter, licet olim possederit, præsumatur hodie possidere.

12 Possessio ciuilis perditur spacio decem annorum.

13 Possessor antiquior retinet in interdicto retinendæ possessionis.

Possessio præsumitur continuata, etiam si per conductores non sit soluta pensio. ibid.

14 Agenti interdicto recuperandæ, sufficit probare quòd aliquãdo possedit: quia præsumitur etiam tunc possedisse, quando fuit deiectus.

15 Possidens hodie, non præsumitur olim possedisse. Intellige & restringe vt ibi.

16 Possidens olim, nõ præsumitur hodie possidere, quando esset præsumptio efficacior quòd hodie non possideret.

Vige-

VIgesimoprimò. † Præsumitur qui olim possedit, & hodie posidere: vt notant gloss. Bart. & scribentes, in l. siue posidetis. C. de probat. & in l. non ignorauit. C. ad exhib. Ant. Abb. & alij in c. cùm ad sedem. de rest. spol. & Rota deci. 120. in nouis. Rom. consi. 329. in fin. Alex. consi. 133. viso processu. in 2. col. in primo. & consi. 80. col. 3. & consi. 102. in 2. vol. & consi. 108. in pen. col. in 5. Aret. consi. 8. col. 3. & consi. 103. col. 3. siue 2. & consi. 120. And. Sicul. consi. 12. col. 5. in 3. Soc. consi. 163. col. 3. Felin. in c. in præsentia. de prob. col. 12. 1

¶ ADDIT. Et Ioan. Fab. in § 1. col. 1. Inst. de vsucap. & Laurent. Calcan. consi. 100. incip. quòd veniat. col. 6.

Primò limita † hoc procedere, si ipse hoc alleget: aliàs si possessio non sit allegata, non habet locum ista præsumptio, vt tenent Bar. & Doct. in d. l. siue posidetis. & Bar. in l. Celsus. col. pen. de vsucap. Paul. de Cast. & Alex. in l. certum. §. 1. ff. de confessis. in apostil. Aret. in l. Pomponius. §. fina. ff. de acquir. possess. & est communis conclusio. Contrarium consuluit Alex. in d. consi. 133. col. 2. quia cùm possessio acquisita non perdatur nisi mutata voluntate, ista mutatio voluntatis non debet præsumi, quamuis non allegaretur perseuerantia. Sed ista ratio non videtur concludens, ex quo regula est, † quòd præsumptiones descendẽtes ex facto proprio, ad hoc vt iuuẽt, debẽt allegari. Bar. in l. cùm quid. ff. si si cert. pet. Alex. in l. qui in aliena. in 4. col. ff. de acquir. hær. Abb. & alij in c. afferte. infrà eod. Fel. in c. cùm ordinem. de rescrip. & dixi suprà versi. 12. & habetur latè per Mod. in rep. l. Celsus. in tertia parte principali. ff. de vsucapio. Et † licet non fiat talis allegatio in actis, tamẽ sufficit ea in allegationib. iuris fieri, & postquàm sit in causa conclusum, secundũ But. in c. peruenit. de emp. & vend. Alex. in l. 1. in 2. col. C. vt quæ des. aduoc. secundũ Mod. in d. l. Celsus. Est verũ, quòd istud dictũ indiget altiori 2 3 4

tiori

tiori indagine, quia videtur contra not. per Bartol. in d. l. cùm quid. & eundem Alex. consi. 94 in secunda col. in secundo. de quo etiam per Ias. in l. si certis annis. C. de pactis. 5 Dicemus aliquid expeditis istis regulis † Limitatur secundò non procedere in successore vniuersali, vel particulari, secundum Aret. in l. Pomponius. §. fin. ff. de acquir. possess. Et consequenter, quamuis constet antecessorem tantum possedisse, non tamen credetur tibi alleganti, quòd tempore mortis possederit: quia ex quo continuatio possessionis consistit in animo, qui olim possedit, si asserat se hodie possidere, sibi creditur: quia in his quæ dependent ab animo, statur dicto asserentis, iuxta gl. in §. aliæ. Instit. de actio. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis.

¶ ADDIT. Et gloss. vbi Hippol. allegat concord. in l. 1. C. ad legem Corn. de sicarijs.

Sed successor non potest attestari de animo primi possessoris. l. idem Pomponius scribit, si mihi. §. fin. ff. de rei vend. per Bar. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. ergo cessante ratione, debet cessare dispositio. l. adigere. cum vulg. Ad idem pondera doctrinam Bar. in l. fi. in vlt. col. C. de edicto diui Adria. toll. vbi Bar. dicit, quòd quando dubitatur an defunctus possederit tempore mortis, non debet fieri missio in possessionem ex beneficio illius legis: quia hæres non probat, id quod est causa intentionis suæ, scilicet defunctū possedisse tempore mortis. Ecce ergo, quòd quamuis defunctus semel possederit, non præsumitur idem fecisse tempore mortis. Tu aduerte, quia ista limitatio non est vera, & contrarium tenet Bart. quem sequuntur alij communiter, in d. l. Pomponius. §. fin. de acquir. possess. Anto. de But. & Abb. in d. c. cùm ad sedem. & Domini de Rota decis. 124. Nec fundamentum Aret. est bonum: quia non præsumitur qui olim possedit, & hodie possidere, quia creditur suæ assertioni, vt dicit Aret. sed quòd præsumptio

iuris

iuris est, quòd mutatio non præsumatur: & illa assertio requiritur non in vim attestationis, vt dicit Aret. sed allegationis: quia factum allegari debet, ad hoc vt præsumptio iuris inde resultet, per doctrinam Bartol. in d. l. cùm quid. & quod notat Cyn. in l. edita. in 6. col. C. de edendo. per l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred. Et etiam ratio Aret. non procederet, nisi respectu ciuilis possessionis, non autem naturalis, quæ vltra animi appræhensionem requirit & factum. l. 1. in prin. ff. de acquirenda possessione. Nec obstat doctrina Bar. quia Barto. debet intelligi, quando dubitatur an defunctus possederit tempore mortis, quia alius nunc sit in possessione, vel aliter obfuscata sit præsumptio legis: aliàs hæres, probato quòd autor suus semel possedisset, haberet intentionem fundatam: quia quamuis lex requirat probationem pro forma per certum tempus, tamen sustineretur ista probatio per præsumptionem, secundum Aret. consi. 51. col. 2. Iaso. in l. non hoc. C. vnde legit. & suprà diximus. Limitatur tertiò, † vt regula procedat in rebus immobilib. sed in rebus mobilibus videtur secus: quia rerum mobilium possessio de facili perditur. lege, si rem mobilem ff. de acquirend. possessio. Ita videtur tenere gl. in lege, inciuile. C. de furt. & firmat Specul. post Huber. de Bobio, in titul. de actio. seu petit. §. primo. versicul. quid si ago. Idem tenet Paulus de Castro in lege, si minorem. in prima colum. C. de in integrum restitu. minor. Aret. consi. 120. procedendo breuiter. Modern. in l. Celsus ff. de vsuca. 6

¶ ADDIT. Vult allegare Balb. de Auilhana. Idem etiam tenet Claudius de Saicello col. 9.

Contrarium tenet Abbas in c. cùm ad sedem. colum. 6. quia aliàs resultaret magnum præiudicium actori, qui fortè non habet aliam actionem personalem, si negetur res stare. Sed tu sequendo ratiocinia, fac tres casus, Primus est,

quando quis olim possedit, & asserit etiam hodie se possidere: & isto casu procedit dicta præsumptio, prout firmat But. in d. c. cùm ad sedem. & Sali. in d. l. siue possidetis. & quod not. Bald. in l. ex persona. col. fi. versi. sequitur de prædicamẽto. C. de probat. Secundus casus est, quando negat se hodie possidere: & vera est opinio Specu. vt non præsumatur hodie possidere, quicquid dicat Abb. in d. c. cùm ad sedem. contra quem est communis opi. Fallit, quando tempore litis contestatæ quis possideret. l. non ignorabit. C. ad exhiben. l. cùm quidam. C. de fid. instru. Fallit secundò, si negans habuerit causam ab actore. l. si creditor. C. de pig. actio. nam tunc fingitur quòd possideat, ex quo dolo desijt possidere, vt per Bart. in d. l. siue possidetis. Et non attenditur præiudicium actoris, ex quo extra istos casus reus non tenebatur ad aliquam custodiam rei mobilis, versus ipsum actorem: & sic tollitur æquitas considerata per Abb. & facit quod nota. Alexan. consi. 197. circa primum. in vlti. col. in 2. volu. & per Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. fina. ff. de eden.

¶ ADDIT. Potes & tertiò hunc secundum casum limitare, vt procedat, quando illud tempus anterius quo probatur possedisse, non est de recenti nec de proximo: secus si probetur, quòd de proximo & recenti possidebat, quia præsumeretur etiam nunc possidere. d. l. non ignorabit. secundum vnam lectur. facit l. si rem. ff. de except. rei iud. nisi de alio possessore doceat: quo casu si ipse dolo desijt possidere, pro possessore habetur. l. si is qui dolo. ff. de rei vendica. Et facit pro hac declaratione generalis regula, quam tradit Bar. & Doct. in d. l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edendo. quòd si probatum sit rem fuisse penes aliquem, tenetur ille probare amissionem. Et licet secundum Iaso. & communiter alios, illud procedat in obligato actione personali, vel habente causam à me, tamen idem credo isto casu dici posse propter vicinam & recentem possessionem. arg. no. per gloss. Bart. & Doct. in l. si ventri. in fi. ff. de priuil. cred.

vbi

vbi etiam D. meus à Ripa, & Roma. consi. 68. visis. & Cur. consi. 54. super duobus. col. 3. Decius consi. 182. in casu occurrenti. in fi. Et hanc etiam declarationem colligere potes ex distinctione tradita per Nicol. Præsid. in loco de tempore ad tempus.

Tertius casus est, quando quis nec negat nec affirmat se poßidere: & tunc non præsumitur possesßio perseuerasse, vt est de mente Docto. in d. l. siue poßidetis. & quod not. Ancha. consi. 297. efficacius. col. pen. & infrà dicam. Et sic non est differentia quò ad hoc, siue res sit mobilis, siue immobilis.

Sed nunquid † quod dicitur de principali, habeat locum in hærede? Et videtur quòd sic, per ea quæ prædixi in præcedenti limitatione. Et ad hoc est gloss. 16. quæst. sexta. c. si episcopum. in gloss. fina. circa medium. vbi vult, quòd quælibet res quæ erat penes defunctum, præsumatur peruenisse ad eius hæredem, ex quo succedit in vniuersum. argu. c. tua. infrà, de vsur. facit text. in leg. cùm ita. §. species. ff. de legat. secundo. & quod notat Bald. in l. de his. C. de furt. Est verum, † quòd si hæres negaret se reperisse talem rem in hæreditate, staretur eius iuramento. arg. l. prætor. §. sed & si seruus. ff. de eden. per Bartol. & Docto. in l. si quis ex argentarijs. §. an verò hæredi. eodem titul. fa. l. fina. C. de fide instrumen. & ita consuluit Areti. in d. consi. 120. sic declarans text. in l. si creditor. C. de pig. actio. quod non esset in principali, vt est glos. in d. §. species. & per Alexan. consi. 158. in 2. colum. in 2. Limitatur quartò, † vt procedat regula in eo qui se fundat in possesßione propria: secus si se fundaret in possesßione aliena, secundum Anch. in d. consi. 297. Nam cùm possesßio tertij poßit extingui pluribus modis, non debet hic præsumi quod duret: quia probatio non esset concludens. c. in præsentia. suprà, de proba. Tu dic quòd melior

7

8

9

ratio est, quia ita demum ista præsumptio habet locum, si ipse posidens asserat se posidere: quia tunc præsumitur quòd animus eius duret. Sed in tertio hoc non potest procedere, quia ignorat voluntatem ipsius, vnde non admittitur tertius allegans de tali voluntate, vt per Bar. in l. fin. ff. si ager vect. vel emph. Ias. in l. posthumo. in 8. col. C. de bo. pos. contra tab. Et ista limitatio est de mente gl. in d. l. siue posidetis. dum dicit ita demũ admitti hanc præsumptionem, si agatur de commodo possessoris: & sic non attenditur commodũ tertij. Et voluit Bar. in d. l. Celsus. Limitatur quintò, † quando nõ constaret de possessione de præterito, nisi per confessionem partis: quia tunc non infertur ad præsens, ex quo confessio non debet recipere extensionem, præsertim contra confitentem. arg. l. si quis intentione. ff. de iudi. Sed ista ratio non est bona, quia ipsa confessio non extenditur, sed lex ex probatione resultante per cõfessionẽ, inducit præsumptionem ad tempus præsens: & talis præsumptio dicitur actus legis, non ipsius confitentis. Vnde dic de ista limitatione, vt suprà dixi in præsumptione duodecima huius regulæ. Limitatur sextò, † quando allegans continuationem possessionis, non posideret de præsenti naturaliter: quia tunc licet olim possederit, non præsumitur hodie posidere, per doctrinam Bart. in l. fin. col. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. & per id quod not. Math. in notab. 116. incip. nota mirabilem doctrinam.

10

11

¶ ADDIT. Et expresse Alex. in addit. ad Bartol. in d. l. Celsus. in verbo, extremitates. & ibi etiam Balb.

Sed tu aduerte: quia istud procederet, quando iste allegans possessionem, iamdiu esset, quòd non posideret naturaliter, puta quia lapsum esset decennium: † nam tali tempore admittitur ciuilis possessio, iuxta gloss. in l. 1. C. de ser. fug. cum ibi no Bart. in d. l. Celsus. col. 3. Cur. consi. 24 super eo. col. 2. Idem si de modico tempore non posideret, sed

12

suspi-

suspicatus esset se posse repelli: nam & tunc perditur ciuilis possessio. l. clàm possidere. §. qui ad nund nas. ff. de acquiren. posses. & quod not. Fulgo. consi. 194. proponitur. col. 2. Alioquin extra istos casus regula stat firma, quia ciuilis possessio quæ fundatur in animo, cẽsetur durare: quia non præsumitur mutatio voluntatis, secundum supradicta: vnde in tali casu possessio alterius quæ est recentior, censetur clandestina. Et propterea † in interdicto retinendæ, iste antiquior retinet, vt nota. in c. licet causam. de proba. per Bart. l. si duo. ff. vti possidetis. Et etiamsi per cõductores nõ sit soluta pensio, adhuc præsumitur possessio continuata, vt per Bald. in l. Pomponius. ff. quibus modis vsusfruct. amit. Soci. consi. 106. in 3. Et ex eadem ratione infertur, quòd † agenti interdicto recuperandæ, sufficit probare quòd aliquando possedit, quia præsumetur etiam tunc possedisse quando fuit deiectus, vt est text. in c. olim. 3. suprà, de resti. spol. ibi, vel prius etiam habuisset. & est communis conclusio in d. c. cùm ad sedem. Nec obstat doctrina Bart. in d. l. fina. quia responde vt suprà dixi. † Limitatur septimò, vt non procedat regula è conuerso: quia qui hodie possidet, non præsumitur olim possedisse, vt dicit Bald. in l. ex persona. C. de probat. & in consi. 12. quidam dominus Matthæus. in primo vol. Anch. in regula. semel malus. de regu. iur. in sexto. Flori. in l. non est necesse. ff. de probat. Soci. consi. 89. in penulti. col. in primo. vbi dicit istud non procedere, quando ex possessione de præsenti procederet aliqua legitima ratio, per quam possemus arguere quòd etiam olim possederit, per doctrinam Salic. in d. l. ex persona. per illum text. quod mihi placet: vnde probato de dominio ab antiquo tempore, & de possessione de præsenti, videretur quòd retrò debeat præsumi etiam possessio: quia videtur legitima ratio & causa, quòd qui fuit dominus, etiam possederit. argu. l. procuratorem. C. de ac-

13 14 15

qui.possess.Et licet per se ista non sufficerent, tamen iuncta simul debent operari.l.si hi qui adulter.& quod ibi no. Bal.C.ad leg.Iul.de adul.& istud videtur voluisse Bal.in l.vnica.in quinta col. C.de sent. quæ pro eo quod interest. quod est valdè notabile:cogita tamen. Et pro ista limitatione facit,quia nec hodie dominus præsumitur retrò fuisse dominus,vt dixi in præcedenti præsumptione.

¶ ADDIT. Quòd ex præsenti possessione non præsumatur quis retrò possedisse, consuluit Alex.consi. 81. in causa & lite vertente inter Gasparem &c.col.2. vbi allegat concord.lib.7.

16 †*Limitatur octauò,vt non procedat ista regula,quando alia præsumptio efficacior esset, quòd imò talis hodie non posideret:puta præsumptio oriens ex sentẽtia, quæ est efficacior ista præsumptione,secundum Imol. in c.inter monasterium.& ibi Feli.in 15.lim.infr.de re iud.Et est ratio, quia vna præsumptio aliam tollit.l. diuus.ff. de in integ. restit.Sed nunquid præsumptio per quam delictum euitetur,de qua in l.meritò.ff. pro socio. sit efficacior ista, & eã tollat? Et dicendum est quòd non, vt probatur in d.c.olim. vbi præsumitur quis spoliatus, qui probat se aliquãdo possedisse:& est cõmunis opinio. Nec obstat,quòd spoliare sit delictum,& ad conuincendũ aliquem de delicto.non sufficiat præsumptiua probatio.l.fin.C. de proba.quia illa lex loquitur,quando agitur principaliter ad pœnã, & criminaliter,vt suprà vidimus:& etiã nõ excludit præsumptiones à lege approbatas,vt ibi per Bal.& not.in c.afferte.infrà eod. Et tollitur istud argumentũ per c.super eo.suprà, de renuncia.vbi præsumitur renũciatio facta per vim vel metum,& sic præsumitur delictum.Et efficacior est præsumptio,quòd aliquis res suas nõ iactet,de qua in l.cũ de indebito.ff.de proba.quæ præsumptio coadiuuat eam, de qua nos hic loquimur,vt per Abb.in d.c.cùm ad sedem.*

PRÆ-

PRAESVMPTIO XXII.

1 Media præſumuntur, extremis probatis.
2 Poſsidere ſe hodie ſi quis doceat, & ante decennium poſſederit, præſumitur medio tempore cõtinuo poſſediſſe. Et quid in præſcriptione triginta annorum.
3 Media an præſumantur, probatis extremis, tantùm in his, in quibus de præterito præſumitur ad præſens, an vero etiam in alijs caſibus.
4 Forenſis ſi probetur à decem annis vltra fuiſſe in hac ciuitate, non ſequitur quòd medio tempore fuerit.

Vigeſimoſecundò. † Probatis extremis, præſumuntur 1 *media. c. inter dilectos. vbi Butr. Abb. & Feli. de fide. inſt. c. accedens. vbi glo. de conuerſ. coniug. gl. in c. per tuas. infrà, de condi. appoſ. & in c. ex parte. in glo. pen. vbi Imo. ſuprà, de reſcrip. Bald. & Moder. in l. talis ſcriptura. per illum text. ff. de legat. 1. Et propterea, † probato quod ho-* 2 *die quis poßideat, & ante decennium poſſederit, præſumitur medio tempore poſſediſſe, & poſſeßionem continuaſſe. Bartol. in l. ſicut. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. & in l. Celſus. colum. penulti. vbi Moder. ff. de vſucapio. cum concord. per Sicul. conſi. 12. in primo. & Soci. conſi. 187. in quinta col.*

¶ ADDIT. Adde Anch. conſi. 5. pro parte. col. 2. Alex. conſi. 89. excellentiſsimi. col. fin. lib. 5. & conſi. 39. viſis. col. 3. lib. 2. Cur. Senior conſi. 24. ſuper eo. col. 2. Calcan. conſilio 100. quòd veniat. col. 5. verſic. quinimò non ſolùm. vbi allegat concord. Barb. conſi. 35. ſapienter. col. 3. & conſili. 37. ſcribitur. col. 10. lib. 2. Soci. conſi. 16. in cauſa quæ vertitur. col. 2. lib. 3.

Quod intellige, quò ad probandã præſcriptionem decem annorũ: ſed ad probandã præſcriptionẽ viginti vel triginta annorum, debet probari initium & extremitas cuiuſlibet decennij, vt dicit Matheſ. notab. ſuo 110. incip. nota mirabilem.

rabilem. & Moder. in d. l. Celsus. & Felin. in d. c. inter dilectos. Et ita intelligitur gl. 16. quæst. 4. c. volumus.

¶ ADDIT. Ita etiam tenet Alex. in addit. Bartol. in d. l. Celsus. super verb. probentur extremitates.

Sed mihi videtur indistinctè verior alia opinio, quòd imò in qualibet præsumptione sufficiat simpliciter probare extremitates totius temporis, prout fuit de mente omnium antiquorum. de quo per Salic. in l. super longi. C. de long. tempo. præscrip. Bart. in d. l. Celsus. Gemin. in d. c. sicut. 53. distin. & Abb. post alios in c. accedens. de priuileg. Anch. in c. pen. de præscrip. in sexto. & confirmatur ex prædicta regula.

¶ ADDIT. Et ita tenet Calca. in d. consi. 100. qui loquitur de possessione 70. 60. 50. 40. 30. 20. 10. 5. & vnius annorum.

Non obstat ratio Mathesil. dum dicit, quòd possessio ciuilis, ex qua causatur præscriptio, non præsumitur continuata per decem annos, siue vltra decem annos, nisi constet de possessione naturali. l. peregrè. ff. de acqui. pos. quia dico, quòd imò constat de possessione naturali saltem præsumptiuè, quod sufficit, vt per Aret. in d. consi. 51. ex quo qui semel possederit naturaliter, præsumitur eandem naturalem continuasse, vt suprà vidimus: vnde possessio ciuilis præsumitur semper durauisse eodem modo, quia cùm dependeat ab animo, præsumitur durare animus, etiam lapso termino. l. sancimus. C. de test. fa. tex. in d. c. accedens. in verb. processu temporis. generaliter accipiendo: & quod 3 *not. Socin. consi. 195. in 2. in fine.* † *Sed circa hanc præsumptionem contingit dubitari, an habeat locum in his tantùm, in quib. à tempore præterito præsumitur in præsens, puta in possessione & in consensu. d. l. siue possidetis. & l. eum qui. de proba. Et videtur, quòd non sit ita restringenda, quia aliàs esset modici effectus, ex quo absque eo quòd probetur vltimum extremum, idem esset, dummodò allegare-*

garetur & non probaretur contrarium. In contrarium facit, quia sequeretur absurdum, quòd in his quæ sunt accidentalia, nec natura sui durabilia, per ista extrema præsumatur medium. & istam partem videtur tenuisse Car. in d.c. sicut. 60. dist. vbi dicit, quòd ista præsumptio non habet locum, nisi quando medium habet coniunctionem cum extremis, quæ inferũt consequentiam necessariam vel verisimilem. Facit quod not. Imol. cons. 9. † quòd quãuis probaretur, quòd aliquis forensis à decem annis vltra esset in ista ciuitate, in qua est etiã hodie: non sequeretur, quòd debeat præsumi, quòd medio tempore semper in ea fuerit. Et istud videtur verius. Cætera vide p Fel. in d.c. inter dilectos. 4

PRÆSVMPTIO XXIII.

1 Possidere quis præsumitur ex titulo præambulo.

2 Legata si fuerit res Titio, & reperiatur in possessione, præsumitur titulo legati possidere.

3 Hæreditas si fuerit alicui delata, & reperiatur rem hæreditariam possidere, præsumitur titulo hæreditario possidere.

4 Possidens aliquo titulo, non potest sibi causam possessionis variare.

5 Procurator si emat rem nomine domini, & est sibi res tradita, ita quòd quæsiuit possessionem domino, licet possederit triginta annis tanquam propriam, non propterea præscribit.

6 Consanguineus vel amicus, si in re cuius possessionem & titulum habeo, faciat aliquos actus, videtur hoc facere iure familiaritatis.

7 Vxor sicut viuente marito præsumitur collegisse fructus rerũ mariti iure familiaritatis, ita in dubio debet præsumi post mortem mariti.

VIgesimotertiò. † Præsumitur quis poßidere ex titulo præambulo. l. 1. §. 1. ff. de except. rei ven. l. 2. C. de acq. possess. not. in l. quædam mulier. ff. de rei vendic. 1

¶ADDIT. Vide egregiè de materia huius præsumptionis Soc. cons. 15. insignis Doctor. col. fi. lib. 4.

Et istud etiam procedit in iuribus.l.si à te. vbi Bald.ff.
2 *si seruit. vend. Et propterea, † si legata fuerit res Titio, & reperiatur in eius possessione, præsumitur possidere titulo legati.l.penul.ff.pro lega. Et idem est in hæreditate: nam*
3 *† si alicui sit delata hæreditas, & reperiatur aliquam rem hæreditariam possidere, præsumitur istud facere titulo hæreditario. argu.l.3. versicul. & quod de subeunda.C.de naturali. quod tamen intelligendum est, vt no.in l.1.C.de repud.hæred. & per Barto.in l.gerit.de acq.hæred. Et fa-*
4 *cit, † quia vbi quis semel possidet aliquo titulo, non potest sibi variare causam possessionis. l. non solùm. §.quod vulgo.de vsucap. Et dicit Io.And.in ad.Spec.in tit.de emptio.*
5 *ver.si pars. † quod si procurator emit rem nomine domini, & est sibi tradita res, ita quòd quæsiuit possessionem domino, licet possederit triginta annos tanquam propriam, nec restituat domino, non tamen præscribit, quia non potuit sibi mutare causam possessionis. sequitur & declarat Aret.in l.3.§.illud.ff.de acquirend.possess. Facit & ad a-*
6 *liam quæstionem, † quando quis habet titulum & possessionem, si eius consanguineus vel amicus faciat aliquos actus possessorios, videtur hoc facere iure familiaritatis, & sic ex titulo præcedenti adiuncti sui.l.qui iure. vbi Bar. & alij.ff.de acquir.possess. Et quod not. Pau.de Cast.in consi. 179.in causa quam magnificus. in 1. vol. vbi frater minor ponens officiales in castro, præsumitur posuisse iure familiaritatis fratris maioris, ad quem iurisdictio castri spectabat. Et propterea dicit Soc.consil.130.in primo volum.*
7 *† quòd sicut vxor viuente marito præsumitur collegisse fructus rerum mariti iure familiaritatis. l. ob maritorũ. vbi not.C.ne vxor pro marit. ita & in dubio debet præsumi post mortem mariti, ne videatur sibi mutasse titulum possessionis.d.§.illud. Et ista procedunt etiã si titulus non esset verus, sed putatiuus, secundum Soc.cons.13.in 4 col.*

in 4.vol. Et est ratio, quia titulus licet erroneus, declarat intentionem possidentium. arg. l. fi. ff. de rebus eorum.

¶ ADDIT. Adde l. in testamento. ff. de fideicommiss. liber. & Bar. in l. fideicōmissa. §. quoties. de leg. 3. Dec. cons. 407. visis & diligenter. in fin.

PRÆSVMPTIO XXIIII.

1 Actus sequens præsumitur factus in executionē præcedentis tractatus. Limitatur numero 5. 9. 10. 11. 12. 13.

Procurator constitutus ad aliquid faciendum, si illud faciat, licet non exprimat se procuratorio nomine illud facere, præsumitur tamen. Intellige vt num. 5. 9. 10. 11. 12. 13. ibidem.

2 Emptio præsumitur communi nomine facta, si fuerat actum inter Titium & Mæuium, quòd Titius emeret fundum nomine communi, licet Titius simpliciter emerit.

3 Tutor præsumitur in re spectante ad pupillum facere actum tutorio nomine.

4 Mandati præcedentis occasione pręsumitur quis occisus ab interfectore, quando fuerat mandatum interfectori vt talem occideret.

5 Contrahens cum procuratore alicuius, quem ignorabat habere mandatum, & esse procuratorem, potest contra ipsum procuratorem, qui simpliciter contraxit, agere tanquam sibi nomine proprio obligatum. Fallit si sciret mandatum.

6 Hæredem si quis se asserat in instrumēto, præsumitur cum eo contractum tanquam cum hærede.

7 Patremfamiliàs si quis litigando se asseruerit, censetur tanquam cum patrefamil. litigatum, ita vt postea cōtrarium asserere non possit.

8 Si quis vendat domum Titij, intelligitur vendere tanquam procurator.

9 Procurator habens generale mandatum, præsumitur simpliciter contrahendo, potius proprio quàm procuratorio nomine contrahere.

Actus

Actus quando potest fieri nomine proprio & alieno, præsumitur factus nomine proprio. ibid.

10 Procurator si longo interuallo post mandatum simpliciter contraxerit, an censeatur proprio, an verò procuratorio nomine contrahere.

1 *VIgesimoquartò.† Præsumitur actus sequens factus in executione tractatus præcedentis. l.3.§.verùm quæri poterit.ff.de manumis.l. qui in aliena.§.si is qui putabat. ff.de acq.hæred.& not.ibi per Doct.Et propterea si quis sit constitutus procurator ad certum aliquid faciendum, si illud faciat, licet non exprimat se facere procuratorio nomine, tamen præsumitur.l.pignori.§.fin.ff.de vsucap. Imol. Com.Alex.& Ias.in l.post dotem.in lectura Dyni.ff.sol. mat.& in l.1.§.nunciatio.ff.de noui oper.nuncia.Et facit quod not.Bald.in l.si patruus.in 2.col.C.commu.vtriusq; 2 iud.† vbi si erat dictum inter Titium & Seium, quòd Titius emeret fundum nomine communi, si eum emat simpliciter, præsumitur emptio communi nomine facti. Ad idem quod not.Bar.in l.triticum.ff.de verborum oblig. vbi stipulatio de restituendo decem, præsumitur facta propter mutuum præcedens.*

¶ADDIT. Hæc duo nouissima dicta refert Hippol. Mars.in l.statu liber. nu. 8.ff.de quæst. vbi multa congerit de materia huius præsumptionis.

Et per Alex.cons.25.in vlt.col.in 2. vol.vbi fideiussor præsumitur fideiussisse in causa de qua tractatum est in actu præcedenti, & præsumitur de ea præcisè actũ, quando incontinenti contractus est inde sequutus, vt ibi per eũ, & in cons.197.in 1.col.in 2.vol.Facit, † quia idem etiam 3 videmus in tutore, qui in respectante ad pupillum præsumitur tutorio nomine agere, etiam quòd non expresserit.l. post mortem.§.1.ff.quando ex facto tut.

¶ADDIT.Et per Corn.cons.27.in hac consultatione. lib.2.

Amplia

Amplia † istam præsumptionem procedere etiam in delictis: vnde si quis mandauerit Seium interfici, præsumitur interfector id fecisse occasione præcedentis mandati, vt dicit Innoc. in c. ad audientiam. de homic. sequitur Bar. in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniurijs. 4

¶ ADDIT. Etiam si post longum interuallum mandatarius Seium interfecerit, nisi expressè vel tacitè reuocatum fuerit mandatum, secundum prædictos. Adde Franc. Cur. in l. pacta nouissima. C. de pact. col. 3. & Io. de Imol. in Clem. 1. col 2. de pœnis. cum concord. traditis per Hippol. Marf. in repet. l. vnic. C. de rap. virg. nu. 246. & infrà dicam in fi. tertiæ limit.

† Limitatur istud primò, vt procedat quò ad mandantem & mandatarium, nō autem quò ad tertium: quia cùm ipse procurator simpliciter contraxerit, poterit tertius contra illum agere, tanquam sibi obligatum nomine proprio. arg. l. sed Iulianus. §. 1. ff. ad Maced. & ita tenet Bar. in d. l. is qui putabat. Com. Alexā. & Ias. in d. l. post dotem. & in d. §. nunciatio. 5

¶ ADDIT. Facit quod consuluit Soc. cons. 69. in causa. col. pe. lib. 3.

Et ista limitatio est vera & æqua, ex quo iste tertius est in præsumpta ignorantia mandati præcedentis, meritò nō debet compelli agere contra dominum, cum quo fortè non fuisset contracturus.

¶ ADDIT. Et vide Cor. cons. 6. videtur in præsenti. col. 2. vers. & in dubio, &c. lib. 2.

Sed si sciret mandatum, tunc videtur secus, ex quo nemo præsumitur ignorare leges. l. leges. C. de legib. Et facit d. l. post mortem. vers. nisi fortè creditor. Et non posset allegare hanc ignorantiam, quādo in contractu fuisset apposita certa qualitas, quòd procurator, vel tutor, vel similis: quia per tale nomen officij ostenditur, quòd contractus sit cum ea qualitate celebratus. l. fin. ff. de inst. Ang. de Aret.

in tract.

in tractat. malef. in verb. nec non ad querelam. vers. tertiò non admittitur. Facit quod no. Angel. in l. si proponas. §. 1. per illum tex. ff. de inoffic. test. vbi 6 *† si quis in instrumento asserit se hæredem, præsumitur cum eo contractu tanquam cum hærede. pro quo vide Bar. in l. gerit. in 3. col. ff. de acq. hæred. Ad idem quod dicit Imol. in l. sed & si. ff. de acq. hær.* 7 *† de eo qui litigauerat, & asseruerat se patremfa. vt censeatur tanquam cum tali litigatum, vt deinde non poßit asserere contrarium argu. eorum quæ habentur in l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. Et facit text. in l. si pater. §. qui duos ff. de adop. vbi Bal. notat, quòd consideranda est qualitas deducta in contractu, & quo nomine fiat, vt secundum eum contractus teneat. per l. in familiæ. C. famil. ercis. & l. si ab vno. C. de nego. gest. & ibi Bartol.* 8 *† vbi si quis vendat domum Titij, intelligitur vendere tanquam procurator Titij de quo etiam per Alex. in d. §. nunciatio.*

¶ ADDIT. Idem not. Bar. in l. si fundum per fideicommissum ff. de leg. 1. vbi Imol. commendat. Et Fel. in c. cùm M. Ferra. col. 1. de const. vbi alleg. concord. quòd si procurator dicat, ego Titius nuncio tibi ne ędifices in fundo Sẽpronij, vel vendo tibi talem rem Sẽpronij, semper censetur nunciare nomine procuratorio, non aũt proprio: ex quo enim ex verbis apparet super re Sẽpronij actum geri, & non super re Titij procuratoris, nõ potest is cum quo actus geritur, ignorantiam mandati prætendere seu allegare.

Et adde quod not. Dec. cons. 283. in antepen. col. vbi in contractu asserens se ciuem talis loci, videtur contrahere tanquam ciuis. facit quod not. Bald. in l. fi. C. si à non compet. iud. Limitatur secundò, 9 *† quando mandatum præcedens fuisset valdè generale: quia tunc licet talis contractus potuerit comprehendi in eo mandato, tamen ex quo potest etiam esse, quòd de eo non fuit actũ, ex quo procurator simpliciter contraxit, præsumitur potius fecisse nomine proprio. l. 3. §. sed quod de tutore. vers. & si quidem. ff. iud. sol.*

quem

quẽ ita intelligunt Ale. & Ias. in d. l. post dotẽ. Et mihi placet hæc limitatio, per illud quod notabiliter voluit Bar. in d. l. gerit. in 6. col. vbi quando idem actus potest fieri & nomine proprio & alieno, semper præsumimus quòd fiat nomine proprio. arg. l. & magis. ff. de solut.

¶ADDIT. Et per Corn. conſ. 310. principaliter. lib. 3. & Socin. conſ. 113: in cauſa Vbertini. lib. 4.

Et quia in actu persona extrinsecus non intelligitur. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. oblig. sequitur Bal. in l. potuit. in 10. q. C. de iur. delib.

¶ADDIT. Sublimita & declara iſtam limitationem ſecundum Lu dRom. in d. l. poſt dotem. col. 6. vt non procedat, ſi procurator habens generale mandatum contraheret ſuper re domini, vel ſuper re communi, vel ſub commemoratione officij. tunc enim videtur propter iſtas qualitates, nomine procuratorio domini contraxiſſe, quantumcunque generaliter fuerit procurator conſtitutus. & iſtud comprobat Rom. vt per eum, ibi videto.

11 *Limitatur tertiò, † quando magnum interuallum interuenisset inter mandatum, & contractum celebratum, secundum Lud. Rom. in d. §. si is qui putabat. arg. glo. in §. ope. Instit. de oblig. quæ ex delict. Ad quam gl. respondet & benè Alex. in d. §. nunciatio. Melius facit doctrina Bart. in l. qui mihi donatum. ff. de donat. vbi dicit, quòd si contractus fuit celebratus procuratorio nomine domini, & traditio fuit facta procuratori simpliciter incontinenti post contractum, censetur repetita qualitas procuratorio nomine, aliter non. l. multum. in fin. C. si quis alteri vel sibi. Sed responde, quòd doctrina Barto. non est vera, quia imò siue incontinenti, siue post longum tempus fiat traditio, venit in consequentiã contractus, & censetur repetita qualitas, de qua in contractu. l. quædam mulier. ff. de rei vendic. Et ita tenent Ioan. de Imo. Com. Roma. ibi, & Roman. in d. l. post dotem, & benè. Non obstat d. l. multum. quia ibi præcedens contractus non tenebat: meritò ergo traditio facta*

non refertur ad illum contractum: nec ibi distinguitur, an incontinenti an ex interuallo fiat. Est verum quòd Alex. in d. cons. 25. videtur sequi istam limitationem: sed potest responderi, quòd loquitur in casu fortiori: quia si contractus praesumitur fieri in executionem tractatus ex interuallo praecedentis, multò magis si incontinenti.

¶ ADDIT. Et contra istam limit. Rom. facit de directo quod voluit Inno. in d. c. ad audiētiam. de homi. & sequitur Barto. in d. l. non solùm. §. si mandato. col. 3. Rom. & Ias. in d. l. post dotem. Alex. & Ias. in d. §. nunciatio. videlicet, quòd si ego mandaui tibi quòd tu occideres Caium, & etiam post longum interuallum occideris, certè praesumitur quòd occideris occasione praecedentis mandati. Et sic vides, quòd limitatio Rom. non videtur vera, & cōmunis videtur contra eum, vt per Doct. in d. l. post dotem. & in d. §. nunciatio. & in d. §. si is qui putabat.

11 † *Limitatur quartò, vt supradicta procedant, quando sumus in re, quae potest ad dominum & ad procuratorem pertinere: secus si ad procuratorem tantùm: quia non attenditur tunc an sit facta mentio mandati vel non, sed quaeritur illi cui potest acquiri. l. proinde. §. fi. cum l. seq. ff. de stipul. ser. & ita loquitur gloss. in d. l. post mortem. §. 1. de quo per Ias. in d. l. post dotem. & in d. §. nunciatio. post*
12 *Bart. ibi. Limitatur quintò, † quando si procurator censeretur contraxisse tanquam procurator, resultaret aliquod delictum. veluti si lex prohibeat forēsem acquirere aliqua immobilia in territorio. Nam licet forensis mandauerit Titio, non tamen si simpliciter Titius emit, videtur fecisse nomine forensis. Istud probatur ex notatis per Bal. in l. felicissima. C. de his qui à non dom. & Aret. in d. §. si is qui putabat. vbi ideò censetur procurator contrahens simpliciter, contrahere nomine domini: quia aliàs delinqueret, & teneretur crimine stellionatus. l. Titio. vbi no. ff. ad municip. Quae ratio totum contrarium inducit in isto casu. Sextò limita-*

limitatur,† quando procurator non acceptauisset mandatum, vel repudiauisset, vt per Bal. in l. qui literas. C. mād. & Alex. in d. §. nunciat. Et si faceret actum, qui non posset pertinere nisi ad dominum, ex ipso facto videretur acceptauisse, ex quo tale negocium ad eum aliàs non pertinuisset. Istud probatur in d. l. qui seruum. §. idem in eo. ff. de interrog. actio. 15

PRÆSVMPTIO XXV.

1 Præsumitur quod olim fuit, hodie esse.
Amissio quomodo probetur, remissiuè. ibid.
2 Quando necessitas naturæ repugnat, quod olim fuit, non præsumitur hodie esse.
3 Idem si verisimilitudo naturalis.
4 Idem in qualitate agendi.
5 Idem in loco particulari.

VIgesimoquintò.† Præsumitur generaliter quod olim fuit, idem & hodie esse. Vnde præsumitur rem quæ olim extitit, etiam hodie extare, nisi probetur amissa. l. testamentum. in fi. C. de testa. l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. & ibi Barto. & Doct. ponunt doctrinam quomodo probetur amissio: de quo etiam per Alex. in l. domos. col. pe. ff. de leg. 1. Fel. in c. fi. de probat. 1

¶ ADDIT. Quòd allegan ti rem non extare, incumbat onus probandi amissionem, vide Bal Ang. & latè Alex. in l. publicati. vbi etiam Corn. C. de testa. Fel. in c. sicut per totum. maximè col. 6. vers. quinta declaratio. & vers. seq. de re iud. Soc. egregiè cons. 24. incip. omnipotens Deus adsit. libro 1. in quibus locis etiam traditur qualiter probetur amissio.

Et dicta præsumptio procedit in omnibus decem prædicamentis discurrendo, vt latè per Bal. in l. ex persona. C. de probat. Petr. de Anch. in regula, semel malus. in sexto Fel. in c. scribam. infrà, eod.

¶ ADDIT. Et per Nico. Præsidem in cent. locorum leg. in loco de tempore ad tempus.

2 *Fallit, † vbi neceßitas naturæ repugnaret: veluti in ætate. non enim qui olim fuit infans, præsumitur et hodie esse infans. l. cùm te. vbi not. C. de proba. & suprà dixi. Idẽ*
3 *si neceßitas hoc non suaderet, sed † verisimilitudo naturalis: non enim sequitur, iste in pueritia nesciuit literas, ergo etiam adultus nescit. l. Stichus. ff. de leg. 3. not. in c. si eo tẽ-*
4 *pore. de rescrip. in 6. Idem † in qualitate agendi: non enim naturaliter potest quis semper & sine intermißione agere. l. seruitutes. in prin. ff. de seruit. l. foramen. ff. de seru. vrb. præd. sicut nec pati. Vnde nõ sequitur, olim fuit percussus,*
5 *ergo etiã hodie percutitur. l. maritus. ff. locati. Idẽ in † loco particulari: quia non sequitur, fui in tali cõclaui, vel sedi in tali scamno, ergo etiam hodie sum vel sedeo. Idem in naui vel seruo fugitiuo. ista. n. naturaliter sunt variabilia. l. Cæsar. ff. de publica. l. quis sit fugitiuus. ff. de ædi. ed. Et hæc sunt breuiter, quæ sentit Bald. in d. l. ex persona.*

PRÆSVMPTIO XXVI.

1 Præsumitur de præsenti ad præteritum.
2 De præsenti ad præteritum non præsumitur. Fall. 4. 5. 7. 8. 9. 10.
3 Vsurarius vel hæreticus hodie, non præsumitur olim fuisse vsurarius.
5 Pauper hodie, præsumitur retrò fuisse pauper, & quare.
6 Possessus hodie vt seruus, præsumitur retrò possessus vt seruus.
7 Tempus præsens quando aliquid infert de necessitate in præteritum, tunc de præsenti præsumitur in præteritum.
8 Tempus præsens quando habet se ad præteritum, sicut finis ad initium, tunc de præsenti ad preteritum præsumitur per modum declarationis.
9 Soluisse retrò præsumitur, qui tribus vltimis annis se soluisse ostenderit.
10 Equus venditus, si intra triduum mortuus sit, & ei reperiatur

periatur cor macilentũ, & putredine corrosum, præsumitur tempore venditionis infirmus.

Vigesimosextò. † Præsumitur de præsenti ad præteritum. vt quod est in præsenti, credamus etiam fuisse tempore præterito. l. ex persona. C. de proba. l. 1 §. si magistratus. ff. de magistratib. conu. l. si hi qui adulterij. C. de adult. Sed ista præsumptio indiget altiori declaratione. Et Old. de Laude in d. §. si magistratus. dedit vnã doctrinam in ista materia, quam ibi sequuntur Rayn. de Forliuio. & Bald. & Anch. in regula, semel malus. de reg. iur. in sexto. Aliam doctrinam dedit Cald. in d. l. ex persona. & in d. l. si hi qui. Aliam posuit Floria. in l. non est necesse. ff. de probat. Sed tu pro veriori declaratione fac conclusionem, quòd † regula sit, vt de præsenti non præsumamus in præteritum: vnde si quis est de præsenti Doctor, non præsumitur quòd olim esset. c. si eo tempore. vbi no. inf. de rescrip. in sexto. & in Clem. literas. eod. tit. Et istud maximè procedit, † quando præsens status est difformis à statu qui necessario aliquo tẽpore aliter fuit in præterito. Vnde si quis hodie est vsurarius vel hæreticus, nõ præsumitur etiam olim ita fuisse, quia saltem in pueritia aliter fuit. argu. l. 4. ff. de proba. & tenet Ias. in d. l. si prius.

¶ ADDIT. Ista egregiè tradit Steph. Bertran. cons. 7. ex themate. col. 2. lib. 1. in nouissimis.

Fallit primò, † quando aliter actus qui de præsenti est licitus, redderetur illicitus, & nullius effectus, secundum Bald. in d. l. ex persona. Vnde si quis est in quasi possessione seruitutis alicuius, præsumitur ille et retrò fuisse seruus, quia aliàs possessio domini redderetur illicita, & actus præsentis temporis esset illusorius. ita procedit l. liberis. §. fin. ff. de lib. cau. l. circa. ff. de probat. Sed ego puto, quòd verior ratio sit, quæ colligitur ex sequenti limitatione: quamuis etiam non videatur ibi agi de aliqua præsumptione de præterito, sed potius de præsenti tantùm. Secũdò fallit, † quã-

 do vltra

do vltra actum de præsenti, cõcurreret aliqua præsumptio quæ inferret retrò, secundum Salic. in d. l. ex persona per illum tex. vbi qui est hodie pauper, præsumitur etiam retrò fuisse pauper. Ratio est, quia quilibet præsumitur ditari. l. si defunctus. C. arbi. tut. de quo tamen dic, vt infrà dicam. Vnde cùm iste non reperiatur diues, verisimile est, quòd etiam præterito tempore non fuerit, sequitur Alexã. cons. 16. in 1. col. in quinto.

¶ ADDIT. Et Step. Bertrandi d. cons. 7. col. 2. libr. 1. in nouissimis.

6 *Et propterea † qui hodie poßidetur vt seruus, præsumitur etiam retrò possessus: ex quo non est verisimile, si esset liber, quòd permisisset se vnquam poßideri pro seruo. Et sicut non præsumitur quis perdidisse diuitias, multò minus debet præsumi perdere libertatem. l. libertas. ff. de reg. iur. Et secũdum istam limitationem intelligitur d. l. si hi qui. Aduerte tamen, quia ista intelligentia non conuenit dictis ll. quicquid dixerit Salic. & Alex. quia non videtur in eis quòd aliquid ex præsenti præsumatur in præteritum, sed potius nihil præsumatur, & relinquitur onus probandi ei qui dicit, secundum regulam l. verius. ff. de probat. & ita intelligo d. §. si magistratus. Nam cùm lex velit, quòd magistratus dent tutores idoneos facultatibus pupillorum, meritò non præsumitur illa qualitas nisi probetur. l. non solùm. §. sed vt probari. vbi Bartol. & Doct. ff. de oper. no. nunc. glo. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. Et si dicas, quòd non debuisset probari, ex quo quilibet præsumitur idoneus. c. fina. inf. eo. respondeo, quòd hoc non procedit quò ad facultates, vt infrà videbimus. Et dato, quòd hoc esset verum, tamen ex quo hodie non est idoneus, cessat prædicta præsumptio: & sic præsumptio resultans ex tempore præsenti, tollit præsumptionem temporis præteriti, & relinquit rem in terminis iuris communis, vt*

nis, vt qui dicit, probet, non autem facit simpliciter, quòd præsumatur de tempore præterito idem quod in præsenti. Et eodem modo procedit text. in d.l. si hi qui adulterij. vbi status temporis præsentis tollit præsumptionem temporis præteriti, quæ erat orta ex allegata consanguinitate: vnde illa cessante, subintrat dispositio iuris communis, per quam accusatio de adulterio concurrebat. Et ita procedit etiam d.l. ex persona. vbi paupertas de præsenti nihil facit præsumi retrò: sed cùm fundamentum intentionis rei conuenti esset, quòd collega aui tempore depositi officij esset soluendo, debet istud probare. Et iste mihi videtur verus intellectus ad illa iura. Fallit tertiò, † quando tempus præsens aliquid infert de necessitate in præteritum: veluti si mulier hodie peperit, præsumitur intra tempus vndecim mensium concubuisse. § fin. in Auth. de restit. & ea quæ par. Old. & Bal. in d. §. si magistratus. Idem si hodie fructus industriales sint percepti, præsumitur quòd industria fuerit adhibita temporibus debitis, secundum Flor. in d.l. non est necesse. Fallit quartò, † quādo præsens tempus habet se ad præteritum, sicut finis ad initium: nam tunc per modum declarationis de præsenti præsumitur in præteritum. l. sed Iulianus. §. proindè. ff. ad Maced. vbi si filius conuertit in rem patris pecuniam sibi mutuatam, præsumitur à principio hoc animo mutuum contraxisse. Ad idem facit l. litibus. C. de agr. & cens. lib. 11. vbi si colonus respondet mihi de fructibus, præsumitur coluisse retrò illos fructus nomine meo. Facit etiam l. si filios. C. de peti. hæred.

7

8

¶ ADDIT. Quòd ex actu de præsenti declaretur qualis fuerit animus præcedens, vltra hîc allegata adde text. in §. pauonū. Inst. de rer. diuis. & Lud. Rō. cons. 291. cū isti fratres. Anch cons. 251. ex his. Dec. in l quādiu. in 2. lect. col. fi. C. qui admitti. & cons. 336. in casu proposito. & consil. 490. visis & circunspectis col. pen. & cons. 470. conclusionem. col. 2. in quibus locis allegat concord.

Fallit quintò in casu. l. quicunq. C. de apochis publ. lib. 10. 9 *† vbi per solutionem trium vltimorum annorum, præsumit lex semper retrò fuisse satisfactum: sed ibi non est simplex præsumptio de tempore præsenti, sed de præstatione triennali, de qua etiam in l. 1. vbi Doct. C. de fideicōmiss.*

¶ ADDIT. Vide Lucam de Pen. conciuem meum in d. l. quicunque. vbi ponit 150. præsumptiones seu casus, in quibus lex aliquid præsumit.

10 *Sextò declara, † vt licet non inducat præsumptionem sufficientem ad transferendum onus probandi, inducit tamen aliqualem suspicionē. l. ciuile. C. de furt. quæ ex qualitate negotij, poterit etiam esse valdè probabilis. d. §. fi. in Auth. de restit. & ea quæ par. vbi vidua adulterans, præsumitur etiam retrò viuente marito adulterata. de quo suprà dixi. Et secundū supradicta puto debere intelligi quod not. Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum restat. vers. 1. quem refert & sequitur Angel. in l. sciendum. in fi. ff. de verb. oblig. vbi dicit,* 11 *† quòd si equus est venditus, & intra triduum mortuus, & ei reperiatur cor macilentum & putredine corrosum, præsumitur tempore venditionis infirmus: & sic locus erit ædilitio edicto. Nam si de modico tempore, puta trium dierum, antè fuit emptus, præsumptio talis erit sufficiens, vt per Ias. in l. lecta. in 12. col. ff. si cer. peta. cum concord. Si verò erant iam plures dies, tunc esset simplex præsumptio: & hoc, nisi medici aliter dicerent, quibus standum est tanquam peritis in arte. l. semel. C. de re mi. lib. 12.*

¶ ADDIT. Et Bar. & Doct. in procem. Digest. & in l. 1. de ventre inspicien. cum sim.

PRÆSVMPTIO XXVII.

1 Diues olim, hodie præsumitur diues. Intellige vt nume. seq.

2 Vbi agitur de probanda continuatione alicuius vniuersi, qui habuit in præteritum, nō præsumitur hodie habere.

3 Pauper olim, an præsumatur hodie pauper, & quid in futurum præsumatur de eo qui pauper est.
4 Allegāti diuitias aut paupertatem de præsenti, si nihil allegatur de præterito, incumbit onus probandi.
5 Paupertas & diuitiæ qualiter probentur, remissiuè.

Vigesimoseptimò. † *Olim diues, præsumitur etiam hodie diues: quia non præsumitur amisisse dominiū rerum suarum. l. siue possidetis. C. de prob. Et ita tenent Hostien. Io. And. But. & Imo. in c. 1. in fi. suprà, de scruti. Archid. & Gemin. in c. si. 6. q. 5. Alber. de Ros. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. Et sic, licet quilibet à principio nascatur nudus & pauper, si tamen fuit semel diues, præsumitur in futurum diues, secundum Doctor. in dictis locis. Quod facit pro opinione, quam suprà tenui in prin. istius regulæ.* 1

¶ADDIT. Quòd quilibet nascatur nudus & pauper, habes moralem & elegātem tex. in c. sicut hi. 47. dist. Lucas de Pen. conciuis noster in l. 2. col. 6. C. quan. & quib. quarta pars deb. Et Aret. consil. 66. viso puncto. col. 6. vbi egregiè dicit, ꝙ cùm qualitas diuitiarum sit regulariter repugnans naturæ (quia nemo nascitur diues) non potest argui de præsenti ad præteritum, & non valet, argu. nunc est diues, ergo & olim erat. nota benè.

† *Intellige istam præsumptionem procedere, vbi simpliciter dubitatur, an quis sit diues: sed si agamus de vniuerso, puta an qui olim habuit tales facultates valentes vsque ad mille aureos, præsumatur easdem hodie habere, tūc dicendum est, quòd non: quia vbi agitur de probanda continuatione alicuius vniuersi, qui habuit in præteritum, non præsumitur hodie habere. l. in confirmando. vbi Bart. not. ff. de confirm. tut. & consuluit Alexan. ita declarans Bartol. in consil. 102. in quinta column. in secundo volum. Et potest esse ratio, quia cū agatur de vniuersitate, ea ex natura sui recipit diminutionem & augmentum. argumen. l. hæreditas. ff. de petit. hæredit. vnde ex quo potuerunt* 2

diminui ex natura vniuersitatis, cessat ista præsumptio. Sed tu aduerte, quia videtur, quòd ista declaratio in effectu tollat regulam: quia cùm diuitiæ consistant ex bonis, & sic ex aliquo vniuersali, sequitur quòd olim diues, non præsumatur hodie diues. nisi dicas esse differentiã in modo agendi: quia aut aliquis olim diues allegat se habere eadem bona quæ olim, & procedit regula: aut non allegat se habere eadem bona, quia fortè alienauit, sed dicit se habere preciũ vel alia loco eorum, & procedit opinio Bartol. & Alex. Sed
3 † nunquid olim pauper, præsumatur hodie pauper? Et videtur quòd non, quia quilibet præsumitur ditari. l. si defunctus. §. arbit. tut. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & hono. Bar. in l. ex diuerso. §. fin. post antiquos. ff. solu. mat. Salic. in d. l. ex persona. & in d. l. non est necesse. de proba. Contrarium tenuerunt Raph. Com. & Moder. in l. 2. ff. de except. quia ista accidentia extrinseca non præsumuntur. Et idem tenet Sal. in l. quod nomine. ff. de condi. indeb. vbi respondet ad d. l. si defunctus. & ad d. §. deficientium. quòd illa iura non probant, & benè: & refert etiam Alex. in d. l. ex diuerso. §. final. Et facit, quia diuitiæ acquiruntur & & amittuntur ex impetu fortunæ. l. si is qui. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. planè ff. vt in pos. leg. &c. Facit text. in c. super eo. suprà, de renũ. Vnde in istis fortuitis videretur, q lex nihil deberet præsumere, propter nimiam incertitudinem. Possunt prædicta concordari, vt dicamus, quòd olim pauper, præsumitur etiam hodie pauper, per supradictam principalem regulam, prout firmant Archid. in d. c. fin. & Alber. de Ros. in d. §. qui pro rei qualitate. Sed in futurum præsumitur debere ditari: quia vbi dubitamus quid futurum sit, debemus semper sperare in melius. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. & ita intelligo Bar. in d. §. fin. Est verum, quòd ista præsumptio de futuro non æquipollet probationi, & non liberet ab onere probandi, vbi casus

casus euenit.d.§ deficientium.prout in simili suprà dixi, declarando regulam, semel malus. in versi.septimo. in 4. limit. Et ita procedit alia opinio Rap. Comen. † *Et supra-* 4 *dicta habent locum, quando agitur de tempore præterito ad præsens: sed vbi nihil allegatur de præterito, & simpliciter agitur de præsenti, non præsumitur aliquis nec diues nec pauper, sed ei qui dicit, incumbit onus probandi, vt est glo. communiter approbata in d.§. qui pro rei qualitate. Vnde qui se excusat tanquam paupere, debet probare.d.§. deficientium.§.item propter. Instit.de excus.tut. Et qui alium reijcit tanquam pauperem, eodem modo probat.l.si creditores.§.fi.ff.de priuil.credi. Idem in patrono sub prætextu paupertatis alimenta petente à liberto suo.l.fi.ff.de li.ag. Et è conuerso qui tenetur eligere diuitem, debet illam qualitatem probare.l.1.§.si magistratus.ff. de magist.conuen. dict.l. non est necesse. & ibi Raph. Fulg. Idem in eo qui dicit collegam fuisse tempore finiti officij diuitem. d.l. ex persona. C. de prob. cum sim.* † *Quomodo autem pro-* 5 *betur diuitiæ vel paupertas, dic vt in d.§.qui pro rei qualitate.per Ale. & Ias. & in l.si constante, in prin.ff.sol.mat.*

¶ ADDIT. Quòd allegantι paupertatem vel diuitias ad fundamentum intentionis, incumbat onus probandi, & qualiter probentur diuitiæ vel paupertas, vide Alex.consi. 37.consultus.lib.7.& consi.91. repetitus.eod.lib. Calca. consi.8.in causa pendente.col.7.& seq. Roma. consi.245. ad primum.in vltim.dubio.Soci.consi.30.in causa dominæ Agnetis.per totum consi.lib.4. & consi.24. omnipotens Deus.colum.antepenult.lib.1.Bolog.in consi.59.visis igitur.col.penul. Purpuratum & alios Moder. in l.1. fol.6.num.92.& 93.ff.si cert.pet.Ang.in §. hinc nobis de hæred. & falci.collat.prima. Petrum de Moncada in addit.ad tracta.de testib. Crotum fol.3.sub num.24.

PRÆSVMPTIO XXVIII.

1 Corrigere se incontinenti nemo præsumitur.

2 Actus à partibus factus in contrarium quàm conuen-

tum esset, præsumitur potius errore factus, quàm quòd voluerint se partes corrigere.

3 Statutum Mediolanense, quòd maritus non existentibus liberis communibus, præmortua vxore, lucretur dotem, saluo iure liberorum prioris matrimonij: non intelligitur, vt liberi prioris tori succedant in totâ dote, sed secundum l. hac edictali. de secund. nuptijs.

4 Dictio, saluo, stat modificatiuè, non correctiuè.

5 Alienanti rem meam si consensero, saluo iure meo, hæc protestatio intelligitur respectu precij, non ipsius rei.

6 Statuta ita interpretanda sunt, ne videantur incontinenti se corrigere. quod procedit, etiam si caueatur, quòd verba statuti intelligantur ad literam prout iacent: item procedit, etiam si aliqua verba impropriarentur.

7 Statutum loquens in principio alternatiuè, si deinde loquatur copulatiuè, ne videatur se incōtinenti corrigere, copulatiua resoluitur in disiunctiuam.

8 Extensio non est licita in correctorijs ex identitate rationis.

Iura intelligi debent vt concordent, non vt se corrigant. ibidem.

9 Pœnas varias alicui delicto si iura imponant, non censentur se inuicem corrigere, sed dare optionem iudici.

10 Testes inquantum fieri potest, debent ad concordiam reduci.

11 Testator si dixerit, lego Titio talem fundum, & in eo illum instituo: non videtur se testator correxisse, sed erit electio legatarij, an velit titulo legati habere, an verò titulo institutionis.

12 Quis effectus resultet, quod potius institutiōis quàm legati titulo accipiat.

1 *Vigesimooctauò. † Nemo præsumitur in continenti seipsum corrigere. l. non ad ea legata duntaxat. vbi glo. & Docto. ff. de cond. & demon. Bar. in l. 1. §. & parui. col.*

col.2.ff.quod vi aut clàm.But.& Imo.in c.ex parte tua.& infr.secundo.suprà,de offi.& pot.iud dele.Alex.consi.28. col.fi.in 4.vol.Rom.consi.94.visis his quæ narrantur.in 2. col.Alex.in l.si mihi.§.fi.ff.de leg.1.Pro hoc facit, † quia si partes conueniunt facere vnũ,& contrarium fecerint,præsumuntur potius fecisse per errorem, quàm quòd voluerint se corrigere.l.quoties.§.tantundem.ff.de hære.insti. 2

¶ ADDIT. Et Alex egregiè consi.156. viso instrumento.col.secunda,lib.6.

Et firmat Soci.consi.27.in quarta colum. in 4.vol.vbi subdit, quòd quando primum instrumentum est planum, declaratur secundum eo modo ne corrigat præcedens, per supradictam rationem, & quod notant Angel. & Imol. in l. si quis cùm aliter.ff. de verb.oblig. facit etiam quod not.Com.consilio 34.pater vxori. † Vnde per istam rationem aliàs consului cum Decio, quòd statutum Mediolani, quo dicitur, quòd maritus non existentibus liberis communibus, præmortua vxore lucretur dotem, saluo iure liberorum prioris matrimonij: non intelligitur generaliter, vt filij prioris matrimonij succedant in tota dote, secundum senatuscons. Orfi. de quo in l. 1. C.ad Orfic.sed refertur solùm ad l.hac edictali.C. de secund. nupt. quia aliàs statutum in continenti se corrigeret, per supradicta: & † quia illa dictio, saluo, stat modificatiuè, non correctiuè, vt est glo.in l.item Labeo.ff.famil.erci.cum concor. & in terminis consuluit Bald.consilio 273. supposito statuto.in 2. vt latius habetur per Decium consi.283. in nouissimis. Adde quod notabiliter voluerunt Iac.But. & Ias.in l.si fundum per fideicõmissum.ff.de legat.1. † vbi si consentiam tertio alienanti rem meam, cum protestatione, saluo iure meo: ista protestatio intelligitur, nisi respectu precij, non autẽ ipsius rei.argu.l.mater.C.de rei vend. quia aliter ista reseruatio corrigeret in totum consensum 3 4 5

prius

prius præstitum : & est de mente Dyni, Oldr. & Raph. Com. ibi. Ad idem facit quod no. Alex. consi. 135. in vl. col.
6 *versi. præterea ista. in 1. vol. vbi concludit, † quòd in statutis per talem reseruationem semper debet fieri interpretatio, ne præcedentia corrigantur. Et istud procedit, etiam vbi caueretur quòd verba in statutis intelligerentur ad literam prout iacet, secundum Anch. consi. 423. viso puncto. in 2. col. Item procedit, etiam si aliqua verba impropriarentur, secundum Lud. Rom. consi. 104. incip. pater reuerende.*
7 *vbi † si statutum loquatur in principio de cessantibus siue fugitiuis, & sic alternatiuè, deinde loquatur copulatiuè, illa copula resoluetur in disiunctiuam, ne censeantur statuentes incontinenti se correxisse. arg. notatorum per Cy. & Bal. in l. fin. C. per quas perso. nob. acq. Et ad supradictam præsumptionem facit generaliter, quia quælibet correctio est euitanda. l. sancimus. C. de testa. Vnde*
8 *† in correctoriis non est licita extensio ex identitate rationis. l. præcipimus. vbi Bart. C. de appell. Auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. Et iura debent intelligi vt concordent, non vt se corrigant. c. cùm expediret. de elect. in 6. l. fin. C. de eden. Et fa. gl. notabilis in c. fraternitatis. 34. distinct.*
9 *vbi † si iura imponunt varias pœnas alicui delicto, non censentur se inuicem corrigere, sed potius dare electionem iudici: de quo per Fel. in c. inter cæteras. suprà, de rescrip.*
10 *† Et idem procedit etiam in testibus, qui debent, quantum poßibile est, reduci ad concordiam. c. cùm tu. vbi not. suprà, de testibus Dy. & Bald. in l. 2. ff. de cond. insti. cum concord.*

ADDIT. Et amplissimè Alex. post Imo. in l. inter stipulantem. § si Stichum. de verb. oblig. & Fel. in c. cùm tu. de testib. Et Ioan. Crotus in tract. de testi. num. 127. cum sex vel septem columnis seq. in quibus locis abundè traditur quomodo & qua via testes contrarij ad concordiam reducan-

cantur, & an reducantur ad euitandam pœnam periurij vel falsi solùm, an verò etiam ad probandum.

Et generaliter idem est in quacunque materia, secundum Alex consi.141. viso testamento. col.3. in secundo vol. † *Et hæc inferuntur ad quæstionem, quando testator dixit,* 11 *lego Titio talem fundum, & in eo illum instituo. Nam quamuis institutio differat à legato, non tamen videtur testator seipsum correxisse, sed potius erit electio legatarij, an velit habere titulo legati, an titulo institutionis in re certa. d.l. non ad ea.* † *Et effectus est magnus, quia isto se-* 12 *cundo casu non tenebitur accipere rem de manu hæredis, iuxta l. non dubium. cum ibi no. C. de leg. sed poterit accipere propria autoritate, secundum Bar. & Doct. in l. ex facto. ff. de hæred. insti. Ias. post alios in l. quoties. C. cod. tit. Et in dubio præsumetur accepisse isto titulo tanquam pleniore. arg. l. si ita scriptum. 2. & quod ibi not. Bal. ff. de hære. instit. quod not. Et fa. tex. in l. si quis seruo. ff. de manumiss. testa. & in l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebell. Bar. in l. si Titio 1. ff. de vsufr. leg. & in l. centurio. in 4. quæst. principali. ff. de vulgar. & pupillari.*

PRÆSVMPTIO XXIX.

1 Teste post perhibitum testimonium corrigēte dictum suum, contra eum præsumitur, nisi se incontinenti corrigat. Limitatur nu.10.

2 Testis quando dicatur incontinenti dictum suum corrigere.

3 Testis potest dictum suum corrigere, si alleget aliquam causam erroris seu correctionis. Intellige, si causa sit iusta, probabilis vel verisimilis.

4 Obliuio verisimilis, est iusta causa quòd testis potest dictum corrigere: secus si non sit verisimilis.

5 Testis potest declarare verba, & sub prætextu declarationis mutare dicta, modò talis declaratio consonet.

6 Testis si sit contrarius, an standum sit primo vel secundo dicto. & nu.8.

7 Quid

7 Quid autem si in diuersis iudicijs reperiatur deposuisse contraria.

9 Testes duo si deponant postea contrarium eius quod prius deposuerant, an sententia sit ferenda secundũ primam depositionem.

10 Teste corrigente dictum suum metu tormentorum ante publicationem, statur correctioni, & sic secundo dicto. quod qualiter intelligatur, latissimè disquiritur vsque ad finem.

11 Confessio facta in tormentis, quando quis de alio interrogatur, est validior, quàm prima sine tormentis. Secus quando quis de se interrogatur.

12 Libera persona non debet de re alterius attestari cum tormentis, nisi sit vilis & infamis.

13 Testis qui non debet admitti sine tortura, si admittatur, eius dicto non creditur.

14 Testis si reuocat dictum suum, diminuitur de fide sua, & nocet parti licet non citata.

1 *Vigesimononò. † Præsumitur contra testem, qui postquam testimonium perhibuit, mutat seu corrigit dictum suum, nisi incontinenti hoc faciat. c. præterea. suprà, de testi. cog. redditur enim suspectus, tanquam subornatus à parte, vbi habetur, & in §. quia verò multi. vbi gl. in ver. non etiam. in Auth. de testib.* 2 *† Et dicitur incontinenti, antequam compleat dictum suum, vel sit dimissus à iudice seu examinatore, secundum Bald. in l. lecta. & ibi Ias. in penul. char. ff. si cert. pet. Idem etiam si corrigat antequam publicatæ sint attestationes, quia adhuc dicitur in continenti, dummodò probetur eum nõ fuisse colloquutum cum partibus, & sic tollatur ista præsumptio subornationis: & si esset testis notæ fidei & magnæ autoritatis, propè esset vt staretur iuramento suo, secundum Bald. in d. c. præterea. arg. c. vltra tertiam. suprà, de testib. facit l. non omnes. §. fi. ff. de re milit.* 3 *† Intellige tamen istud procedere, quando testis allegaret aliquam causam coloratam erroris seu correctionis,*

ctionis, secundum Imol. & Fel. in d. c. præterea. & Bar. in l. eos. ff. de fal.

¶ ADDIT. Vide Crotum in tractat. de testib. folio 21. nu. 341. & 343.

† Et esset iusta causa, si allegarent obliuionem in tempore: quia illa est magis verisimilis. Si verò obliuio non esset verisimilis, tūc secus, vt dicit Bal. in l. presbyteri. C. de epi. & cler. vbi subdit, quòd si quis dicat se non recordari de eo, quod est valdè verisimile quòd recordetur, debet puniri: & solent latrunculatores illud dictū practicare, vt subijciant talem torturæ. † Et putarem supradicta procedere, etiam si testis ipse mutet aliqua sub prætextu declarationis verborum, quando talis declaratio nō benè consonaret: quia nec tūc debet hoc permitti: sicut in simili dicimus de iudice. l. ab executore. in prin. vbi no. ff. de appell. & ita intelligo no. in c. cùm clamor. suprà, de testib. facit quod not. Card. in c. cùm ad sedem. de restit. spol. Abb. in c. cùm dilecti. de donat. Andr. Sicul. consi. 3. in penul. char. in secundo. Sed dubitatur, † si testis sit contrarius, nunquid standum sit primo vel secundo dicto. Et si sit contrarius in eadem depositione, clarum est quòd nō statur alicui dicto, imò reijcitur in totum tanquam falsus. c. licet causam. suprà, de probat. l. eos. ff. de falsis. l. qui falsa. vbi Sal. Ful. & Floria. ff. de testi. & est communis opinio, cum aliquib. declarationibus positis per Feli. in c. cùm in tua. in 1. conclus. suprà, de testib. Si verò est contrarius in alia depositione eiusdem causæ, tunc Bar. in d. l. eos. videtur præsupponere. quòd sit idem: & etiam Fulg. in d. l. qui falsa. dum dicit, quòd prima depositio quæ fuit perfecta in se, annullatur ex post facto per reuocationē factam in alio examine: quia ex quo in hoc secundo apparet quòd est testis falsus & periurus, lex præsumit idē de prima examinatione. arg. l. si hi qui. C. de adul. Et idem videntur tenuisse But. & Imol. in d. c. cùm in tua.

4

5

6

¶ AD-

¶ ADDIT. Et huius sententiæ, quòd nec primum nec secundum dictum valeat, fuit Crotus in tracta. de restib. num. 344. vbi dicit opinionem contrariam non esse tenendam.

Sed Abb. in d. c. cùm in tua. tenet contrarium, quòd non stetur primo dicto. arg. d. c. præterea. vbi Innoc. Ioan. And. Imo. & Mod. idem tenent, & est de mente Baldi in l. 3. C. ad legem Iul. de adult. Et suadetur optima ratione, quia talis testis præsumitur subornatus à parte, vt est glo. in d. c. præterea. ergo sequitur quòd primum dictum præsumatur verius, aliàs esset in potestate testis annullare dictum suum, & tollere ius quæsitum parti. Nec ratio Fulg. per d. l. si in adulterij. quicquam valet: quia ille text. non procedit simpliciter, quòd ex præsenti præsumatur retrò: sed alia ratione, de qua latius suprà vidimus. Eandem opin. etiam tenet Aret. in d. c cùm in tua. quando pars, pro qua testis semel præsens deposuit, opposuisset ne repeteretur: secus si nihil opposuisset. allegat Bal. in Auth. qui semel. C. de probat. Sed mihi placet generaliter opin. Abb. quòd stetur primo dicto. Et ad quasdam rationes Aretini ibi respondendum est, quòd procederent vbi lex non præsumeret subornationem, ex quo ista subornatio non debet prodesse subornatori, quia delictum suum nemini debet esse vtile. l. itaque fullo. ff. de furt. l. Seruius. ff. quod vi aut clàm. Et ex hoc à fortiori infertur, † quòd si ista reuocatio sit facta in alio iudicio siue ciuili siue criminali, quòd stabitur primo dicto. c. sicut. suprà, de testib. vbi Aret. & alij attingunt, & est communis opinio, vt per Felin. in d. c. cùm in tua. per Tindarum in tract. de testib. variantibus. in secundo lib. Decium consi. 175. & consi. 189.

7

¶ ADDIT. Hoc sequitur Ioan. Crotus in d. tract. de testib. nu. 344. versi. secundus casus &c. dummodò hæc reuocatio seu contrarietas fiat in alia causa, & alia instantia, & diuersæ sint personæ litigantes. secus quando est eadem

causa,

causa, & eædem sunt personæ litigantes, licet diuersæ sint instantiæ, quia tunc neutrum dictum valet.

† *Debilitatur tamen istud primum dictum, quia talis testis nō dicetur maior omni exceptione. Et propterea dicit Card. in c. veniens. 2. in fin. suprà, de testib. quòd ad dictum talis testis non posset deferri iuramentū in supplementum probationis, sequitur Fel. post alios in d. c. præterea. & in d. c. cùm in tua. & Alexan. consi. 19. in pen. col. in 4.* † *Sed quid si essent duo testes, nunquid probaretur sufficienter ad ferendam sententiam ex priori dicto, licet prius reuocassent? Et videretur quòd non, quia ex numero oritur maior suspicio falsitatis contra primū dictum, arg. notatorum per Bar. in l. 1. §. idem Cor. ff. de quæst. per Bal. cōsi. 427. in 5. & in c. ad nostram. suprà, de proba. Et hoc videtur voluisse Alex. consi. 112. in pen. col. in 4. & de mente Are. in d. c. cùm in tua. Videretur contrariū esse verius, quia in causis ciuilibus duo testes sufficiunt, licet non sint omni exceptione maiores, vt per Io. And. in c. quod pro causa. suprà, de procur. Pau. de Cast. in l. fi. C. de prob. And. Sicul. & alios in c. at si clerici. in gl. 3. suprà, de iud. Et istud videtur de mente Doct. qui loquuntur tantummodò de vno corrigente, non de duobus: & est ratio, quia probatio quæ fit per vnū testem & iuramentum, est probatio priuilegiata, meritò de facili cessat. Secus quando sunt duo, quia talis probatio fundatur ex iure communi. ar. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. milit. Nec obstat, quòd ex numero reuocātium prius dicta, oritur maior suspicio: quia ex eodem numero etiam efficacior est prima probatio, vbi lex voluit stari propter præsumptionem subornationis. d. c. sicut. & d. c. præterea. & c. per tuas suprà, de probat. Faterer tamen quādo iudex haberet valdè suspectum primum dictum, quòd non deberet iudicare, nisi præstito iuramento in supplemētum probationis parti, ex quo plus quàm semiplenè probauit. c. fin.*

8 9

de iureiur. & no. in d. l. admonēdi. de iureiur. Declarantur
10 supradicta, dum dixi, † quòd testis nō potest corrigere dictū suum nisi incontinenti, aliàs staretur primo dicto, vt non procedant quando testis metu tormentorū corrigeret dictū suum ante publicationē: nā tunc staretur tali correctioni, secundū Bar. & Ang. in l. si postulauerit. §. sed & si negauerimus. ff. ad leg. Iul. de adul. vbi subdunt, quòd boni assessores faciunt quòd non reperiatur nisi vnū dictū, videlicet post tormenta. Facit pro ista opin. quod dicit idem Bar.
11 in l. 1. §. quæstioni. ff. de quæstion. † vbi dicit in teste variante, quòd quando quis de alio tātū interrogatur, validior est secunda confeßio facta in tormentis, quàm prima sine tormentis. §. 1. in Auth. de testib. not. in l. cùm probatio. ff. de probat. licet secus sit, quādo de se tantū torquetur, vel de se & de alio. d. l. 1. §. diuus. & §. quæstioni. & §. si quis vltro. Et sequitur Aret. cons. 61. Soc. cōs. 253. in 2. col. Decius cons. 175. in 10 col. versi. non obstat. Tindarus in dicto tract. in 1. parte. c. 3. Dicunt tamen Mod. in d. §. quæstioni. quòd nō vident aliquam rationem differentiæ istius doctrinæ. Adde quòd etiam illud dictum Bar. quòd cauti assessores faciunt, quòd reperiatur in actis nisi vnum dictū, non videtur verum: quia ex quo ista variatio diminuit de fide testis, inter est partis vt de ea cōstet in actis, iuxta no. per Bal. in l. 3. C. de testi. & traditur in c. quoniam contra. supra, de probat. Sed tu aduerte, quòd doctrina Bar. est vera, si benè intelligatur: & propterea sciendum est, † quòd nunquam perso-
12 na libera debet attestari de re alterius in tormentis. l. ex libero. ff. de quæstio. nisi sit testis valdè vilis & infamis. §. 1. in Auth. de testib. vel seruilis conditionis. l. seruis. ff. de testib. Idem in excommunicato, secundum Bald. in c. 2. de testib. cog. & in c. 1. de summa trinit. & fide cathol. Tales ergo non admittuntur ad testimonium, nisi cum tortura: quia tunc eorum dictum suppletur per quæstionem. Et

pro-

propterea † si accidat quòd hi sint admißi sine tortura, non 13
creditur eorum dicto, sed statur dicto in tormentis: imò solùm illud dictum in actis debet poni. & ita intelligitur Bar. in d. §. quæstioni. & in d. §. sed & si negauerit. vbi tex. præcise loquitur in seruis. & etiam d. §. 1. in Authen. de testi. qui loquitur in vilißimis & in ignotis personis. quæ iura allegat Barto. & secundum ea debet intelligi, iuxta not. per eum in l. non solùm. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. Dum ergo Bart. dicit, quòd quando quis de altero tantùm interrogatur in tormentis, non potest intelligi in homine libero, quia talis non torquetur in testimonium. d. l. ex libero. & per Alex. consi. 11. in 1. vol. torquetur enim tantummodò ex delicto suo: licet in consequentiam attestetur aliquando de alieno, iuxta not. in l. fin. C. de accus. & doctrinam Bart. in l. repeti. ff. de quæst. Et propterea,
† quando aliquis testis reuocat dictum suum, diminuitur 14
de fide sua, & nocet parti, licet non citatæ: quia ista reuocatio fit quò ad ipsum principaliter, non autem quò ad formam testimonij, quò ad partem, iuxta not. in c. per tuas. suprà, de proba. Et sic apparet manifesta ratio doctrinæ Bartoli. Alij tamen videntur intellexisse istud generaliter, quòd imò stetur secundo dicto in tormentis, ex quo metu tormentorum præsumitur dixisse veritatem, secundum Abb. in d. c. per tuas. & Barthol. Veronen. consi. 61. in vlti. col. Sed istud mihi non placet: quia d. §. sed & si negauerit. procedit tantummodò in his qui non admittuntur in testimonium, nisi cum tortura, vt suprà ostendi: & ratio Abb. in homine libero concludit oppositũ, quia lex præsumit hominem liberum dicere veritatẽ ex se, & si adhibeantur tormenta, eorum metu variare, vt per Bart. in d. §. quæstioni. & in l. 1. in 2. col. C. de confess. Sed in seruis & infamibus, secus: quia præsumuntur mendaces, & non dicere veritatẽ, nisi metu pœnæ. Et ex his infertur, quòd si detur casus,

in quo liber homo non admittitur nisi cum tormentis, tunc idem esset quod in cæteris seruis & infamibus: puta quando testis in ipsamet prima depositione est varius, vel agitur de aliquo suo delicto: nam tunc staretur illi dicto in quo perseuerauit in tormentis. l. vnius. §. testes ff. de quæstio. Et ita intelligitur quod not. Bartol. in d. l. eos. Bald. in l. fina. C. de quæstio. Angel. in l. de tormentis. eod. titul. Lud. Roma. singul. 799. in vlti. chart. Tindarus in d. tracta. suo, in prima part. c. 3. & ita saluatur Abb. in d. c. per tuas. & declarat Aret. ibi. & videtur etiam ita intellexisse Felin. in d. c. cùm in tua. penulti. col. in prima conclusio. suprà, de testi. Si verò semel benè deposuisset in ciuili iudicio, licet deinde reuocaret in tormentis, staretur primo dicto, per doctrinam Bartol. in d. §. quæstioni. declarando vt suprà. Et ista est vera & cõmunis opin. licet in practica viderim dubitari, per no. per Barthol. Verone. consi. 61. qui dum conatur reddere ius nostrum cautelosum, ipse incautè loquutus est.

¶ ADDIT. Secundò potes limitare quod suprà conclusum fuit, standum primo dicto, quando testis ex interuallo contraria deposuit: vt non procedat, quando primum dictum testis fuisset in iudicio nullo, & secundum dictum fuisset in iudicio valido, quia tunc staretur secundo, nec noceret contrarium dictum in iudicio nullo, secundum notabilem gloss. in c. cùm causam. in gloss. fina. quam sequuntur ibi omnes. de testibus. & Anto. & Felin. in d. c. cùm in tua. Abbas & Areti. in c. per tuas. de probatio. & Crotus in dicto tract. de testib. numer. 344. versic. tertius casus.

PRÆSVMPTIO XXX.

1 Præsumitur contra eum qui vult innouare.

2 Statutum si habeat interpretationem seruari solitam, ab illa non est in iudicando recedendum.

3 Ab opinione in aliquo foro approbata secundum consuetu-

suetudinem, iudex non debet in tali foro in iudicando recedere, licet communis sit in contrarium.

4 Ab antiqua practica non est recedendum.

Trigesimò. Præsumitur † contra eum, qui vellet innouare: quia nouitates plerunque pariunt discordiam. 11. distinct. c. quis nesciat. & c. consuetudinis. suprà, de consuet. quod notant ibi Doctor. contra eos, qui tenent nouas opiniones, & qui inducunt nouas sectas seu religiones. Quod intellige, nisi ista nouitas esset vtilis, secundũ Barb. ibi, & c. capellanus. suprà, de ferijs. Et facit quod not. Bal. in l. in rebus. per illum text. ff. de constit. princip. vbi præsumitur contra innouantes regimina ciuitatis. Et dicunt ibi Angel. & Moder. quòd qui sunt deputati super bono regimine, non possunt aliquid innouare, nisi sit euidens causa vtilitatis. facit etiam text. in l. minimè. ff. de legibus. & quod not. Alexan. per illum text. consi. 135. in vlti. colum. in primo. Socin. consi. 271. secunda col. † vbi quando statutum habet aliquam interpretationem obseruari solitam, non debet aliquis Doctor in iudicando ab illa recedere. Facit quod notat Math. in tractatu suo, de elect. opin. vbi dicit, quòd † quando aliqua opinio est approbata in aliquo foro per consuetudinem, non debet iudex in tali foro ab ea opinione recedere: licet communis sit in contrarium. argu. d. l. minimè. & in l. in interpretatione. eod. titul. & quod notatur in d. l. à patre. C. de iure dotium. Et dicit Bald. in l. illud. per illum tex. ff. de excus. tu. † quòd ab antiqua practica non est recedendum. sequitur Anchar. consi. 177. visis. versi. quinto. de quo etiam per Abb. & Moder. in c. 1. suprà. de constitutio.

1 2 3 4

¶ ADDIT. Accedat quod notabiliter voluit Ang in l. fina. C. de cano. largit. lib. 10. & sequitur Felin. per illum text. in c. 2. colum. 6. in versi. stylus. & ibi etiam præceptor meus à Ripa, col. 9. suprà, de rescrip. & Ias. in l. 1. § 1. versi. adde fortius. si quis ius dicen. non obtemp. videlicet quòd

si citatio fuerit facta contra antiquam & consuetam practicandi formam, & secundum nouam & inconsuetam, non tenetur citatus comparere, quia præsumitur contra talem nouitatem: vt puta si in præcepto citatorio in ciuilibus solitum erat dici, vt compareat sub pœna decem librarum, & nunc diceretur sub pœna æris & personæ. Accedat etiam quod voluit Ang. in l. 1. ff. de offic. assess. & ibi Doct. & Felin. in d. c. 2. col. qua suprà, quòd iudex potest reijcere libellum deuiantem ab antiqua & consueta practica seu stylo. Benè facit quod volunt Abb. Felin. & alij communiter in d. c. 2. per illum tex. quòd rescriptum principis deuians à consueto & antiquo stylo suæ Cancellariæ, & continens nouas & insolitas clausulas, præsumitur falsum, nec venit exequendum: & ibi Felin. illud infinitis similibus & concord. corroborat, ex quibus optimè posset hæc præsumptio locupletari, ad quem sufficiat remissio. & ibi etiam vide Domi. meum à Ripa, & pro dote vide multa cumulata per Curtium Seniorem consi. 73. super memorata. col. antepenul. vsque ad finem consilij, à quo habuerunt omnes Moder. ea quæ adducunt in d. c. 2. de rescriptis.

PRÆSVMPTIO XXXI.

1 Varietas responsionis inducit fraudis suspicionem.
2 Positionibus clarè respondendum est.
3 Testis varius præsumitur dolosè deposuisse.
4 Testium dicta ita interpretanda sunt, vt euitetur contrarietas, & non incidant in falsum.
5 Testis rusticus & idiota sibi contrarius, non præsumitur dolo, sed fatuitate contrarius.
6 Teste variante regulariter in eo præsumitur potius dolus quàm simplicitas.
7 Actor contraria allegans non auditur: nec sustinetur libellus per clausulam, omni meliori modo &c.
8 Reus an possit contrarias exceptiones opponere.
9 Reus qui iustam habet causam, potest etiam per fraudes se defendere.
10 Aduocatus habens bonam causam, potest se dolo defendere.

TRigesimoprimò. † Ex varietate responsionis præsu- 1 mitur fraus.c.1.vt benefi.eccle. sine di. Et propterea, † debet clarè responderi positionibus, ne ex tali ambiguita- 2 te fraus præsumatur, vt not.in l.1.§. si quis simpliciter.ff. de verb.oblig.& facit tex.in c.si.cum ibi not.inf. de iure-iur.in sexto. vbi respondens contraria & discrepantia positionibus, punitur in amißione causæ, per prædictam rationem. Et eodem modo, † testis varius præsumitur dolosè 3 deposuisse, vnde tenetur pœna falsi.l.eos.ff. de falsis. † Fit 4 tamen in eorum dicto interpretatio, vt quantum poßibile euitetur à contrarietate, vt non incidant in falsum, prout in notabili casu dicit Com.consi.91.per totum. Soci.consi. 56.in penult.colum.in 4. post Bald.consi.247. in primo volumine. vbi dicunt non præsumi dolum in teste, qui dicit vera esse ea, quæ ipse per ætatem scire non potuit. Et quod generaliter notat Alexan.consilio 141. viso testamento.columna quarta.in secundo. Idem in † teste rusti- 5 co & idiota sibi contrario in attestationibus: in quo non præsumitur dolus, sed fatuitas, secundum Angelum in Authentica, de testibus. §. & licet. Socinum in lege, si is qui ducenta.§. vtrum. ff. de rebus dubijs. de quo tamen vide Baldum in lege, scripturæ.colum.finali. C. de fide instrumentorum.& Modernio.in lege, vbi repugnantia. ff.de regulis iuris.

¶ ADDIT. Vult allegare Decium, quem etiam vide in capitulo, solicitudinem.col.2.in octauo notabili.de appella.extrà.

Aliàs † regulariter in teste variante potius præsumi- 6 tur dolus, quàm simplicitas, & tenebitur falsi, secundum Aretinum in capitulo, in nostra.suprà, de testibus.& dixi in lege prima.§.penultimo.in vltima columna.ff.de verborum obligationibus. † Ex eadem ratione etiam reijci- 7 tur actor qui contraria allegat. lege prima. C. de furtis.

Nec sustineretur libellus per clausulam, omni meliori modo, secundum Baldum in lege tertia. C. de probationibus. & in lege, edita. C. de edendo. quem refert & sequitur Alexander consilio 110. in quinto. & quod notat A[illegible] consilio 150. in fine. Et dicit Baldus in lege, cùm precum. C. de liberali causa. quòd si quis alleget contraria, potest pars vnum acceptare.

¶ ADDIT. Istud dictum Baldi refert & sequitur Deci. in d.c. solicitudinem. in octauo notab.

8 † *Nunquid autem reus posit ponere exceptiones contrarias? Dicendum est quòd sic. l. nemo probibetur. ibi Doct. ff. de except. & simul proponendo censetur subdisiunctiuè proponere, secundum Inno. quem ibi sequuntur Doct. in c. auditis. de præscrip. per Bartol. in l. 1. C. de fal. cau. adiect. lega. de quo etiam per Moder. in l. nemo ex his. ff. de regul. iur.* 9 † *Et potest reus, qui in veritate iustam habet causam, se defendere etiam per fraudes. Et idem in aduocato habente in se bonam causam, secundum glo. 23. quæst. 2. c. dominus. quam exornat And. Sic. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbo. obli. & facit quod not. Archid. & Gemi. in c. cupientes. de elect. in sexto.*

PRÆSVMPTIO XXXII.

1. Principio malo inchoata, non præsumuntur bonum exitum sortiri.
2. Principium an finis debeat inspici, remissiuè & decisiuè.
3. Furtum vt dicatur manifestum, attenditur principium. & quare.

1 T*Rigesimosecundò.* † *Nō præsumuntur bono exitu perfici, quæ malo sunt inchoata principio. 1. quæst. 1. principatus. & 61. distin. c. miramur. & text. in Auth. quomodo oportet. in prin. Quod* 2 † *facit ad illud brocardicū, vtrum principium vel finis debeat inspici: de quo per gloss. in c. dudum. 1. suprà, de electionibus. Et dicit ibi Abbas, quòd in*

hoc

hoc non potest dari certa doctrina, sed secundum varietatem casuum, & subiectam materiam, casus sint decidendi. De hoc etiam habetur per gloss. & ibi Doctor. in c. scientes, in [illegible] de [illegible] lib.

¶ ADDIT. Et vltra loca hîc allegata, an inspiciendum sit principium an finis, vide Nico. Euerar. Presidem in locis legalibus, in loco à virtute finis, qui est locus vltimus in ordine. Et in criminalibus an inspiciatur initium, an verò finis seu exitus, vide latissimè Hippol. Marsil. in practica crim. §. vlterius. in prin. & per duas col. vbi alleg. innumeras concord. & accumulat plura similia & egregia dicta ad dotem huius præsumptionis. Et eundem in sing. 225. in delictis. & in d. practica. §. quoniam. nu. 91. & seq. ad quem me remitto, ne chartas occupem.

Tu dic, quòd si finis habet necessariam dependentiam à principio, tunc attẽdimus principium. l. 3. §. Seio. vbi Bar. declarat. ff. de minoribus. Idem si non sit necessitas præcisa, sed causatiua, seu proueniens ex commoditate verisimili, secundum Bart. in l. 1. per illum tex. ff. qui potio. in pigno. habe. & quod notat Soc. cons. 41. in quarto. Et facit tex. in l. si quis in seruitute. ff. de furtis. vbi † ad hoc quòd furtum manifestum dicatur, attendimus principium furti facti. Et est ratio, quia illud esse manifestum, est quædam qualitas, quæ debet regulari secundum tempus subiecti, ex quo sine illo esse non potest. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. Ad idem facit l. 1. ff. de regula Caton. Vbi verò finis non habet necessariam consequentiam ad principium, tunc finis ipse attenditur. l. 3. §. si quis cum minore. de minorib. l. si quis. ff. de ritu nupt. Idem si simus in aliquo actu, cuius principium ex se nihil operaretur, sed fieret propter finem: quia tunc finis attenderetur. l. receptum. ff. cõmu. prædio. l. cùm furiosus. ff. de iud. §. sufficit. Inst. de ingen. l. non intelligitur. §. quando autem. ff. de iure fisc. Facit regula, quòd nihil dicitur factum, cùm aliquid superest agendum.

3

l.pen.in fin.C.de his quib.vt indig. vnde Lucanus: Nil actum credens, cùm quid superesset agendum. Cætera dicenda sunt vt per Iaso. in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. & aliquid per eundem in l. inter stipulãtem. §.sacram.in pen.col.ff.de verb.oblig. & Moder. in l.quod ab initio.ff.de reg. iur.

PRÆSVMPTIO XXXIII.

1 Agere ex vno contractu contra plures si quis compelleretur, præsumitur damnificari.

2 Agens pluribus actionibus, potest compelli reo instante, eas ponere in vno libello.

1 TRigesimotertiò. † *Præsumitur ille dãnificari, qui ex vno contractu compelleretur agere cum pluribus.l.& ancillarum.§.vlt.ff.de pecul.facit tex. in l.tantum.§.penul.ff.iudicatum solui.vbi compelluntur plures fideiussores constituere procuratorem vnum, ne creditor damnificetur agendo cum pluribus. Ad idem quod not.in l. in commodato.§.in duobus. ff. commod. vbi creditor non potest petere partem debiti seu crediti, inuito debitore, sed debet agere ad totum, si ius dicentis iurisdictio hoc patiatur. Ad idem quod not. Mathesi. notab. 110. nota quòd si quis. vbi* 2 *† si quis agat pluribus actionibus reo instante, compelletur agere vno libello.l.non est nouum.ff.de actio.empt.de quo per Fel.in c.cùm inter.inf.de re iud.facit quod notat Bal. in l.cùm eiusdem.ff.de ædil.edic. Ad idem quod not.Pau. de Cas.in l.si quis aliam.per illum text.ff.de solut.& quæ dixi in l.4.§.Cato.in 2.oppos.Bar.in fi.ff.de verb.obliga.*

PRÆSVMPTIO XXXIIII.

TRigesimoquartò. *Episcopus mutans episcopatum, & de minori ad maiorem ecclesiam trãsiẽs, præsumitur id facere ex ambitione & improbitate. c.si quis episcopus. & c.seq.7.quæstio.1.Hoc tamen intellige, nisi mutatio sit facta cum licentia Papæ, ex quo non est verisimile, quòd*

Rom.

Rom. Pontifex eam cōcedat, nisi ex legitima causa, vt dicūt Dd. in c. 1. inf. de cler. nō resi. de quo dic vt ibi habetur.

PRÆSVMPTIO XXXV.

1 Testator presumitur legata ab instituto, voluisse à substituto repetere.
2 Tollitur tamen hæc præsumptio per contrariam presumptionem.
3 Legata relicta ab instituto, eius nomine expresso, an videantur repetita à substituto.
4 Intellectus l. 1. §. id quod ex substitutione. ff. ad legem Falcid. & nu. 8.
5 Portio grauata an accrescat cohæredi cum onere suo.
6 Portio grauata non accrescit cohæredi cū onere, quādo cohæres grauatus, fuerat nominatim grauatus. Intellige & declara vt nu. 7.

TRigesimoquintò. † Præsumitur testatorem legata ab instituto, voluisse repetere à substituto. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. Et est ratio, quia si grauauit primo loco institutum, & consequenter magis dilectum, multò magis censebitur voluisse grauare eos, qui non sunt ita dilecti. l. Publius. §. fi. ff. de condit. Et hæc † regula procedit per viā præsumptionis, consequenter poterit etiam tolli per contrariam præsumptionem, iuxta l. diuus. ff. de in integ. rest. & aliqua exempla ponuntur in d. l. licet. Aliud etiam ponit ibi Bar. videlicet † quando legatum est relictum nominatim ab hærede, eius nomine expresso: nam tunc non censebitur repetitum. l. si plures. de legat. 3. l. Celsus. §. fi. ff. de leg. 2. Et cum ista opinione transeunt communiter Doct. vt ibi latè per Alex. respondentem rationibus Raph. Comen. & Pauli tenentium contrarium. Sed tu aduerte, quia opinio ista contra communem concluderet: probatur † in l. 1. §. id quod ex substitutione. ff. ad leg. Fal. vbi tex. dicit, quòd repudiāte cohærede, à quo aliquid nominatim legatum est, si substitutus pater adeat, legata nō augebuntur. Et sic vult 1 2 3 4

tex.

tex. legata deberi à substituto, licet nō ampliora quàm debuisset ipse hæres. Et intelligere ibi, quòd non augebuntur, quia nullo modo debentur, est intellectus expressè contra literam, & fatua fuisset dubitatio Iurisconsulti. Nec obstat, quòd iste intellectus necessariò debeat teneri, secūdum Alex. in d. l. licet. ex quo, si legata censerentur repetita, non esset aliqua ratio cur nō deberent augeri, sicut quando nominatim non essent relicta. Nam respondeo, quòd imò ratio diuersitatis est in promptu: nam sciendum est, quòd quando ipsa portio grauata accedit non grauatæ, legata nō augentur: secus econtrà. l. quod ab alterutro. ff. ad legem Falcid. Ratio est, quia cùm testator non grauauerit portionem vnius, sed alterius, non est æquum quòd grauato repudiante diminuatur aliquid de portione non grauati, quē testator prædilexit, eum non grauando. Sed quando legatum est factum per illud verbum, quisquis mihi erit hæres: signum est quòd prædilexit legatarios, non magis respectu vnius hæredis, quàm alterius: & propterea legata tunc augentur, vt ea solida absq; detractione Falcidiæ legatarij habeant. Non obstat d. l. si plures. quia vltra responsiones Pauli potest dici, quòd cùm ille tex. loquatur in pluribus gradibus hæredum, si testator grauet aliquos ex eis, & sic saltem duos, puta primum & secundum, satis indicat mentem suam esse non grauare alios. quia sicut considerauit in secundo repudiationem primi, ita considerasset etiam in alijs, si voluisset eos teneri. Quæ ratio cessat, vbi vnus hæres primi gradus solùm est nominatim grauatus. Nō obstat tex. in d. l. Celsus. §. fi. quia omissa solutione aliorum, respondeo quòd ille tex. loquitur in cohærede, qui venit per ius accrescendi, nos in substituto, & ita intellexit Bar. in d. l. si Titio. 2. §. Iulianus. ff. de leg. 2. Inter quos casus est differentia, vt probatur in d. §. Iulianus. vbi in illo casu cohæres tenetur ad legata, quia æquiparatur substituto,

tuto, vnde extra illum casum nõ teneretur, vt mox dicam. † *Pro pleniori ergo expeditione quæro, nunquid ista præsumptio quæ loquitur in substituto, habeat locum etiam in cohærede, ita* ꝙ *portio illi accrescat cum onere legati? Et est dicendum regulariter quòd sic. l. ciuitatib. §. 1. l. si duobus. §. 1. ff. de lega. 1. l. 2. ff. de his quæ in testa. delen. Fallit,* † *quando legatum est relictum nominatim ab vno tantũ. l. Celsus. §. fi. ff. de legat. 2. Et ratio differentiæ de cohærede ad substitutum, hoc casu est, quia plus succurritur cohæredi, cui etiã inuito accrescit portio. l. 1. §. his ita. C. de caduc. tol. per regulam l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisda. cog. quod non est in substituto, qui non cogitur adire ex substitutione. l. cùm proponas C. de hæred. insti. l. nec emere. C. de iure deliber. Præterea substitutus præsumitur minus dilectus, quàm hæres. d. l. Publius. §. fi. vnde si hæres tenebatur, multò magis substitutus: sed cohæres ipse non præsumitur minus dilectus, imò plus, ex quo sibi non fuit iniunctum onus nominatim, sicut alteri. facit l. quoties. ff. ad Trebell. cum l. seq. Sublimitatur* † *tamen ista fallentia, quando isti hæredes non essent instituti, sed essent legitimi & grauati ab intestato: nam tunc licet nominatim legatum sit relictum, tamẽ debebitur à cohærede. d. l. si Titio. §. Iulianus. Et est ratio, quia cùm nõ sint instituti, præsumetur testator prædilexisse legatarios, & solùm fecisse codicillos vt illis consuleret, non vt ipsis hæredibus. §. 1. Inst. de codicil. Et sic erit isto casu eadem ratio quæ in substitutis. Et ista est melior solutio, quàm Bar. in d. §. Iulianus. qui intelligit illũ tex. quando vterq; cohæres erat grauatus: quæ solutio diuinat, & confunditur ex primo responso illius §. sicut etiam solutio Io. de Imo. ibi intelligentis illũ tex. quando legatum non est factum nominatim, sed sub nominibus appellatiuis: quod ex eodem text. confunditur: quia absq; rescripto Seueri, tunc debuisset portio accrescere cum onere suo, &*

5

6

7

tamen

tamen text. dicit contrarium. Cogita tamen, quia ista non sunt tacta per alios: & cætera vide per Doc. in d. l. licet Imperator. Bar. in l. quæ conditio ff. de cõd. & de. & dũ tenui in intellectu d. §. id quod ex substitutione. 8 † *ꝙ si legatum factum sit nominatim ab aliquo, illo repudiante, accrescet portio alteri substituto, & legata non augebuntur: obstare videtur text. in l. qui fundum. §. qui filium. eo. tit. Sed omissis dictis aliorũ, ad illum tex. responde, quòd ibi legatũ fuerat relictũ à filio, vnde arguitur mens testatoris, ꝙ si voluit integrum legatũ solui à filio, verisimiliter voluit quòd ad quemcunq; perueniret portio filij, multò magis teneretur: nam si prætulit legatarios in portione filij, & voluit ꝙ filius solueret legata, quo casu intelligitur de integris, quia lex Falcidia inducitur aduersus voluntatem testatoris. l. Titia ff. eo. meritò si ad extraneum deueniat portio, & ipse tenebitur. Et propterea quãdo vterq; esset filius, magis dubium est, vt dicitur in fi. §. ibi penè eadẽ dicenda sunt &c. licet ẽt tunc sit idẽ iuris: quia si prætulit legatarios in portione propria filij, meritò censebitur prætulisse in eadẽ portione aduentitia alteri. Et quòd ille text. procedat ex ista præsumptione, apparet: quia circa medium, dum loquitur de extraneo, ponit solũmodo casum, quando portio non grauata accedit grauatæ. d. l. quod ab alterutro. nõ autem casum contrarium. & dixi perinde agendum, ac si cuilibet hæredi substitutus fuisset. Illa enim dictio, cuilibet, ostẽdit in isto casu nõ considerari quòd hæres sit filius, sicut in priore. Et nota, ꝙ Do. valdè laborauerunt propter illum tex.*

PRÆSVMPTIO XXXVI.

1. Iniuriam remittens, censetur eam in perpetuum remittere.
2. Emphyteusis simpliciter concessa, censetur in perpetuum concessa. Idem in feudo.
3. Emphyteusis ecclesiastica non censetur perpetuò concessa, sed vsque ad tertiam generationem.

Trigesimo-

TRigesimosextò. † Remittẽs iniuriam, præsumitur in perpetuum remittere, non ad tempus. §. fi. vbi gl. Instit. de iniu. Facit in simili. quòd † concedens in emphyteusim simpliciter, præsumitur in perpetuum concedere. Idẽq́; est in concessione feudali, quia istud est de natura talis actus, vt per Ang. & ibi Alex. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hæred. vbi tamen hoc limitat, † vt non procedat in emphyteusi ecclesiastica: quia talis naturaliter non extenditur vltra tertiam generationem. §. emphyteusim. in Authen. de non alie. per Alex. & alios in l. etiam. ff. sol. mat. & Moder. in c. in præsentia. de probat. 1 2 3

REGVLA TERTIA PRAESVMPTIONVM.

TErtia principalis regula, quòd semper sit præsumptio in meliorem partem. c. estote. infrà, de reg. iur.

PRÆSVMPTIO I.

1 Præsumptio delicti nunquam capi debet, sed actus præsumitur licitus. Limitatur nu. 4. 5. 11. 13.

2 Actus si certo loco vel tempore potuit esse licitus, alio verò illicitus, præsumitur gestus in casu licito.

3 Consilium quod potest se habere ad bonum & ad malum, debet interpretari in meliorem partem.

4 Præsumptio l. meritò. ff. pro socio. an procedat quádo agitur de aliquo condemnando.

5 Delictum presumitur, quando actus prima fronte habet maiorem formam delicti quàm boni. Resolutio traditur num. 10.

Conspiratio licet posit capi in bonam partem, in dubio tamen capitur in malam, ibid.

6 Clericus

6 Clericus si probetur venator, fiet interpretatio, quòd iuerit causa recreationis.

7 Electo non obstat exceptio quę prima fronte sonat in delictum, si illud necessariò non inferat.

8 Testis si confitetur aliquid quod prima fronte sit crimen, si in aliquo casu non posit esse crimen, non repellitur à testimonio in totum tanquam criminosus, licet iudicis arbitrio diminuatur de eius fide.

9 Confessionem propriam potest quilibet interpretari.

11 Filius non pręsumitur legitimus, nec pręsumitur matrimonium, nisi probetur.

13 Delictum potius in dubio præsumimus, quãdo agitur de salute animæ.

14 Testator si sit confessus se fuisse vsurarium, fit interpretatio quòd semper fuit vsurarius.

1 *EX hac regula primò infertur, † quod nunquam capitur præsumptio delicti. l. meritò. ff. pro socio. vbi quis habens rem communem, & ea vtens, non præsumitur velle interuertere ius alterius, sed simpliciter vti iure suo: & propterea contra talem non posset agi furti actione, vt ibi dicitur, & consuluit Barth. Veron. cons. 4. col. 3. Sed si ageret in re communi vltra quàm liceret, si abuteretur, tunc esset secus. l. Sabinus. ff. com. diuid. not. in l. duo fratres. ff. de acq. hær. & per Alex. cons. 103 in 3. col. in 1. vol.*

¶ ADDIT. Et Alex. cons. 30. ex allegatis col 2. li. 7. Rõ. cons 113. pro decisione cum concor. traditis per Hippo. de Mars. in l. 1. n. 68. fol. 4. C. ad leg. Corn. de sicar. vbi multa similia & egregia dicta cumulat ad dotem huius præsumptionis. & in Rub. de fideius. col. 9. num. 47. ad quem te remitto. Adde Curt. Seniorem cons. 20 dominus labia. col. 17. quòd actus indifferens licet sonet in delictum, tamen præsumendus est potius bonus, & in bonam partem, quàm in malam. Et pro hac regula vide eundẽ Cur. cõs 50. in nomine sanctę. col. 9 vbi allegat concor. Adde etiã Hippo. Mars. in d. Rub. de fideius. & in d. l. 1. multa cumulantem, quòd quoties ex aliquo actu possunt capi duo intellectus, & secundum vnum incideret in delictum, secũdum alium

alium non, capiendus est intellectus, per quem non præsumitur delinquere. vide etiam Alex. conf. 15. viso processu. col. 2. lib. 3.

Facit quod no. Bar. & Doct. per istam regulam, in l. non solum. §. [illegible] vt probari. ff. de oper. noui nunc. † vbi si certo loco vel tẽpore actus potuit esse licitus, alio verò illicitus, lex præsumit gestum in casu licito, de quo per Doc. in c. auditis. de præscri. Ale. cons. 52. in 3. Fel. in c. in p̃sentia. in 6. col. suprà. de proba. cum concord. Facit etiam quod no. Bal. in l. 1. C. de ser. fug. & ibi Ias. in 6. col. vbi † consilium quod potest se habere ad bonum, & ad malum, debet interpretari in meliorem partem, & eius interpretatio pertinebit ad eum qui dedit. arg. l. actorum. ff. de re iud. & eo non interpretante, lex ipsa interpretatur. d. l. meritò. sequitur Ale. vbi infert ad notabilem casum in cons. 126. in 4. Et faciũt aliæ similes decisiones, de quibus per Ias. in d. l. 1. in 6. col. Fel. in c. exhibita. & in c. super his. in 8. col. de accus. & in c. nonnulli. §. sunt & alij. in vers. demum. de rescri. & in c. cùm tu. ad fi. de testi. † Limitatur ista regula per Bar. in d. l. meritò. vt non p̃cedat quando ageretur de aliquo condẽnando, quia talis præsumptio licet sit sufficiens ad absolutionẽ obtinendam, nõ tamen est sufficiens vt ex ea aliquis condẽnetur. per gl. iuncto tex. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiu. vt idẽ tenent Doc. & Lud. Rõ. in cons. 340. plura sunt. in princ. Dec. in l. si emancipati. in 4. col. C. de coll.

2

3

4

¶ ADDIT. Ex illa gl. colligunt Do. in varijs locis notabilem regulam, quòd in dubio non præsumitur quis delinquere ex actu quem facit, nisi delictum sit illi fauorabile: & sic per hanc doctrinã glo. limitatur hæc præsumptio, quòd delictũ non præsumatur. Et vltra hîc alleg. vide Ale. in d. conf. 127. saluatoris. lib. 4. & Hipp. de Marf. conf. 77. dominus labia. & conf. 124. licet. col. 2. & conf. 62. summi. col. 3. vbiq; alleg. concord. ibi vide, ne chartas occupem.

Sed tu aduerte, quia gl. in d. §. si pater. nõ probatur ali-

quo iure, & credo, quòd non sit vera: imò si agatur, tãquam aliquid hodie sit in peculio, si reperiatur ipsum peculium, non poterit reus se tueri exceptione iuramenti: quia talis exceptio debet esse concludens. c. cùm in præsentia. de prob at. quod non est in nostro casu, quia stat simul, quòd tempore iuramenti nihil esset, & hodie sit: imò cùm hodie habeat peculium, lex non præsumit, quòd olim habuerit, vt no. in l. ex persona. C. de proba. & suprà vidimus. Et facit, quia non videtur inducenda differentia quò ad probationem, & consequẽter quò ad præsumptionem inter actorem & reũ: quia vterq; concludenter debet probare fundamentum intentionis suæ. d. c. in præsentia. & not. in d. c. super his. de accus. & fa. regula, l. 3. ff. de re iud. Et ista opinio est æquior, ex quo cõis sententia in d. §. si pater. præstat nõ mediocrem occasionem fraudibus. Secundò limitatur, † quãdo actus prima fronte habet maiorem formam delicti, q̃ boni: quia præsumitur potius delictũ. d. c. estote. & c. cùm dilecti. vbi Abb. & cæteri. inf. de accus. & Abb. in d. c. exhibita. de iud. vbi licet cõspiratio poßit capi in bonam partem, in dubio tamen intelligetur in malã. sequitur Feli. in c. fi. per illum tex. de test. cog. Sed tu aduerte, quia in contrariũ vrgent aliquæ decisiones. Et primò obst. doctrina Inno. in c. dudũ. 2. col. pen. de elect. vbi † si probetur clericũ venatorẽ, fiet interpretatio in meliorem partem, q̃ iuerit tantũmodò causa recreationis. sequitur Felin. in d. c. cùm dilecti. & Ale. cõs. 175. inspecto diligenter. col. fi. in 2. alleg. Arch. 86. dist. C. qui venationibus. Et eodem modo dicit But. & Abb. in d. ca. dudũ. q̃ si probetur aliquẽ irascibilẽ, capietur præsumptio in meliorẽ partem, scilicet q̃ istud faciat ex iusta causa. † Secundò obst. doctrina Innoc. cõiter approbata per Doc. in c. super his. in 8. col. vbi latè Fel. vers. 4. conclusio. inf. de accus. vbi concludunt, q̃ exceptio quæ prima fronte sonat in delictum, si necessariò illud non inferat, nõ tamen

5 6 7

obstat

obstat electo. arg. c. in præsentia. supr. de proba. Unde accusans religiosum quod celebrauit in parochia aliena, non obtinebit, nisi etiam probet eum non habuisse licentiã à presbytero. Clem. 1. de priuil. Lap. alleg. 126. & dixi in præcedenti regula, vers. 6. Tertiò obst. quòd notant idem Innoc. & But. in c. 2. de arbi. vbi volunt, † quòd si testis confitetur aliquid quod prima facie est crimen, si in aliquo casu possit non esse crimen, non repellitur à testimonio in totum tanquàm sit criminosus, licet diminuatur de fide, arbitrio iudicis. sequitur Aret. in c. cùm à nobis. in 6. col. vers. nota tamen. de testib. & Fel. in d. c. cùm dilecti. vbi allegat etiam Sal. in l. de tutela. C. de in integ. restit. minorum. 8

Pro resolutione Felin. in d. c. cùm dilecti. distinguit, vt ista limitatio procedat in confitente, ex quo cõfessio interpretatur aduersus confitentem, iuxta not. in c. fi. de confes. in l. 1. C. eod. de confes. sed contraria procedunt in probationib. simplicibus. Mihi non placet ista distinctio, † quia imò ad partem pertinet interpretari propriam confessionem. l. si quis intentione. vbi Bald. ff. de iudic. Bartol. in l. is qui reus. in penultima col. ff. de publ. iudic. cum concordã. per And. Sicul. consil. 3. in penultima charta. in 2. volumi. & aliquid suprà diximus. Unde tu aliter dicas: † quia aut talis actus est reprobatus iure naturali vel diuino, licet aliquo casu non sit reprobatus, & tunc procedit limitatio: & ita loquitur text. in d. c. estote. & in d. cap. cùm dilecti. & quod no. Bart. in l. Aurelius. §. item quæsyt. ff. de liberat. legat. & etiam quod dicit Ang. in l. plagij. C. ad leg. Flauiã. de plag. & Sali. in l. senatus. C. de his qui in testam. sibi ascrib. vbi in reprobatis à iure naturali vel diuino, præsumitur in dubio dolus in delinquente: secus in alijs. Aut est simpliciter reprobatus iure positiuo, & adhuc procedit limitatio: nisi agatur in causa graui seu ardua, puta criminali, ad pœnam vel priuationem à beneficio, quia tũc talis 9 10

præsumptio non sufficeret, vt probatur ex doctrina Bar. in d. §. sed vt probari. Et ita procedunt ea, quæ in contrarium allegantur. Tertiò limitatur prædicta regula, † vt procedat, quanda ille qui dicit actum licitum, probat quòd interuenit causa, quæ potuit facere actum licitum, prout in d. l. meritò. vbi probandum fuit, quòd ille haberet partem in re qua vtebatur: secus si causa talis non probaretur. ita declarat Fel. in d. c. nonnulli. §. sunt & alij. in 7. col. suprà, de rescrip. vbi propter hoc concludit, quòd si alius impetrauit literas, non tamen præsumitur quòd habuerit sufficiẽs mandatum, licet ex hoc sequatur delictũ ipsius impetrantis. facit etiã tex. in c. cùm in iure peritus. & quod ibi Abb. suprà, de offic. deleg. Et hoc facit, † quòd filius in dubio non præsumatur legitimus, nec præsumatur matrimonium: quãuis ex hoc sequeretur, quod pater deliquisset: quicquid dixerit Barth. Veron. in cautel. 110. incip. is qui in iudicio. Et ista est melior solutio, quàm Decij in d. l. si emancipati. in 3. col. C. de col. de qua suprà dixi. Aduerte tamen, quia ista limitatio intelligenda est procedere, vbi agitur in specie circa inuestigationem alicuius negotij, aliàs in genere, quando quis nõ habet aliquid facere cum alio, debet in dubio præsumere eum non deliquisse, licet non allegetur aliqua causa, super qua fundetur talis præsumptio. ita intelligo gl. in c. si fortè. in verb. scientiæ. vbi Io. And. & Dom. infrà, de electio. in sexto Quartò limitatur, † quando ageretur de vtilitate animæ: quia in dubio potius præsumimus delictum, ex quo istud est tutius. c. consiliũ. de obseru. ieiu. glo. in c. 1. de scruti. in c. iuuenis. de sponsal. Innoc. in c. cùm ad audientiã. de homi. Facit quod dicit Pet. de Anch. cons. 179. prima facie. vbi † si testator confessus est se fuisse vsurarium, fiet interpretatio quòd semper fuerit, ad finem quòd hæres compellatur ad restitutionem: quia istud erit salubrius pro anima defuncti. sequitur Felin. in c. fin. inf. eodem.

11 12 13 14

eodem. & in d.c.in præsentia.in sexta col. & alibi sæpè.

¶ ADDIT. Hanc limitationem, & etiam hoc dictum Anch. refert & sequitur tanquam notabile Hip. de Mars. in sing.151. semper obse.

Sed fortè contraria opinio in casu Anch. est verior, nam ex quo ab origine nemo est vsurarius, non præsumitur quis vnquam retrò vsurarius: vt dicit Bal. in l.1. §. si magistratus. ff. de magistr. conuen. Et propterea videtur, quod talis confeßio dubia & incerta debet restringi, nisi quatenus ex neceßitate infert, & sic quòd tunc de præsenti vel modico tempore ante esset fœneratus: in vnico enim actu non verificaretur tale verbum, prout sentit Paris de Put. in tracta. syndic. in vers. contraherent. & in versic. an officiales. Nec obst. ratio prædicta, quia licet præsumendum sit in partem tutiorem pro anima, tamen in casu nostro sunt plura suadentia contrarium, vnde vna præsumptio tollit aliam. l. diuus. de in integ. restit. Et facit tex. in c. ex parte. infr. de censi. vbi votum incertū interpretatur in minus grauamē, quāuis agatur de vtilitate animæ: ergo idē in confeßione. Facit ēt quod no. Bal. in d.c. in præsentia. vbi si testator dixit se teneri ad restitutionem vsurarū à multis publicè extortarum, non fiet interpretatio, quòd ipse extorserit, sed quòd ab alio extortæ ad eum peruenerint: de quo dic vt ibi per Fel. Aliæ limitationes poterūt colligi ex infrà dicēdis.

PRÆSVMPTIO II.

11 Statutum si requirat testes bonæ æstimationis, an ista qualitas debeat probari: & an iudex ex officio possit de his qualitatibus inquirere.

1 *SEcundò. † Præsumitur quilibet bonus. c. dudum. infrà eod. gl. in c. 1. de scruti. & l. cùm pater. §. rogo. ff. de lega. 2. Et ista est præsumptio naturæ, quia naturaliter quilibet est bonus, secundum gl. in l. fin. ff. quod met. caus. Iacob. de Beluis. in l. omninò. per illum tex. C. de inoffic. testa. Ang. in l. sciendum. in fi. ff. de verb. oblig.*

¶ ADDIT. Et Soci. cons. 15. omnipotens Deus adsit visis. col. 5. lib. 1. & Hippo. de Mars. in l. 1. nu. 67. C. de sicar. vbi allegat concord.

2 *Limitatur primò, † quando ageretur de præiudicio tertij: quia in alterius præiudicium non debet aliquis præsumi bonus, gl. est in c. statutum. §. cùm verò. vers. ab aliquo. de rescrip. in sexto. Facit glo. in c. si quis præpostera. in glo. final. 50. distinct. vbi dicit gloss. quòd non debet aliquis statim credere bono viro. sequitur Feli. in cap. cùm in iure. in prima col. de offic. deleg. & in d. c. fina. infrà eodem. Et secundum hoc limitatur gloss. in l. Titio fundus. ff. de conditionibus &*
3 *demonstrationibus. quæ vult, † quòd credendum sit bono viro: nam istud non procederet, vbi ageretur de præiudicio alterius. Et circa illam gloss. vide And. Sicu. & Fel. latè in c. cùm contingat. in 2. col. de rescrip. Iaso. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit. & per quosdam Moder. in l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæstion. Secundò limitatur*
4 *per Fel. in d. c. fi. † quando talis præsumptio induceret aliquod damnum illi, pro quo præsumitur, per gloss. in d. reg. qui iurasset. §. si pater. ff. de iureiuran. & quia inducta vt prosint, non debent nocere. l. legata inutiliter. ff. de legat. primo. & propter hoc reprobat quandam decisionem Ioannes de Anania in c. in ciuitate. in 8. colum. de vsur. Mihi non placet ista limitatio: quia quilibet debet esse bonus, etiam si de bono opere lapidaretur. c. qualiter & quando.*

2. inf.

2.inf.de accus.& quod not.in c. clericis.inf.de vit.& hon. cleric.vnde cùm debeat esse bonus, meritò debet etiam præsumi. Nec glo. in d. §. si pater. est vera, vt suprà dixi. Nec regula d.l.legata inutiliter, aliquid facit: quia talis præsumptio non est inducta in fauorem alicuius simpliciter, sed procedit generaliter ex natura: quia naturaliter quilibet est bonus, vt suprà dixi. Tertiò limitatur, † quando ageretur de vtilitate animæ. per gloss. in ca. 1. de scrutin. & Anch. in d. consil. 179. de quo dic vt suprà. † Quartò limitatur, quando agitur de aliquo promouendo: quia tunc integritas non præsumitur, imò debet adhiberi aliqualis informatio, secundum Card. in Clementina prima. in secundo notab. de concess. præb. Felin. in d.c. cùm in iure. Sed tu dic, quòd ista non est limitatio ad regulam: quia etiam in tali casu quis præsumitur bonus, licet lex non sit contenta sola præsumptione, sed vlterius requirat adhiberi aliquas informationes: de quo dic vt in c. fina. infrà, eodem. Quintò limitatur, † vbi ex necessitate vitæ præcedentis, aliud induceretur. regula, semel malus. de regul. iuris. in sexto. §. sancimus. in Authen. de testi. l. de minore. §. penultim ff. de quæstio. & per Bald. in l. 1. ante finem. C. si quis omis. causa testa. vbi dicit, quòd quando ex actibus præcedentibus oriretur coniectura doli, talis præponderaret: & † ducentos viginti tres casus, in quibus capitur præsumptio doli vel fraudis, ponit Lucas de Pen. in l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. 11. & dicemus aliquid loco suo. Sextò vltra Doct. declara, † vt licet quis præsumatur bonus, non tamen præsumitur optimus. Et propterea, † si statutum requirat ad probationem alicuius negocij testes optimos, seu optimæ opinionis, debebit illa qualitas articulari & probari, secundum Angel. in l. 2. §. diem. ff. quemad. testa. aper. ponderatur doctrina Bart. in d. §. si quis neget. in vlti. colum. vbi Ioan. de Imol. idem tenet. ead. l. Et idem tenuit

5 6 7 8 9 10

Ang. de Aret. in §. item verborum. Instit. de inutil. stipul. & Alexan. consil. 82. in primo vol. & consil. 42. in quinta col. in 4. Barthol. Veronen. consil. 58. in vlti. columna. Socin. consilio 274. in antepenul. colum. Decius consil. 321. in penultima colum. in nouißimis. & consilio 27. in quarta col. Moderniores in l. nec quæstio. in penultima charta. ff. de quæstionib.

Contrarium tenuit & consuluit Ioan. de Ligna. vt refert Imola in dicto §. si quis neget. per text. in Authentica, sed cùm testator. & melius in corpore vbi sumitur. C. ad legem Falcidiam. vbi lex requirit præsentiam optimorum testium, & tamen non videtur, quòd ista qualitas ibi sit probanda. Et ibi etiam idem tenet Franciscus de Rampo. per illum textum. Et eandem partem sequutus est Andreas Sicul. per quasdam rationes satis leues in capitulo, tertio loco. in penultima charta, de probation. vbi voluit, quòd imò quilibet præsumatur etiam optimus: sed dictum suum nusquam probatur. In eandem opinionem etiam videtur inclinasse Franciscus de Curte, in tractatu de testib. conclusione 35.

Non recedo à prima opinione, quia videtur verior & communior. Nec obstat dicta Authentica, sed cùm testator. quia ille text. non loquitur circa probationem, sed relinquit rem in terminis iuris: vnde si replicaretur in dubiũ veritas inuentarij, putarem illam qualitatem esse probandam. Prætereà ille text. procedit secundum ius commune, sed si statutum hoc requireret, in dubio deberet fieri interpretatio, quòd vellet aliquid agere iure communi. argu. c. in his. infrà, de priuilegijs. per Bar. in l. 2. ff. de vsucapio. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infe. cum simil. per Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. in 2. col. C. de iud.

Et idem puto, etiam si statutum requireret testem omni exceptione maiorem: quia licet quis præsumatur bonus,

non tamen in tali casu præsumeretur maior omni exceptione. & ita loquitur Decius in dicto consi.27.

¶ ADDIT. Omnia quæ in hac limitatione hactenus scripta sunt, & omnes autoritates Doct. hactenus recitatæ, multò plura ad huius limitationis dotem tradit Petrus de Moncada in tractatu, de testibus. quem fecit ad supplendum & perficiendum tractatum Ioannis Croti, qui morte præuentus, non potuit perficere suum tractatum, de testibus. ideò dictus tractatus Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Croti, quem vide numero trecentesimononagesimo secundo, cum pluribus sequentibus. & Hippolytum Marsil. singulari centesimooctogesimoseptimo. qualitas apposita. vbi adducit dicta Angeli in d. lege secunda. §. diem. & in l. vel negare. eodem titulo. Alexandrum & Angelum de Aretio in locis præallegatis.

11 † *Sed quid si statutum diceret, quòd esset bonæ existimationis? Dubium facit: quia licet quis præsumatur bonus, tamen potest esse, quòd ciues eum malum existiment. Sed tamen in isto casu putarem non opus esse istam probare qualitatem: quia quilibet non solùm præsumitur bonus, sed etiam præsumitur bonæ existimationis & famæ. l. penultima. §. primo. ff. de var. & extraor. cognit. l. quæcunq. §. fin. ff. de publi. per Bartolum, in tractatu suo præsumptionum. in principio. Sed pone quòd pars non probauerit vel articulauerit de istis qualitatibus, an iudex ex officio poßit ipse recipere informationes? Circa hoc crederem quòd sic, per glo. in l. 3. in verbo, inimicitiæ. & ibi Salice. ff. de testibus. & glo. in §. 1. in verbo, officij. in Authen. de testib. & ibi Doctores. Et istud poßet fieri etiam publicatis attestationibus. argumento capituli, cùm clamor. supra, de testib. & tales informationes debet iudex redigere in actis, nam aliàs teneretur in syndicatu, per doctrinam Barto. in lege, Lucius. ff. de his qui notantur infamia. Et ita intelligo quod notat Fulgosius in d. l. 3. §. tu magis scire potes. ff. de testibus. Et hoc suadet æquitas.*

PRAESVMPTIO III.

1 Idoneus quilibet esse præsumitur.
Rescriptum si contineat clausulam, si est idoneus, non est opus probare talem qualitatem. ibid.
2 Aetas posita in conditione, regulariter debet probari ab eo qui eam dicit euenisse: & quare.
3 Clausula, si meruerit, si sit idoneus, vel dignus &c. quid operetur in rescripto, cùm regulariter quilibet præsumatur idoneus, meritus, & dignus.
4 Superfluum non dicitur illud, quod licet in sensu directo nihil operetur, operari tamen potest in sensu contrario.
5 Idoneus quilibet præsumitur quò ad mores, non quò ad alia extrinseca. Ideò nemo diues, nemo doctus, nisi probet, præsumitur.

1 *TErtiò.† Quilibet præsumitur idoneus. c. dudum. infr. eodem. prima, quæstione prima. c. sicut. Et propterea in rescripto, in quo apposita sit clausula, Si est idoneus, non erit opus probare talem qualitatem, quamuis positam in conditione: quod est mirum.*

¶ ADDIT. Et ista videtur communis opinio Doctorũ in dicto capitulo, dudum. vbi latissimè Felinus col. antepenultim. cum tribus columnis præcedentibus. vbi latè an debeat probari idoneitas, & verificari ante prouisionem seu collationem, & an debeat præcedere causæ cognitio, & qualis, an verò sufficiat sola præsumptio naturæ, quòd quilibet præsumatur idoneus, nisi contrarium probetur. Et Baldus in lege, neque natales. col. final. cum penulti. iuxta finem. C. de probationibus. Et Oldradus consilio quadragesimoprimo. breuiter videtur. vbi ponit de clausula, si sit vitæ laudabilis. & aliquid per Lapum allegatione sexagesimaprima. visis. Bar. in l. muto. § 1. in fine. ff. de tutelis. Bald. in Margarita. in verbo, clausula. & copiosè Petrus de Ancharano in Clementina prima. columna sexta, & sequenti. de concessione præbend. vbi etiam Imol. colum. secunda, nu. 12. & latius idem Imol. in Clementina prima. columna quarta. de officio delegati. cum similibus.

Sed

Sed videtur facere contra opin. Baldi & Sal. in l. cùm te. C. de prob. de qua suprà dixi, versi. 14. † quòd licet quis præsumatur idoneus ætate, tamen istud nō procedit, quando ætas esset posita in conditione. quia qui dicit conditionem euenisse, debet probare. l. ex his. C. quand. dies leg. ced. Nisi respondeas, quòd istud procedit in ætate quæ ex tempore variatur: sed nos loquimur quò ad mores, qui præsumuntur semper boni. Facit pro ista præsumptione text. in l. seruos. ff. de manu. testa. vbi præsumitur quis dignus libertate, nisi probetur indignus. 2

¶ ADDIT. Benè faciunt pro ista præsumptione quæ tradit Egid. Bellamer. in decis. 76. incipiente, non expressè.

Vnde illa conditio, † si meruerint, vel si dignos iudicaueris, non requirit aliam probationem. Et si diceres, sequeretur ergo quòd in prædictis casibus talis cōditio nihil operaretur, quod tamen videtur inconueninens. l. si quando. ff. de leg. 1. Respondeo, quòd imò multum operatur in sensu contrario: quia censetur illud quod datur, ipso iure adimi in casu quo non sit idoneus, per regulam, quod datum sub vna conditione, censetur sub contraria ademptum. l. aliquando. in fin. ff. de cond. & demonstr. l. si legatum pure. ff. de adim. lega. Et sic nota, † quòd non dicitur superfluum illud, quod in sensu directo non operatur, dúmmodò in contrario poßit operari. Quod facit ad ea, quæ notant Cyn. & Bald. in leg. conuenticulam. C. de epis. & cler. Imol. & Moder. in l. si cùm dotem. in princ. ff. sol. mat. Iaso. in l. 1. in 15. colum. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. vbi si statuta nihil inducant in sensu directo, subditur in eis argumentum à contrario sensu, vt operentur. Intellige istam † regulam, vt quilibet præsumatur idoneus quò ad mores, non autem quò ad alia extrinseca. Et propterea nemo præsumitur idoneus quò ad diuitias, nisi probetur, vt est gloss. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cog. & su- 3 4 5

prà

prà dixi. Item quò ad doctrinam, quia scientia acquiritur multo labore, & longis vigilijs, vnde non præsumitur quis eam habere, vt dicit gloss. in dict. c. si fortè. in verb. scientiæ. de elect.

PRÆSVMPTIO IIII.

1 Immemor æternæ salutis nemo præsumitur.
2 Innocens à peccato quilibet præsumitur.
3 Præsumitur quis sine vitio.
4 Agricola diligens præsumitur innocens & quietus.
5 Confessio iurata facta in testamento, valet & probat: non iurata verò non valet nec probat.
Non omnis moriens præsumitur esse Ioan. Baptista. ibidem.
6 Tutoris defuncti rationibus standum est in expensis paruis: quamuis regulariter requireretur iuramentum tutoris, si viueret.
7 Præsumitur pro scriptura defuncti.
8 Præsumptio, quòd quis moriendo non sit immemor æternæ salutis, non procedit in præiudicium tertij, cui ius iam quæsitum est.
9 Iudici qui moriendo dicit se tulisse falsam sententiam non statur. Idem in teste.
10 Vulneratus mortiferè, si aliquem exculpauerit, an possit ex indicijs procedi contra talem ad torturam.

1 *QVartò. † Nemo præsumitur immemor salutis æternæ. l. fin. C. ad legem Iul. repet. & 1. quæst. 7. c. sancimus. Et* 2 *† quilibet præsumitur innocens à peccato. l. absentem. ff. de pœ. l qui accusare. C. de edẽdo. sicut quilibet præsumitur esse alienus à dolo & culpa. l. dolum. C. de dolo. l. si creditor. C. de pig. act.*

¶ ADDIT. Et l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. vbi Flòria.

3 *Et eodem modò † præsumitur quis sine vitio. l. 1. C. de ædil. act. l. cùm probatio. ff. de probat. Et istam maximè procedunt, suadente hoc aliqua alia coniectura: vnde præsumitur innocens, quem nullus accusauit. l. si adulterium.*

§. idem

§.idem Pollioni.ibi, & si reum nemo postulauit.ff. ad legem Iul.de adult.facit text.in c.cùm in iuuentute.infrà, eod.† Idem si sit diligens agricola, quia talis præsumitur innocens & quietus.l.3.C.de defens.ciuit. Idem etiam in nobili & diuite, quia benè præsumitur de his quibus sunt integræ facultates, & maiorum suorum hæreditates incolumes.l.2.in prin.C.de debit.ciuit.li.10 Idem si quis aliàs sit bonus, quia præsumitur pro re quam ipse gesserit.c. nisi essent.infrà, de præbend.c.omnes.7.quæst.1.& 37.distinct. c. qui de mensa.cum simil.Et ex ista præsumptione infertur, † quòd licet confessio facta in testamento non valeat nec probet, tamen si iurauerit testator, tunc valet: quia nō præsumitur fuisse immemor salutis æternæ.l. cùm quis accedēs §.codicillis. ff.de leg.2. Auth.quod obtinet.vbi Bal. C.de prob.Bart.in l.2.C.commu.de legat.

4

5

¶ ADDIT. De veritate tamen huius dicti vide per Alex. & alios in l.si donatione. C.de collat. & Do.in c.quamuis. de re iud. maximè quid in prohibitis, vt in patre & filijs, marito & secunda vxore, patre & filio naturali vel spurio. Et vide quæ copiosè scripsimus Alciat. & ego in 16. præsumptione, in prima regula præsumpt. vbi ex decisis & remissis eris resolutus. Nota tamen, quòd hæc præsumptio, quòd quis moriendo non præsumatur immemor salutis æternæ, non semper est efficax, aduersus quam facit quod inquit Bal.in tit.de pace Constantiæ in verb. vasalli.2.in fi.& refert Ias. in l.1 col.3. quòd non omnis qui moritur, præsumitur esse Io. Baptista, nec sibi de ijs quæ asserit semper est credendum. Et dicit Oldra consi. 192. viso diligenter.& refert Hippol. Marsi.in practica §.restat. col.2.nu. 12.quòd morientes non dicunt semper verum.

Ad idem facit quod not. Paul. de Castr.consi. 301. ad benè examinandum.in primo.vbi consuluit, † quòd in expensis paruis, standum est rationibus tutoris defuncti: & licet in tali probatione videatur requiri iuramentum, tamen ex quo amplius præstari non potest, stabitur simplici

6

codici

codici rationum: quia mors non minorem fidem videtur inducere, quàm iuramentū. ex quo nemo præsumitur moriendo fuisse immemor salutis æternæ, per d.l.fin. & per not. per Bartol. in l.admonendi.ff. de iure fisc. vbi dicit, 7 *† quòd præsumitur pro scriptura defuncti, per dictam rationem. & l.rationes.C.de prob. & quod notat Soc. consi. 161.in 2.col.*

¶ ADDIT. Adde plura accumulata per Hipp.in Rub.ff. de fideiuss. col.7.8.& 9.vbi plura ad probandum quòd præsumatur pro moriente quòd non sit immemor &c.

8 *Aduerte tamen, † quia ista præsumptio non procederet in præiudicium tertij, vbi ius iam esset quæsitū, per doctrinam Bar.in l.si quis in graui.§.1.ff.ad Sylla.* 9 *vbi † si iudex moriens dicat se tulisse talem sententiam falsam, vel testis falsum se deposuisse, non tamen illis creditur. Et ita communiter tenetur secundū Alex.in l.sciendum. col. 12.ff.de verb.obli. & quædā similia ponit Fel.in c.exhibita.infr.de homicid. & Ias.in l.1.in prin.ff.de eo per quem fact.erit.*

¶ ADDIT. De veritate illius dicti Bart. in d.l.si quis in graui.§.1.vide latissimè melius quàm alibi Hippol. Mars. in d.Rub.de fideiuss.col.7.8. & seq. ad quem sufficiat remissio.

10 *Dicit tamen Bal.in l.1.in fi.C.commu.de leg. † quòd si testator mortiferè vulneratus aliquem exculpauerit, talis non poterit etiam ex indicijs torqueri: & sequitur ibi Iaso. Sed ego non arbitror istud ita generaliter verum: quia possent indicia esse tam vrgentia, quòd tollerent contrariam præsumptionem orientem ex attestatione ipsius vulnerati: quia vna præsumptio aliam tollit.l. diuus. de in integr.rest. Et cessat ratio præsumptionis in isto casu: quia potius verisimile est, quòd iste vulneratus sit mentitus, ex quo tale mendacium non videtur tendere in præiudicium salutis æternæ.22.quæst.2.c.primum est. & c.ne quis arbitretur.*

PRÆ-

PRÆSVMPTIO V.

1 Bona fides præsumitur in possidente, nisi contrarium probetur. Intellige, si habeat titulum verum vel putatiuum, etiam errore iniusto.
2 Bona fides an psumatur in eo qui possidet sine titulo.
3 Titulum errore iniusto causatum si quis habeat, an in eo præsumatur bona fides.
4 Bona fides pōt causari ex iniustis & temerarijs causis.
5 Vsucapere an quis possit ex tit. iniusto errore causato.
6 Mala fides præsumitur in præscribenda seruitute: & quare

QVintò. † Bona fides præsumitur in possidente, nisi probetur contrarium. l. pen. C. de euict. gl. in c. si diligenti. & ibi Doct. infrà, de præscript. cum concord. per Alex. consi. 200. viso & discusso. col. 1. in secundo. & cons. 75. col. pen. in quarto. Francis. de Curte consi. 82. Deus pius. col. 2. Et istud intelligitur, si habeat titulum verū vel putatiuū, etiam errore iniusto. l. igitur. §. potest. ff. de liber. caus. & no. in l. sicut. §. 1. ff. de vsucap. & ita tenet Bar. in l. Celsus. ff. de vsucapio. & est communis conclusio, vt ibi per Mod. & in d. c. si diligenti. † Fortius dicit ibi Bart. istud procedere etiam in possidente sine titulo: quia stat simul, quòd quis non habeat titulū, & tamen sit in bona fide, secundū gl. in l. si quis emptionis. in verb. tenuerit. iuncto tex. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. ergo ita debemus præsumere, ex quo talis præsumptio est humanior. Et hoc intelligitur, nisi alius possessor antiquior apparet. per l. fin. C. vnde vi. Item nisi ius commune contradiceret tali possessioni. c. 1. de præscrip. lib. 6. Sed Inno. & Bal. in c. per tuas. de testib. tenuerunt, quòd imò nō præsumatur bona fides, nisi adsit titulus. Et idē tenet Imo. in repet. c. fi. in 5. col. de præscrip. & dicit Fel. in d. c. si diligēti. ꝙ hæc opinio est sustentabilis de iure, per tex. in d. l. fin. quia quod suum non est, debuit scire ad alios pertinere. Sed tamen non puto recedendū à communi opi-

ni opinione, quæ benè probatur in d. l. si quis emptionis. iuncta gloss. & in d. c. 1. de præscript. in 6. inducendo vt suprà.

Nec obstat dicta ratio, quia text. in d. l. fi. loquitur in eo qui scit rem occupatam suam non esse: quia tunc debet scire, quòd ad alios pertineat. Sed nos non loquimur in eo qui nesciat rem suam non esse, imò credit esse suam, & est in bona fide, licet non habeat aliquem titulum, puta quia aliquis ei dixit quòd erat maiorũ suorũ, seu antecessoris sui, vel alio modo ad eum spectabat. Nã licet talis non dicatur verè possidere aliquo titulo, tamen est in bona fide. Præterea 3 † dum Bart. dicit sufficere titulum putatiuum, etiam errore iniusto d. §. potest. adde, quòd idem sequuntur Alex. & Mod. in d. l. Celsus. & Bald. in l. 1. per gloss. ibi. C. vbi caus. stat. qui dicit, quòd 4 † bona fides potest causari ex iniustis & temerarijs causis. sequitur Alexan. consi. 125. in 3. col. in quarto And. Sicul. consi. 17. in penul. col. in secundo. Feli. in c. cùm contingat. in 3. col. de rescrip. & in d. c. si diligenti. in 2. col. Ias. in l. si id quod. in 8. notab. ff. de iurisd. omn. iudic. Sed Imol. in repet. d. l. fin. in 5. col. 5 † videtur hoc intelligere quò ad acquisitionem fructuum, non autem quò ad vsucapionem: & ista opinio videtur mihi verior, pro quo adduco tex. in l. fin. C. pro suo. qui requirit, quòd error in titulo sit probabilis, aliàs vsucapio non procedat: & istud est de mente gloss. in d. l. 1. quæ si benè videatur, probat contra Bal. dum requirit quasi possessionem 30. annorum, quando seruus ex iniustis causis crederet se liberum, & tamen si præsumeretur bona fides, satis esset quasi possessio 20. annorum. l. 2. C. de long. temp. præscript. quæ pro liber. Nec obstat d. §. potest. quia ibi non probatur, quòd possessio inducta ex tali errore iniusto, sit sufficiens ad vsucapionem, sed simpliciter talis vtitur commodo successoris, quantum sit ad instruendum iudicium, vt ibi habetur:

Et

Et est ratio, quia quò ad illud commodum satis est quòd nō sit in mala fide, licet non habeat bonam: inter hæc enim est dare medium, vt dicit Bar. in l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. hæred. Paul. de Cast. consi. 289. in vltim. col.

Possit distingui, vt opinio Bart. & Docto. procedat in præscriptione longissimi temporis, in qua præscribitur etiam sine bona fide. Ista autem alia opinio procedit in præscriptione 20. annorum, vel minori, prout propriè loquitur text. in d. l. fin. ff. pro suo. Cætera dic vt per Mod. in dictis locis, & Abb. id c. consultationibus. infrà, de iure patro. & per Felin. in c. de quarta. de præscriptionib. vbi limitat istam regulam non procedere in errore iuris: de quo ibi latè per eum, & etiam per Aret. consi. 30. in secundo dub. vbi dicit † semper præsumi malam fidem in præscribente seruitutem. Et est ratio, quia habet contra se præsumptionem iuris communis: de quo in d. c. 1. de præscrip. in sexto. Dic vt ibi per eum. 6

PRÆSVMPTIO VI.

1 Actus vbi potest importare delictum graue & paruū, præsumitur pro minori delicto.

2 Percutiens aliquem paruo cultello, præsumitur quòd non fecerit animo occidendi, licet postea mortuus fuerit percussus.

3 Mulier præsumitur potius subtraxisse res à marito, quàm quòd sit lucrata ab adulteris.

4 Blasphemia vna tantùm præsumitur, si quis pluries eodem calore repetierit aliqua verba blasphemiæ.

SExtò. † Vbi actus potest importare delictum graue & paruum, præsumitur pro minori delicto, secundū Bald. in l. fi. in vlt. col. C. de ædil. act. argu. l. si præses. ff. de pœn. Et ibi infert Bal. ad notabilem quæst. Ad idem facit gl. in l. pen. C. de fideiuss. vbi potius præsumitur matrimonium clandestinum, & sic leuius delictum, quàm adulterium, quod est grauius: de quo per Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace 1

iura.firm.in l. quæcunq́.C.de ser. fugit. Abbas in c.2.de despons.cland.Fel.in c.1.inf.eo.Ad idem fa.tex.in c.significasti.circa princ.infrà,de homici.inducendo vt per Aret. 2 consi.8.in penul.vbi per istam rationem decidit, † quòd si quis percutiat aliquem paruo cultello,capiemus potius præsumptionem,quòd fecerit animo non occidendi, licet talis deinde sit mortuus.Et in simili idem concludit Aret.cons. 3 31.in penult.col.vbi † capitur potius præsumptio,quòd mulier subtraxerit furtiuè res à marito, quàm quòd sit lucrata ab adulteris, ex quo illud est minus delictum. Facit quod not.voluit Barth.Veronen.consi.77. circa medium. 4 vbi consuluit,quòd † si quis pluries repetierit in eodem calore iracundiæ aliqua verba blasphemiæ: præsumitur potius vna tantùm blasphemia, non autem plures. Et circa istam præsumptionem vide etiam aliquid per Fel.in c.ad audientiam.in prin.vbi limitat.infrà,de homicid. Et accedat vulgata regula, quòd in duobus malis minus est eligendum.c.duo mala.13.distinct.& vigesimasecunda quæstion.1.c.quod Dauid.& c.si aliquid.

PRÆSVMPTIO VII.

1. Actus non præsumitur gestus metu, si quid actum reperiatur. Fallit in casu c.super hoc.de renunc.
2. Probatio durior licet incumbat illi qui contra præsumptionem iuris aliquid deducit, non tamen ita est in deducente metum, cùm metus ex coniecturis probari posit.
3. Metus solet clàm inferri, ideò sufficit leuior probatio.
4. Testibus duobus de metu attestantib. magis creditur, quàm centum asserentibus spontaneam voluntaté.
5. Matrimonium metu fuisse contractum vno teste asserente, an ei credatur.

1 *SEptimò. † Si aliquid reperiatur gestum, præsumitur sponte gestum, non metu.l.2.C.de his quæ vi vel metus causa. Et est ratio, quia aliter præsumeretur delictum, ex quo*

quo inferens metum delinqueret. Et ita concludit Innoc. quem sequuntur alij, in c. causam matrimonij. suprà, de offi. delega. Non procedit tamen ista præsumptio in casu no. c. super hoc. secundum vnũ intellectum. de renunc. vbi in iudicio possessorio agenti interdicto recuperandæ, nõ obstat exceptio renunciationis beneficij, imò præsumitur talis renunciatio facta metu, vt declarat ibi Abb. col. antepe. Adde etiam, † quòd licet regulariter durior probatio incumbat illi qui cõtra præsumptionem iuris aliquid deducit. c. quia verisimile. infrà, eod. gl. in l. fin. in prin. ff. quod met. caus. per Spec. in tit. de probat. §. fin. versi. fina. 2

¶ ADDIT. Et scripsi latissimè suprà in prin. tractatus. in tertia par.

Tamen non ita est in asserente metum: quia metus etiã ex cõiecturis potest probari, vt per Cyn. in l. carcerẽ. C. quod met. caus. Bar. in l. si ob turpem. ff. de cond. ob caus. Bal. consil. 26. in tertio. Anch. consil. 299. visa supradicta facti. Raph. Com. consi. 68. per totũ. & per Moder. in l. interpositas. C. de transact. Et est ratio, † quia metus cõmuniter solet clàm inferri, vnde sufficit leuior probatio. arg. c. fi. suprà, de testi. cog. & ita tenet Alex. consi. 156. viso processu. in 5. & consi. 48. in 3. Corn. consi. 41. in 3. colum. in 2. Fortius dicit Innocen. in d. c. super hoc. vbi alij sequuntur, † quòd magis creditur duobus de metu attestantibus, quàm centum asserentibus voluntatẽ spontaneam. sequitur Bal. in consi. schismatis, quod posuit in Rubr. C. si quis aliquem testa. probi. Idem Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in 13. q. ff. de offi. procons. Ang. in l. si quis ad se fundum. C. vnde vi. Alb. Ros. in Rub. ff. quod met. caus. cũ concord. per And. Sicul. consil. vlt. in 4. col. & Deciũ consil. 100. in pen. col. Et dicit singulariter Barthol. Veronen. cautel. 144. incip. tẽpore meo. † quòd crederetur vni testi asserenti matrimoniũ esse cõtractum per metum. allegat Inno. & Bal. vbi suprà, 3 4 5

Sed ista decisio mihi nunquam placuit, quia est contra regulam c.licet vniuersis.suprà,de testibus. & contra mentem omnium scribentium,præsertim Alexan. & Corn.in consilijs suprà allegatis.& Inno. non loquitur in vno teste tantùm,sed in duobus:& ita etiam Bal.& cæteri.Præterea illud dictum Inno. intelligitur quando constat manifestè de vi & facto vnde oritur metus:& ideò etiam si mille attestarentur, quòd tamen erat illi animus actum spontaneè faciendi, non staretur illis, quia attestarentur de mente,quæ est nota soli Deo,vt declarat Imol.in d.c.super hoc.& etiam loquitur Innoc. quando præsumptio erat pro asserente metum,puta in eo qui asserit se renunciasse beneficio propter metum, in casu d.c.super hoc.secus vbi præsumptio non esset pro asserente,quia tunc seruaretur regula communis posita in c. in nostra. suprà, de testibus. Et istud est de mente Abb.in d.c.super hoc. & declarat Ang. in d.l.fi.in prin.ff.quod met.cau. Cætera dic vt per Moder.in l.interpositas.C.de transact.

PRÆSVMPTIO VIII.

1 Princeps præsumitur motus iusta causa. Intellige in ijs quæ sunt iuris positiui, & in ijs quæ sunt arbitraria principi.

2 Papa in beneficijs habet plenam & liberam potestatē.

3 Causa an præsumatur in principe dispensante contra jus gentium vel diuinum, in casibus in quibus cum causa potest dispensare.

4 Causa iusta non præsumitur in principe, quando agitur de præiudicio tertij.

5 Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest rescindere contractum proprium.

6 Princeps non potest vasallum feudo priuare, nisi ex causa descendente ex culpa vasalli.

7 Sententia principis sine citatione non valet, nec præsumitur causa, nisi probetur.

8 Causa præsumitur in quocunque principe non recognoscente

gnoscente superiorem de facto: quia nemo potest sibi dicere, cur ita facis?

9 Causam non præsumi in principe respectu non subditorum principi, quomodo intelligatur.

Princeps an habeat plenam potestatem in subditos nõ plenariè, sed sibi deditos mediante fœdere, quod reseruassent sibi leges & priuilegia sua: & an tunc princeps inter tales posſit vti plenitudine potestatis.

OCtauò. † *Præsumitur principem ex iusta causa moueri. gloss. in l. relegati. in fin. ff. de pœnis. facit text. in Clem. vnic. de probationib. & in c. cùm à nobis. in fin. vbi Doct. de testibus.* 1

¶ ADDIT. Vide Decium consi. 576. pro resolutione, col. fin. & Rom. consi. 436. quod consultum.

Et ista conclusio est verissima in his quæ sunt iuris positiui, quo iure ipse non ligatur. l. digna vox. C. de legibus. & quæ sunt arbitraria ipsi principi, prout loquitur glo. in d. l. relegati. Nam restitutio relegati potest fieri per principem etiã sine causa, de potestate ordinaria. l. 1. C. de sent. pass. & habetur in tit. C. de abolitionib. Item dicta Clem. 1. loquitur in beneficijs, † in quibus Papa habet plenam & liberam facultatẽ. c. 2. in prin. de præbend. in sexto. Clem. 1. in fin. vt lite pendente. 9. quæst. 3. c. per principalem. vbi gl. cum concord. per Iaso. in l. Barbarius. in 11. col. de offic. prætor. Soc. consi. 13. per totum. And. Sicul. consi. 1. col. 17. in primo. Et dicit Bal. in l. rescripta. C. de precib. Imp. offer. quòd omnia beneficia mundi sunt manualia, & obedientialia quò ad Papam. sequitur And. Sicul. in tractatu de præstan. Card. in prima par. col. 4. 2

¶ ADDIT. Antequam ad vlteriora procedatur, volo notes perpetuò notabilem limitationem ad hanc præsumptionem, quam tradit Rom. consi. 436. quòd indultum Petri. col. pen. circa prin. & Philip. Decius consi. 576. præalleg. col. fin. quòd in principe non præsumitur iusta causa, quando facit actũ ad instantiã & postulationẽ partis: quia

tunc videtur magis motus propter importunitatẽ partis, 3 quàm ex iusta causa, per l. 1. C de petit. bono. subla. lib. 10.

† *Sed nunquid præsumitur causa in principe dispensante aduersus ius gentium vel diuinum, in his in quibus posset cum causa dispensare? Et videtur quòd sic, prout tenuit Cynus in l. rescripta. in 3. & 4. quæst. & ibi Bald. C. de prec. Imper. offer. Ant. de Butr. & Abb. in c. quanto. de iureiuran. & in alijs locis relatis per Fel. in c. quæ in eccles. 12. col. versi. quinta conclusio. suprà, de constit. vbi limitat istam conclusionem sex modis, vt ibi per eum.*

¶ ADDIT. Et vltra hîc allegatos & in locis hîc recitatis, hanc sententiam tenet & multis egregijs fundamentis cõprobat melius quàm alibi Franc. Curt. Senior consi. 49. memoriæ recolendæ. col. 18. nu. 30. versi. præsumitur enim in principe. vbi dicit, quòd in principe aliquid disponente, præsumitur iusta causa, etiam si auferat ius alteri quæsitum. & ibi allegat autoritates & concord. in pluribus locis, ex quibus potest roborari ista sententia, quæ non reperies alibi ita benè cumulata.

Sed tu aduerte, quia ista opinio iure non probatur: nam ea quæ pro hac parte allegantur, procedunt in his quæ sunt iuris positiui. & quòd in tali casu non præsumatur causa iusta, est de mente Bald. in d. c. quæ in ecclesiarũ. & firmat Fulgos. in l. fina. C. si contra ius vel vtilit. pub. & in consil. 61. domina Catharina. in 2. col. Rom. consil. 352. quæritur primò. in fin. Et ita tandẽ resident Felin. & Moder. in d. c. quæ in ecclesiarum. & Ias. in l. si testamentũ. C. de testa. per illũ tex. & in repe. l. quo minus. in 2. col. ff. de flumi. & est 4 *de mente Doct. tenentium, quòd d. Clem. 1. de probat. † non habeat locum quando ageretur de præiudicio tertij, quoad ius quæsitum, prout tenuit Anch. in consi. 308. præmitto. circa finem, Pau. de Cast. consi. 156. viso & examinato. col. fin. Butr. post Calder. in c. post cessionem. colum. 8. de probat. Aret. in d. c. cùm à nobis. Nam si præsumeretur iusta causa, deberet habere locũ etiam in præiudiciũ tertij: quia*

princeps

princeps ex causa legitima potest tollere ius quæsitum tertio.l.Lucius.ff.de euict.& habetur latè in d.c. quæ in ecclesiarum.Et probatur ista opinio, quæ videtur communior,in c.1.suprà,de probat. † *vbi non præsumitur causa in principe volente rescindere proprium cõtractum: imò istud non potest etiam de plenitudine potestatis,secundũ Paul. de Cast.in l.digna vox.C.de legi.& Bald. in c.1.§.ad hæc. col.5.de pace.iura.fir.* 5

¶ ADDIT. Et Lud.Rom.egregiè in d.consi.436. colu. pen.& fi.& cõsi.352.quæritur primò.col.vlt,dicens, quòd princeps non potest reuocare contractum à se factum , etiam si contineat liberalitatem: & quòd ita ligatur suo contractu,sicut quilibet priuatus.& idem Rom.consi.252.pro decisione.& Socinus consil 4. super quæstione. col. 2.& 3.libro tertio. Et quòd de plenitudine potestatis,non possit contrauenire contractui, etiam consuluit Anto.Rub. Alexan.consil.138. viso & diligenter.colum. 2. & consilio 146.circa primum. col. penultima. vbi allegat Alexan. in consi.1.in 2.vol.& consi.54.in quarto. & Cuma.consilio 100.incipien.ducissa Mediolani.cum alijs concordan. Et etiam dicit idem Alexan.consilio 154. decreueram,colum. penul.quòd princeps non minus ligatur ex suis contractibus,quàm quilibet priuatus. Et quòd non possit etiam de plenitudine potestatis contrauenire contractui , etiam asseuerat Deci.consi.689.viso puncto,colum.2.consi.410.in causa mota.col.4.

† *Idem est in feudo,quia non licet ei priuare vasallũ,nisi ex iusta causa descẽdente ex culpa ipsius vasalli.c.1.vbi nota.de natura feud.* † *Idem in sententia principis sine citatione lata: quia non valet,nec præsumitur causa. Clemen. pastoralis.de re iud c.1.vbi Doct.suprà,de causa possess.& prop.And.Sic.consi.24.col.pen.in 2. Et ratio istorum casuum militat generaliter , & propterea debet generaliter esse idem ius.l.adigere.de iure patrona.Et facit ratio,quia cùm talis actus regulariter sit prohibitus principi , nisi* 6 7

incerta causa, debet illa probari .l. si donatione. C. de colla.
¶ ADDIT. Istud idem fundamentum facit Decius in d. consi. 576. pro resolutione, col. fin. & Curt. consi. 20. sæpenumero. col. 6. dicens, quòd tunc non est standum assertioni principis de dicta iusta causa, sed debet probari, & constare apertè, ex quo actus sine illa causa est regulariter principi prohibitus. pro quo facit quod vult Bart. per illũ text. in l. si fortè. ff. de castren. pecu. cum sim.

Et istud procedit etiam in Principe, vt notat Inno. in c. penult. de dilat. Rom. consi. 383. saluatoris. & facit tex. in c. nouit. vbi Abb. & Aret. notant. suprà, de iud. vbi non præsumitur etiam pro rege, quòd seruauerit debitam solennitatem denũciationis euangelicæ, nisi probetur. Et Cynus in d. l. rescripta. potest saluari, si bene videatur: nã præsupponit, quòd imò in veritate causa non præsumatur, & quòd Princeps peccat, licet iudex debeat obseruare: quia quod ad eum, inde oritur præsumptio iuris, & de iure, ex quo ipse nõ potest inquirere de facto superioris & domini sui, prout etiam dicit Alex. consi. 1. in penul. col. in 2. vol. Vnde dato, quòd posset inquiri, puta, quia Princeps permitteret refricari in dubium de meritis rescripti, vel aliter cõcederetur, esset secus. Et propterea dicunt Doct. 8 *† istud procedere in quolibet principe non recognoscente superiorem de facto, vt per Bar. in d. l. relegati. & per Alex. consi. 15. in 2. col. in 5. vol. Ratio est, quia tali non potest dici, cur ita facis? Et ista opinio est verior de iure, & etiam de æquitate. Considera tamen, si possent istæ opiniones concordari: quia aut princeps in tali conceßione non expreßit aliquam causam, & nõ præsumatur, imò conceßio sit nulla, quascunq; clausulas ipse addiderit, ex quo deficit potestas eius, quia nõ est supra ius diuinũ, naturale, seu gentiũ. & facit quod notat Alex. consi. 101. visis. col. pe. in primo. Idem si expreßit aliquã causam, quæ nõ est idonea, eadẽ ratione. Aut expreßit causam idoneã, & tunc an præsumatur vera, ita quòd dispositio*

ſitio teneat. Et dicendum eſt, quòd ſic. dict. Clement. 1. Et in iſto caſu poteſt procedere opinio Ant. Butrij, & aliorum in d. c. quæ in eccleſiarum. & quod not. Socin. conſ. 273. in pen. col. limitando tamen vt ibi per Felin. & Iaſon. in d. l. ſi teſtium.

¶ADDIT. Decius tamen notabiliter in prẹallegato cõſil. 576. ad fin. tenet, quòd aſſertioni Principis non ſit credendum, niſi de cauſa aliter conſtet, & probetur: & ſe remittit ad ea, quæ ipſe ſcripſit in d. cap. quæ in eccleſiarum. Vide Socinum inter conſilia Curtij Senioris idem tenentem per multas autoritates. conſil. 20. ſæpenumero. col. 5. & 6. declarando, vt per eum latiſsimè per duas col. Ex illo conſilio à ſecunda columna vſque ad ſeptimam, colligere poteris pulchras limitationes ad hãc regulam, quòd Princeps præſumatur motus iuſta cauſa: & an ſtetur aſſertioni Principis ſuper cauſa iuſta expreſſa in conceſsione, ſiue reſcripto.

Et in quantum limitant, † vt non præſumatur cauſa, reſpectu non ſubditorum ipſi Principi, per dictum Innoc. in c. inquiſitioni. infrà, de ſen. excõm. & text. in d. Clem. paſtoralis. intellige iſtud in ſubditis plenariè principi: ſecus ſi ſimpliciter veniſſent in deditionem mediante fœdere: puta, quia reſeruaſſent leges, & priuilegia ſua: nam tunc quò ad plenitudinem poteſtatis ipſius principis non eſſent ſubditi. l. non dubito. ff. de capt. Et tali modo ciuitates Italiæ, & quædam aliæ venerunt in deditionem Romanorũ, vt probatur in l. 1. ff. de cenſ. & in l. fin. eod. tit. Vnde quãuis P. R. tranſtulerit omne ius ſuum in principem. l. 1. ff. de conſtit. princ. non tamen Imperator, nec habentes cauſam ab eo, habent amplius ius, quàm P. R. habuerat: & conſequenter, de iure non poſſunt vti in illis ciuitatibus iſta plenitudine poteſtatis, prout videmus etiam hodie ſeruari in Germania, in ciuitatibus Imperialibus. Facit quod not. Card. in conſil. vlt. & quod dicit Bald. in tit. de pace Conſtan. in verb. libellariè. vbi dicit, quòd P. R. nunquam eſt 9

vsus ista clausula, de plenitudine potestatis.

¶ADDIT. Quòd princeps non posſit vti plenitudine poteſtatis circa non ſubditũ, & quòd in principe tunc non præſumatur iuſta cauſa, & ſi cauſam iuſtam exprimat, quòd tunc non ſtetur aſſertioni principis, vide latiſsimè Barthol. Socin. inter conſilia Curtij Senioris, conſilio 20. colũm. 4. verſicul. tertiò reſponde. & latius col. 6. per totam col. & idem Bartho. Socin. conſ. 27. in præſenti. col. 2. lib. 3. Facit quod voluit Lud. Rom. conſil. 436. quod conſultum, &c. quòd licet princeps regulariter poſsit reuocare priuilegium à ſe conceſſum, & præſumatur in eo cauſa, non tamen hoc procedit in priuilegio à ſe conceſſo non ſubditis: illud enim eſt irreuocabile, niſi ex iuſtiſsima cauſa, quæ apparere debet.

PRÆSVMPTIO IX.

1 Præſumitur pro iudice, quòd rectè faciat ea, quæ officio ſuo incũbunt. Limitatur n. 6. 14. 18. 23. 27. 28.

2 Iudicis verba ſunt referenda ad ius, etiam impropriando verba.

3 Iudex non præſumitur aliquid fraudulenter facere, licet eius ſententia retractetur.

4 Iudex non præſumitur ſine cauſæ cognitione aliquid facere.

5 Succumbens per iudicis ſententiam, præſumitur fouiſſe malam cauſam.

6 Appellatione pendente, non prẹſumitur pro proceſſu, neç pro ſententia iudicis. De veritate vide nu. 8.

7 Probare quis debeat in cauſa appellationis.

Sententiæ appellatione ſuſpenſæ, quæ ſit virtus. ibid.

9 Litigans ſuper bonis communibus, vel quæ contẽdit ad ſe pertinere, ſi habet aliquam præſumptionẽ pro ſe, poteſt petere ſibi prouideri ad finem litis, ſi aliàs non habet, vnde faciat expenſas litis.

10 Filius litigans cum patre eum non agnoſcente in filium, põt petere vt ſibi ꝓuideatur ſuper bonis patris ad expenſas litis faciendas, ſi aliàs non habeat vnde litiget. Idem in vxore litigante cum marito.

11 Iudex, filio litigãte contra patrem vt eum agnoſcat, vel vxore

vxore contra maritum, si ex lectura attestationum licet nondū publicatarum, deprehendat summariè esse ꝓbatū, pōt dare prouisionem ad expensas litis.

12 Appellatione pendēte possunt sequestrari fructus, iuxta Clem. primam. de sequest. poss. & fruct.

13 Appellatione pendente si possessor dilapidet agrū, potest fieri sequestratio.

14 Non præsumitur pro iudice indiscreto, & improbo. Intellige vt num. 17.

15 Carceratus respectu iudicis non dicitur pati metum. Quod non procedit in potestatibus terrarum, qui habent vultum terribilem, & solent metū incutere.

16 Præsumitur voracitas in istis Potestatibus & officialibus, & ipsi plura mala sciunt, & committunt.

18 Processus nō præsumitur rectè, vel ritè factus, nisi appareat per scripturam.

19 Citatio non præsumitur nisi probetur, vel nisi de ea constet ex actis.

20 Processus præsumitur rectè factus, in casibus, in quibus non requiritur scriptura.

21 Processus ritè, recteq; factus præsumitur, quando sententia transijt in iudicatum, & etiam contra absentem, & contumacem ex contumacia vera, vel ficta.

22 Processus præsumitur rectè, riteq; factus, si notarius in sententia attestetur de processu, qui esset factus coram se.

23 Breuitas temporis tanta, quòd comprehenditur iudicem non adhibuisse causæ cognitionem, facit præsumi contra iudicem.

24 Iudex si ex abrupto parte non audita processerit, contra eius processum, & sententiam præsumitur.

25 Præsumitur contra iudicem, si error sit expressus in sententia.

Idem si appareret notoriè de iniustitia.

26 Non præsumitur pro iudice, quādo præsumptio fraudis est contra eum.

28 Neq; in his quæ gerit extra eius officium, pro iudice præsumitur.

29 Mercatorum libris si vigore statuti credi debeat, intelligitur de his, quæ ad eorum officium pertinent.

30 Iudex extra officium suum faciens, habetur pro priuato, & illi potest resisti impunè.

1 *NOnò. † Præsumitur pro iudice, quòd sit bonus, & rectè faciat ea, quæ officio suo incumbunt. l. 2. C. de offic. ciuil. iud. ibi, quod non arbitramur, & c. quem tex. ad hoc notat Baldus, & per eum decidit notabilem quæstionem, in l. vnic. in fine. C. ne quis in sua causa. Et Paulus de Castro consilio 270. in prima col. in secundo. vbi per illum text. 2 vult, † quòd verba iudicis debeāt referri ad ius, etiam impropriando verba: quia verisimile est talem fuisse mētem iudicis. Et facit, quia ad illud officium vt plurimum eliguntur literati, & honesti viri, vnde meritò pro eis præsumitur cap. in vestra. de procur. c. nisi essent. de præbend. & 3 ibi Abb. Et † propterea non præsumitur iudex aliquid facere fraudulentum, licet eius sententia retractetur. c. cùm olim. 2. & ibi gl. antepenul. infrà, de priuil. & habetur in 4 c. cùm Ioannes. de fide instr. Item † non præsumitur iudex aliquid sine causæ cognitione facere. c. Abbate. de verbo. signific. Nec præsumitur velle contra factum suum iudicare. l. ne in arbitris. C. de arbit. Inno. in c. præsenti. de rescri. & cap. 2. de arbit. Et præsumuntur qui causas cognoscūt, non facilè ad culpam venire cùm veritatem examinant, vt est tex. in Auth. vt defuncti seu funera. in prin. facit l. certi. C. de iud. & tex. in Auth. de iudicib. in prin.*

5 *Hinc est, † quòd si aliquis succubuit per sententiam iudicis, præsumitur habuisse malam causam. l. Herennius. §. fin. vbi gl. ff. de euict. de quo dic vt ibi. Facit etiam generaliter, quia præsumitur iusta causa in eo, qui publico iure vtens aliquid exequitur. l. iniuriarum. in prin. ff. de iniu. Et ista præsumptio fortius procedit in iudice, quàm in arbitris, vel similibus, ex quo iudex ita iurauit. l. final. C. ad*

leg.

leg. Iul. repet. & in Auth. iusiurand. quod præsta. ab his. per tot.

6 *† Limitatur ista præsumptio aliquibus modis. Et primò non procedit quò ad sententiam, nec quò ad processum pendente appellatione, secundum Abb. & alios in c. quoniam contra. per illum tex. suprà, de proba. & in c. cùm inter. in fin. de re iud. Et est ratio, quia virtus sententiæ suspenditur per appellationem. l. 1. in fin. ff. ad Turpill.* 7 *† Et propterea idem debet probare in causa app. qui debebat in causa principali, vt est gl. vbi Mod. Peru. in c. dilectis. de appel. & ponunt oēs in c. quoniam contra. Sed tu considera,* 8 *† quòd imò etiam isto casu præsumitur pro iudice, licet talis præsumptio non transferat onus probandi, prout tenuit Imol. in c. in præsentia. per illum tex. suprà, de renū. facit tex. in d. c. in nostra. de procura. & in c. bonæ. 1. de elect. & quod not. Bal. in c. cùm super. col. 1. de re iud. Abb. in c. causam, quæ. in 2. no. eo. tit. de quo per Moder. in d. c. quoniam contra. in 16. col. Et talis præsumptio operatur aliquos effectus etiā pendente appellatione, veluti in casu l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffi. testa. vbi præsumptio oriens ex prima sententia pendente appellatione, operatur, quòd aduersarius interim compellatur illi subministrare expensas litis, si aliter non habeat vnde litiget.* 9 *† Et istud est generaliter verum, vbicunq; aliquis litigat super bonis quæ prætendit communia, vel ad se pertinere, & habet aliquam præsumptionem pro se, vt declarat Aret. in c. si qui testium. in 3. col. de testib. & etiam probatur in l. fi. vbi bonus tex. C. de or. cog. & quod not. Guido Pap. in deci. Delph. q. 561. Et idem* 10 *† est in filio, litigāte cum patre, eum non agnoscente in filium, secundum Barto. in l. si neget. ff. de libe. agno.*

¶ ADDIT. Adde Sal. in l. fi, C. de alendis liber.

Et in vxore litigante cum marito, secundum Do. Abba. & Mo-

& Moder.in c.ex parte.inf.de accus. Et sufficeret nedum ista præsumptio oriens ex sententia à qua fuit appellatū, sed etiam quælibet alia similis, de qua cōstaret iudici summariè.l.1.§.si ea quæ in possess.ff.de ven.in pos.mitten.& est de mente Bar.in d.l.si neget. Et propterea † vidi, quòd iudices decernebant istas expensas litis, si ex lectura attestationum, licet nondum publicatarum, depræhendissent summariè esse probatum, quòd esset filius vel vxor: nam tales attestationes faciunt præsumptionem non mediocrē, vt habetur in c.significauerunt.suprà, de testi. Alius † effectus ponitur in Clem.1.de seque.posse. vbi prima sentētia operatur effectum sequestrationis fructuum, quamuis ab ea sit appellatum à possessore minus triennali. † Idem esset generaliter, vbi possessor dilapidaret, seu depopularetur agrum.l.Imperatores.in fina.ff.de appel. Alius effectus ponitur per Inno.in c.ad petitionem.infrà, de accus.& Abb. in c.quò ad consultationem.infrà, de re iud. vbi etiam post appellationem præsumitur pro sentētia iudicis, in his quæ fuerant illi arbitraria, sicut in dilationibus, & cæteris pœnis arbitrarijs.facit glos. in c.super his.in verb.arbitrium. infrà, de accus. Secundò limitatur, † quòd non procedit ista præsumptio in iudice indiscreto & improbo, quia pro tali non præsumitur, vt notant Innoc.& Host.in ca. accedens. 1.suprà, vt lite non contestat. Facit, † quia licet qui est in carcere respectu iudicis non dicatur pati metum, vt est gl. vbi Doct.in l.qui accusationis.C.de his quæ met. causa.& per Bal.in l.si quis hoc genus.C.de epis.& cleri.tamen hoc nō videtur procedere in istis potestatibus terrarum, qui habent vultum terribilem, & qui solent metum incutere, vt per Io.And.in c.quia propter.de elect.Bal.in c.1.§.iniuria. de pace iura.firm.& quod no. Abb.in c.cùm dilectus.quod metus caus.qui loquitur in principe.& est gloss. 23.q.8.C. conuenior. † Ad idem facit tex.in l.neminem.C.de suscep. & arca.

(Marginal numbers: 11, 12, 13, 14, 15, 16)

& arca.libro 10. vbi præsumitur voracitas & fraus in istis officialibus. Et dicit gl. in l. defensionis. in verbo, ad vsurpationem. C. de iure fis. lib. 10. quòd isti officiales plura mala sciunt & committunt quàm alij. In contrarium facit, quod dicit Bal. in c. sicut. in 2. col. per illum tex. infrà, de re iud. vbi dicit, quòd etiam si iudex esset vir pessimus, tamen pro eo præsumitur, propter autoritatem iudiciariam. & sequuntur Moder. in d. c. quoniam contra.

¶ ADDIT. Et Purpur. in l. 1. col. 2. ff. de iurisd. om. iud. & ante eum refert & sequitur Ias. in l. pacta nouissima. in 3. nota. C. de pac.

Ista opinio † videtur verior, quando aliud non cõcurrat, præterquam ꝙ aliàs iudex sit indiscretus. Si verò aliud concurreret, puta, quia probaretur ex actis vel aliter de eius iniustitia, quò ad illam causam tunc non præsumeretur. Et ita debent intelligi supradicta. Tertiò limitatur, † vt procedat præsumptio quò ad iustitiã, quia lex præsumit pro iustitia iudicis: sed non procedit quò ad rectitudinẽ processus. d. ca. quoniam contra. Et est ratio, quia pro processu requiritur scriptura, vt ibi dicitur: & cùm sit facti, non præsumitur interuenisse, nisi probetur, vt per Inno. in cap. innotuit. de eo qui fur. ord. suscep. † Et ideò nunquam præsumetur citatio, nisi probetur, vel nisi de ea constet ex actis. vt habetur ẽt in c. tenor. vbi Moder. de re iud. & alibi dicemus. Et ex ista limitatione infertur, † quòd si essemus in casu, in quo non requireretur scriptura, tũc præsumeretur ẽt pro processu: prout est in causis leuibus, vbi agitur de modico præiudicio partis, vt per Bart. in Auth. nisi breuiores. C. de sent. ex peric. recit. & Alexã. in l. sciendum. post Ro. ibi. ff. de verbor. obliga. Feli. in d. cap. quoniam contra, in 2. col. & in c. cùm dilecti. colum. 3. de accusa. de quo dic vt per eos. Eodem modo † præsumeretur pro processu, quando sententia transijsset in iudicatum, etiam contra absentem &

17 18 19 20 21

tem & contumacem ex contumacia vera vel ficta, secundum Abba. Imol. & Moder. in d. c. quoniam contra. Et est ratio, quia res iudicata pro veritate accipitur. l. 1. ff. de re iud. & facit ius quò ad partes. l. ingenuum. ff. de statu homi. 22 *† Præsumeretur etiam, quando Notarius in sententia attestaretur de processu, qui esset factus coram se, puta quia in sententia Notarius non simpliciter scripsisset, acta referendo, sed etiam quælibet ex ipsis separatim enunciasset, dicendo vbi & à quibus facta, & quòd in sui præsentia, vt dicunt Hostien. Butr. Abb. & Imo. in d. c. quoniam contra. De quo dicendum est, vt ibi per Fel. in quinta conclusio. & per Mod. in l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæstionib. Quartò* 23 *limitatur, † vt non præsumatur pro iudice, quando contra eum vigeret alia suspicio seu præsumptio efficaciter, iuxta l. diuus. ff. de in integr. restitutio. quando ex temporis breuitate comprehenderetur, quòd non adhibuit causæ cognitionem, vt dicit Bar. in l. prolatam. in fi. C. de senten. cum multis concord. per Fel. in d. cap. quoniam contra. columna 18. versic. secundò declara. & Alex. cons. 13. in 1. col. & Ias. in l. mandata. col. 2. ff. de offic. eius cui. & in l. 2. §. prætor ait. ff. de in ius vocan.*

¶ADDIT. Et per Alex. notabiliter consil. 45. visis. col. vlt. libr. 6. & multa per Ias. in l. iudices. C. de iudicijs. vbi pro hac limitatione multa egregia cōgerit. Et faciunt amplissimè deducta per Hippol. Mars. in l. statu lib. col. pen. & fin. ff. de quæsti. & in practica criminali. §. nunc videndum. nume 33. & seq. vsque ad nume. 44. ex cuius allegationibus & similibus dotari poterit optimè hæc limitatio. Adde etiam Alexand. cons. 213. visis. in fin. lib. 7. Soci. consilio 87. pensatis. colum. 2. vbi multa adducit. libro 4. & consilio 121. in causa reclamationis. columm. 3. ver. secundo clarè videtur. lib. 3.

24 ***Et † idem est, quādo ex abrupto, parte non audita, processit, secundum Bald. in c. 1. de inuest. in marit. in fin. in***

vsib. feud. Card. consil. 139. Abb. in c. Quintauallis. in pen. col. de iureiurã. Paulum de Castro consilio 14. in antiquis. vbi idem intelligunt esse in arbitratore.

¶ ADDIT. Et Socinus in præallegato consil. 87. colum. 2. lib. 4. vbi allegat concord. & dicit hanc esse communem, quòd idem sit in laudo arbitratoris ex abrupto vel incontinenti lato sine causæ cognitione: sicut in sententia. ibi vide autoritates.

† *Idem si sit error expressus in sententia, quia tunc impeditur etiam transitus in rem iudicatam, vt habetur in c. cùm inter. infrà, de re iudic. & in l. si expreßim. de appell. Eodem modo si appareret notoriè de iniustitia. c. solicitudinem. §. si verò. de app. c. inter cæteras. de re iudic. Et alios casus etiam ponunt Felin. & Moder. in d. c. quoniam contra. Et adde dominos de Rota in deci. 1. in nouis. de probat. vbi dicunt, † non præsumi pro iudice, quando præsumptio fraudis est contra eum, puta in ordinario iudice, qui scribit contra apostolicum, & dicit se prius contulisse beneficium, quàm Papa vel executor eius: nam sibi tunc non creditur, vt dicunt etiam Abb. & Moder. in cap. post ceßionem. suprà, de proba. † Quintò limitatur in casibus, in quibus regulariter iudex non habet aliquam potestatem, nisi in certo casu, aut ex certa causa. Nam non præsumitur ista causa in iudice, nisi probetur, argum. l. si donatione. C. de colla. & quod not. Bart. in l. si fortè. ff. de castren. pecu. Et ita tenet Bar. in l. item si suspectus. ff. de procu. Socin. in cons. 96. in 4. colum. Modern. in l. nemo potest. in primo notab. ff. de lega. 1. De quo dicendum est vt dixi in c. quod sedem. in 2. notab. suprà, de offic. ord.* 25 26 27

¶ ADDIT. Et vide etiam per Ias. in l. 1. in 5. no. ff. de offic. eius. vbi etiam Purpur. fol. 22. num. 547. cum pluribus seq. vbi multa pro dote huius limitationis adducit.

† *Sextò limitatur, vt non præsumatur pro iudice, in his quæ gerit, & ad eius officium non pertinent. c. significauit.* 28

inf.de appella.Bald.Aret.& Mod. in d.c.post cessionem. Bal.in Rub.C.de fide instr.pen.col.vers.secundum supplementum.Et idem etiam videmus in nuncio.c. cùm parati.

29 *vbi no.de appel.† Idem stante statuto, quòd credatur libris mercatorum: quia intelligitur de spectantibus ad eorum officium, secũdm Bal.in l.fin. C.ad Maced.cum concord.Et*

30 *facit, quia † iudex extra officium suum agens, habetur pro priuato, & potest impunè illi resisti.l.defensionis.C. de iu. fisc.lib.10.& quod no.in l.2.ff.de appel.recip.*

¶ ADDIT. Adde Ias.in l.vt vim.in gl.1.ff.de iust. & iur. & ibi Decium columna 8. qui multa egregia accumulat, & plures concord. allegat, & maximè Alexan. consil.144. post reditum primum.lib.2.& Hippo. Marsil. in sua practica criminali §.diligenter.nu 51. & pluribus sequentib. & alibi passim.

PRÆSVMPTIO X.

1 Decretum præsumitur ex iusta & vera causa, & solenniter interpositum. & nu.2.& 5.

3 Solennitas extrinseca, an præsumatur interuenisse in decreto.

4 Decreti interpositio non potest delegari.

6 Causæ cognitio & solennitas quando præsumatur ex diuturnitate temporis.& nu.7.

8 Decretum præcipitanter interpositũ, facit vt non præsumatur pro iudice interponẽte autoritatem alienationi rerum minoris.

Iudex qui dat curatorem minori inquisito, cauere debet ne statim curator autoretur minori in aliquo actu.ibid.

9 Non præsumitur pro decreto, quando pars non plenè docuit iudicem de negocio, vel quando in eo esset error manifestus, seu vitium visibile.& nu.11.

10 Iudex si fuerit idiota, an præsumatur pro decreto.

1 *DEcimò.† Præsumitur pro decreto, quòd ex iusta & vera causa.& solenniter fuerit interpositum. l. ab ea parte.secundo respon.ff.de prob.l.manumissio per liberos.*

ff.de

ff.de manumiss.vind.Et firmat Spec.in tit.de emptio.& vend.§.nunc videndum restat primò. & est cōis conclusio, vt latè per Alex.in d.l.sciendum.& in cons.80.in secunda col.& consil.92.in tertia col.& consil.50.in quinto volum.cum multis concordan.per Modern. in d.c.quoniam contra.

¶ ADDIT. Et per Hippol. Marsil. in sing.438. lex multum, &c. vbi etiam allegat concor. Faciunt etiam quæ abundè congerit Ias. in tit. qui feud. dare poss. col 3. vers. confirmo per optimum simile. & in l. pacta nouissima. col. 2. C. de pact. Et in terminis istius præsumptionis, quòd solennitas extrinseca præsumatur interuenisse in decreto, vide eundem Ias. in d.l. sciendum. col. 7. ver. septimò limita. vbi dicit hanc præsumptionem egere longa & alta indagine, de qua latè per Ang. de Are. in l. fi. quā. ap. fit. & in §. fi. de fideius. Inst. Ale. & alios in l. iustè. ff. de acq. poss.

Quod intelligitur, † quando istæ causæ & solennitates requisitæ, fuerunt specificè enunciatæ in decretis, aliter non, secundum gl. in l.1. C. de fide instru. libr.10 quam ita intelligit Baldus in l. ex his. C. de testam. milit. & in l.1. C. de rebus creditis. Ang. in l. Imperatores. ff. de priuil. cred. Ioan. Fab. in §. fina. Instit. de fideius. Anchar. consil. 280. Felin. & Decius in d. cap. quoniam contra. Sed tu aduerte, quia contrarium est de mente Alex. in d. cons. 80. vbi concludit præsumi pro decreto, quando adest clausula, omni meliori modo. certè tunc non potest dici quòd sit specialis facta mentio solennitatum. Idem concludit si simpliciter sit dictum, eum adhibuisse causæ cognitionem, secundum Paul. de Cast. in l. cùm hi. § prætor. ff. de transaction. Quid tenendum? † articulus iste est satis dubius: & contrarium, quòd imò non præsumatur solennitas extrinseca in decreto, nisi de causa aliter constet, tenuit expreßè Ang. in d.l. 1. C. de fide instru. lib.10. & est de mente Bartoli & Bald. Ioan. de Plat. & cæterorum ibi, dum dicunt non præsumi

2

3

 solennita-

solennitates nominatas in instrumento interuenisse, nisi sint tales, quæ tempore confecti instrumenti potuerint interuenire: & tamen in illo casu non poterat fieri ille contractus, nisi cũ decreto seu interueniente iudice, id est, procuratore fiscali, vt ibi per Bar. Et istam etiam partem videtur tenuisse Bar. in l. actor in vlt. col. ff. rem ratam hab. firmauit Bald. in l. iuris gent. §. quòd ferè. ff. de pact. Paul. de Castro, consilio 89. super eo quod quæritur. Roman. & Aretin. in dicta l. sciendum. Et idem Aretin. in consilio 69. in 2. columna. Et vltra eorum rationes videtur mihi quòd ista opinio in puncto iuris sit verior. Primò per text. l. in minorum. C. de præd. min. vbi venditio non potest fieri in illo casu, nisi interueniente decreto, & apud acta causis probatis: & sic tex. non est cõtentus simplici præsumptione, sed requirit ꝙ probatio sit facta apud acta. Secundò videtur mihi vrgere ratio text. Nam in istis decretis lex habet magis suspectam personam iudicis, quàm in sententijs.

4 *Istud probatur, † quia talis interpositio decreti non potest delegari. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procõs. & lega. l. 2. C. de asses. Quod non est regulariter in sententijs. l. placet. C. de pedan. iud. Vnde si non præsumatur pro sententia, quò ad probationem causæ & solennitatum. d. c. quoniam contra. multò minus debet præsumi pro decreto, in quo lex habet iudicẽ magis suspectum, & propterea prohibet delegationem. Tertiò dico istud probari in l. 1. C. de prædijs d cur. lib. 10. vbi licet interueniat decretum, tamẽ requirit text. quòd sub fide actorum de necessitate distrahentis appareat: & sic ibi est casus, ꝙ non præsumitur pro decreto, nisi quatenus constet sub fide actorum. Et pro ista parte satis nos vrget ratio naturalis, quia cùm interpositio decreti sit voluntariæ iurisdictionis, facilius potest fraus interuenire, quàm in sententijs, in quibus pars læsa statim contradicet: vnde in puncto iuris ista opinio est verior.*

Nec

Nec obstat d.l.ad ea.& d. l.manumissio. quia non loquitur in casu, in quo requiratur causæ cognitio: sed simpliciter loquuntur in emancipatione, vel manumissione, quæ requirunt solam voluntatem domini vel patris absq; alia causa. † *In practica tamen posset distingui, supradictas opiniones concordando: quia aut loquimur in decreto, quod requirit causæ cognitionem, & tũc ad hoc, quòd præsumatur, requiritur quòd sit facta specialis mentio causæ & solennitatum. Et ita procedit prima opinio Bald.& sequacium. Aut loquimur in decreto, quòd non requirit diligentem causæ cognitionem, puta in emãcipatione vel manumissione facta per maiorem, vel quando succedit loco consensus agnati in contractibus mulierum, secundum formam statutorum, & tunc satis sit si simpliciter asseratur interuenisse causæ cognitionem, vel apponatur clausula omni meliori modo, vel similis, & procedat quod not. Alex. in d.cons.86. Imò in vltimo casu, ex* † *diuturnitate temporis præsumeretur causæ cognitio, etiam si nihil in instrumento esset dictum. argu.l.si filius. C.de petit.hær.& quod notant Doct.in l.qui in aliena.in prin.vers.sed si non adierit.ff.de acqui.hære. Aret.cons.36.in 2.col.& per Iason.in d.l.qui in aliena.* 5 6

¶ADDIT. Et eundem Ias.in d.l.sciendũ.col. 7. vbi adducit similia.

Quod tamen † *non procederet in primo casu, vbi requireretur magna causæ cognitio. Et ita procedunt notata per Bal.in l.2.C.de legi.hæred. Rom.in d.l.sciendum. Alexã. consil.17.in quarto.in 3.col.& in d.l.qui in aliena. Bald. & Salic.in d.l.si filius.& Corn.in l.2.C. de bon.posses.secun.tab. Nisi præteriisset longissimum tempus, id est, triginta annorum. arg.c.peruenit.& quod ibi not. Imol.inf. de emp.& vend.& c.significauit.infrà, de censi.& ibi per Abb.de quo etiam per eundem in c.Albericus.in pen.col.de* 7

testib. Et ita intelligitur quod not. Anch. conf. 136. ex consilijs excellentium. vbi vult præsumi solẽnitatem & causæ cognitionem in transactione facta per ecclesiasticos, concurrente lapsu triginta annorum, vt ibi per eum. Et tenendo generaliter communem opinionem, ex supradictis habes primam limitationem, quòd non præsumatur pro decreto, quando non est in eo specificata causa, vt suprà. Secundò

8 *† non præsumitur pro eo, quando appareret fuisse interpositum præcipitanter, puta quia eodem tempore in alienatione rei minoris interuenerit autoritas seu decretum iudicis, & datio curatoris, secundum Anch. conf. 72. visis diligenter actis. quem refert & sequitur Alex. conf. 218. visis verbis. in vlt. col. in secundo. Idem tenet Com. conf. 170. videtur prima fronte. in pen. col. & Ias. in d. l. mandata. in 2. col. C. de offi. eius cui. & in d. §. prætor ait. 2. tale enim decretum requirit legitimam causæ cognitionem. l. magis puto. §. ne paßim. ff. de rebus eorum.*

¶ ADDIT. Refert & sequitur Alexã. conf. 45. visis. col. vlt in. lib. 6. & Bart. consil. allegato per Hippol. in l. statu liber. col. final. vbi istud dictum refert & sequitur, & concord. & similia allegat. ff. de quæstio. Et propterea Hippo. in sua practica, in §. nunc videndum. col. 6. nu. 32. & seq. dat consilium, quòd aduertere debet iudex, quãdo in causa criminali dat curatorem minori inquisito, quòd nõ patiatur nec admittat, quòd eo momento temporis quo datus est curator, autorizet minori in aliquo actu: nam ille actus esset nullus, propter breuitatẽ temporis, ex quo apparet quòd non interuenit causæ cognitio, quæ ad validitatem actus debet interuenire: & ibi allegat autoritates. Et latè Ias. in l. iudices. C. de iudic. vbi adducit concor. & quę dicta sunt in præcedenti præsumptione, in 4. limitatione.

9 *Tertiò non † præsumitur pro decreto, quandò pars plenè non edocuit iudicem de negocio, secundum Bald. in consil. 375. in 3. vol. per tex. in l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. Et propterea concludit, non videri factam insinuationem donationis*

tionis coram iudice, quando non est expressum quid donetur. † Quartò non præsumitur pro decreto, quando iudex 10 esset idiota: quia non est verisimile, quòd ipse fecerit seruari solennitates iuris, quas ignorat, vel adhibuerit legitimam esse cognitionem. ita est de mente Aret. in d. consil. 69. vers. prætereà. quod nota contra consules ciuitatum & balliuos castrorum, qui vili mercede interponunt autoritatem suam in contractibus magnæ importantiæ. Et ita potest intelligi dictum Inno. & Host. in d. c. accedens. 1. vt lite non contest. dum sentiunt non præsumi pro iudice indiscreto. fa. quod no. Innocen. in cap. 1. de cle. pere. vbi dicit, quòd præsumitur solennitas extrinseca, ratione magnæ probitatis personæ actum exercentis. Sequitur Abb. in d. c. nisi essent. de præben. in primo nota. & expreßè præsupponit contrarium, vbi iudex non esset valdè circunspectus & prouidus. Non obstat, quòd imò tales iudices debet præsumi scire iura, iuxta l. leges sacratißimæ. C. de legi. & consequenter ea seruare: quia ad hoc respondetur ex mente Aret. in d. l. sciendum. in quinta col. dum dicit, quòd solennitas contractuum, quæ est vnita communi vsui gentium, præsumatur esse nota vnicuique: non tamen idem est in solennitate simplici iuris ciuilis, quia talis non præsumitur esse cognita nisi peritis. arg. c. cùm olim. inf. de priui. & doctri, Bar. in l. 2. §. diuus. in vltim. col. ff. de iure fis. quæ est pulchra limitatio ad regulam d. l. leges. Potest etiā aliter respōderi, quod ideò quilibet præsumitur scire iura, quia tenetur ea scire, vel per se, vel per alium, puta consulendo peritiores, & adeundo Doctores peritos, prout dicunt Bal. Sal. & Modern. in l. iuris. C. qui admit. But. in c. 2. de constit. Rom. in l. si duo. ff. de acq. hær. Sed non est verisimile in casu nostro, quòd ipsi velint adire Doctores pro facto alieno in quo requiritur impensa. arg. l. cùm de indebito. ff. de probat. & notatorum in l. fin. C. de alim. pupi. præst. † Quintò 11

non præsumitur, quando in tali decreto esset error manifestus, seu vitium visibile, secundum Bal. in l. 2. in vlti. q. ff. si ex noxali cau. agatur. per not. in l. Imperatores. ff. de priuileg. cred. Imò tali casu decretum esset nullum, puta si in eo esset expressa falsa causa. l. cùm verò. §. subuentum. ff. de fideicommiss. libert. Bar. in l. Seiæ egressæ. per illum tex. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. per Bart. & Doct. in l. si is ad quem ff. de acquiren. hæred. Idem si esset causa partim vera, & partim falsa, secundum Bar. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indebi. de quo ibi per Moder. Idem etiam si causa expressa non esset iusta & sufficiens: nam tunc non præsumeretur alia legitima. l. qui testamento. vbi notatur. ff. de excusatio. tuto.

PRÆSVMPTIO XI.

1 Princeps nõ præsumitur velle auferre ius alterius. Limitatur num. 5. 6. 7. 9.

2 In commissione quantumcunque generali, nunquam cẽsetur concessum ꝙ possit tolli ius quæsitũ alteri.

3 Vicarius Imperatoris ex quacunque potentia generali non posset ius alterius quæsitum tollere.

4 Clausula, saluo iure alterius, semper intelligitur in literis principis.

5 Delictorum remissiones & restitutiones, nunquã trahuntur ad pœnam parti applicatam.

6 Principis concessio si habuerit clausulam, etiam cum præiudicio tertij, tertio præiudicat in leuibus.

7 Princeps potest præiudicare tertio quò ad ius querendum spe non approbata.

8 Principis concessio si aliàs nihil operaretur nisi prẹiudicetur tertio, an censeatur velle tertio prẹiudicare.

9 Donatio non insinuata confirmata per rescriptũ principis an teneat in præiudicium liberorum.

10 Princeps censetur velle p̃iudicare tertio, quando apparet de enixa mente & volũtate principis volentis p̃iudicare: & hoc in casibus quibus põt præiudicare. Constare autem de mente dicitur, vt numero 13.

11 Princeps

11 Princeps ex simplici concessione non censetur declarasse mentem suam esse velle præiudicare tertio, sed potius censetur circunuētus per importunitatem.
12 Princeps præsumitur circunuentus, quando sub prætextu declarationis vult tollere concessionem semel alteri factam.
14 Princeps non censetur velle præiudicare tertio per clausulas, motu proprio, vel ex certa scientia &c. Intellige nisi duobus concurrentibus.
15 Clausula, plenitudinis potestatis, est tantæ potentiæ, quòd nihil opponi potest, quin concessio principis suum effectum sortiatur.

VNdecimò. † *Præsumitur quòd princeps rescribat secundum iustitiam, nec velit auferre ius alterius. l. 2. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. & est tex. in c. ex tuarum. suprà, de auto. & vsu pal. Et multas decisiones pro exornatione huius regulæ ponit Feli. in c. causam, quæ. in ver. interpretatio. suprà, de rescri. Ias. in l. 1. & in l. fin. in 4. col. ff. de constit. prin. & in l. penul. in penul. col. ff. de iustitia & iure.* 1

¶ ADDIT. Vltra præallegata, & in locis hîc recitata, vide infinitas autoritates per Lud. Bolog. consi. 6. cor mundum &c. viso igitur instrumento. col. penul. & antepenul. vbi melius quàm alibi, & similibus concordantijs exornatur hæc regula. & Deci. consi. 11. pro tenui. col. 3. & consil. 271. in casu. & 286. in causa. col. fin. & consi. 389. visa longa. col. 2. & consi. 520. in causa Pictoriensi. & plenissimè congerit consi. 544. serenissimus. col. 2. & 3. Io. Rub. Alexan. consi. 144. viso instrumento. col. 3. Curt. iunior consi. 88. præsupponitur. nu. 8. & consi. 142. sacratissimæ. nu. 3. & multa egregiè per eundem in consi. 174. per totū ferè consilium. & Hippol. Marsi. in sing. 440. Ex quibus locis amplissimè locupletatur hæc præsumptio.

Et vltra illos adde, † quòd in commissione quantumcunque generali, nunquam censetur concessum quòd posset tolli ius quæsitum alteri. Et propterea † vicarius Impe- 2 3

rialis, ex quacunque potentia generali non posset hoc facere, secundum Raph. Com. in consi. 158. in 1. dub. Et dicit
4 *Bal. in l. monumenta. C. de leg.* † *quòd in literis principis intelligitur semper clausula, saluo iure alterius.*

¶ ADDIT. Adde Francis. Curt. Iuniorem consi. 184. sacratissimæ. col. 5. vbi allegat concord. Facit quod voluit Panormit. in c. ex parte. 2. ad fi. de officio delega. refert & sequitur Dom. meus à Ripa, in c. 2. col. 8. & 9. nu. 32. quòd rescriptum tollens ius tertij, præsumitur de falsitate suspectum: quia non solet princeps talia rescripta concedere: & ideò quia continet inconsueta, censetur suspectum de falso. d. c. 2 cum ibi not. per Doct. & dixi suprà in trigesima præsumptione, secundæ regulæ.

Et facit, quia literæ principis semper interpretantur secundum ius commune c. licet. de præ. c. causam, quæ. de re-
5 *scrip. Et propterea* † *remissiones delictorum, & restitutiones quæ fiunt à principe, nunquam trahuntur ad pœnam parti applicatam, per Ias. in l. venia. in 3. col. C. de in ius voca. Felin. in c. super eo. de offic. delega.*

¶ ADDIT. Et expressè consuluit Deci. consili. 520. in causa Pistoriensi. in princ. vbi allegat concord. Adijce prædictis quod generaliter concludunt Docto. post gloss. & Barr. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthum. quòd licet restitutio deportati facta à principe, restituat & reponat eum in statum pristinũ tam ad honores quàm bona. l. 1. 2. 3. & fin. C. de senten. pass. tamen restitutus non recuperat bona medio tẽpore in aliũ translata, quia illi ius est acquisitum, quod non præsumitur princeps tollere voluisse per restitutionem. & istud etiam refert Ias. in d. l. fi. de constitu. prin. Et vltra hæc, & in locis hîc allegatis deducta, pro hac regula facit communis conclusio Bar. Bald. Alex. Ias. Ruin. Galiaul. & aliorum omnium Moder. in d. l. Gallus. §. & quid si tantũ. quòd licet legitimatus à principe habeatur pro verè legitimo, & succedat in bonis patris perinde ac si esset legitimus, illud tamen non procedit in legitimato post mortem patris, qui non admittitur ad bona patris, quorũ ius est acquisitum venientib. ab intesta

to,

to,& sic talis legitimatio non tollit ius succedendi, & bona per mortem patris,& agnitionem hæreditatis, maximè venientibus ab intestato, quæsita: quia non præsumitur princeps voluisse ius alteri quæsitum tollere. quod notatur.

Et pro hac regula etiam facit l. si quando. in princip. C. de inoffic. testamen. & quod not. Com. per illum tex. in consil. 176. Limitatur, † quando in ea concessione diceretur, non obstante præiudicio tertij: quia tunc præiudicaret saltem in leuibus: & sic intelligeretur de paruo præiudicio, non autem de magno, vt not. in d. §. si quis à principe. & est glo. in l. sed cùm ab hærede. ff. ad Treb. & gl. in c. olim. in verb. præiudicium. vbi Dom. suprà, de consue. Car. in c. mandatum. in septimo nota. de rescri. Ias. in d. l. fin. Feli. in d. c. super eo. 6

¶ ADDIT. Adde Lud. Bolog. in d. consi. 6. colum. antepen. & pen. vbi allegat concord. Et vide per alios suprà allegatos.

† Limitatur etiam quò ad ius quærendum, spe non approbata; quia tunc non potest dici tolli aliquod ius tertij, vt per An. consi. 292. Do. Papa. Et fa. quod no. Bald. consi. 71. in primo lib. vbi valet concessio principis de construendo molendino in flumine publico, licet præiudicetur alicui molendino alterius; quia istud respicit interesse ex lucro contingenti, quod potest princeps auferre. † Limitatur etiam, quando aliàs concessio principis nihil operaretur: quia potius intelligetur præiudicare tertio, secundū Cald. in disput. sua incip. Do. Papa. in 12. col. vbi si Papa mandat, quod duæ ecclesiæ vniantur, istud intelligetur, etiam si inde orietur damnū aliquod tertio. sequitur Fel. in d. c. super eo. Quod verū esse puto in his quæ sunt arbitraria & manualia ipsis principibus, & nō aliàs, & ita procedit illud quod no. Abb. consi. 84. illud in summa. in primo lib. † vbi rescriptum principis confirmans ex certa scientia quandam dona- 7 8 9

donationem non insinuatam, tenet etiam in præiudicium filiorum, quibus erat ius quæsitum spe probabili. Et ratio est, quia ista insinuatio est quædam solennitas introducta de mero iure positiuo, quod est arbitrarium ipsi principi. Et ad istam limitationem facit quod no. Alex. in l. quanquam. C. de testa. milit. vbi ad hoc quòd rescripta teneant & aliquid operentur, præsumitur princeps excessisse potestatem ordinariam, & vti suprema. Quod intellige secundum supradicta: & si possit aliquid operari, satis est, licet non in totum, vt per Bald. in c. 1. §. sacramenta. in vlt. col. de pace iura. firm. in vsib. feud. 10 *† Limitatur etiam, quando constat de enixa voluntate principis volentis præiudicare tertio, secundum gl. in d. §. si quis à principe. quia tunc in claris non est opus præsumptionibus. l. continuus. in prin. vbi gl. ff. de verbor. oblig. & propterea præiudicabitur illi in casibus in quibus princeps hoc potest, secundum notata in d. c. quæ in ecclesiarum. de constit. Est verum,* 11 *† quòd ex simplici concessione non dicetur constare de mente sua, imò præsumetur potius circumuentus, & fecisse per importunitatem. l. 1. C. de petit. bon. sublat. lib. 10. Rom. consi. 436. quod indultum Petri. in 5. col. Ias. in l. si testamentum. C. de testam. facit quod not. Feli. post alios in c. olim. per illũ tex. infrà, de re iud. vbi* 12 *† præsumitur princeps circunuentus, quando sub prætextu declarationis vult perimere concessionem semel alicui factam: & quod notat Rom. consil. 298. Intellige ergo circa præmissa* 13 *† constare de mente principis, quando esset facta concessio ex motu proprio, vel certa scientia. arg. d. l. 1. vbi Bart. Ioan. de Plat. & alij, & habetur in c. ad hæc. suprà, de rescriptis. & per Soc. consi. 3. col. 4. in 3. vol.*

¶ ADDIT. Et quòd per clausulam, Ex certa scientia, dicatur apparere principem velle præiudicare tertio, & tollere ius quæsitum, asserit Io. de Ana. consi. 81. viso instrumen-

mento. & Alex. consi. 216. nec arguendi sumus. col. 5. versi. 6. confirmatur. lib. 2. & egregiè Deci. consi. 390. quoniam ex facta. col. 6. & idem Deci. consi. 373. viso consi. col. 2. vbi adducit dictum Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. de iur. codicil. quòd factum à principe ex certa scientia, non potest in dubium reuocari. Et inquit Bald. in c. 1. §. si quis autem. de pace Constan. quòd non debet quis audiri aduersus illud quod facit princeps ex certa scientia, imò debet repelli, & ei perpetuum silentium imponi. & idem Deci. consi. 498 viso casu. col. pen. in fin. cum principio vltimæ, vbi allegat autoritates. & consi. 588. viso puncto. col. 1. & consi. 463. in causa. col. 2. & melius ac expressius consi. 191. in causa. col. 2. vbi per vnam col. multas adducit autoritates, ibi videto. Et idem etiam est dicendum de clausula, Motu proprio, quæ idem operatur quod clausula, Ex certa scientia, vt per Decium consi. 137. diuino implorato præsidio, & diligenter. col. 2. & alibi passim videre poteris in consilijs Decij. Et Curtius iunior consi. 174. sacratissimæ trinitatis. col. 1. vbi plura allegat, quòd per clausulam, Ex certa scientia, præsumatur princeps voluisse tollere ius quæsitum tertio.

In contrarium facit quod notat idem Barto. in l. fi. C. de locat. præd. fisc. lib. 11. Ludouic. Rom. in d. consi. 298. Felinus latè in c. causam, quæ. 2. suprà, de testib. Iason, in l. fi. in pen. col. ff. de pactis. vbi volunt, quòd † per tales clausulas non censeatur præiudicatum tertio. facit quod notat Alex. consi. 28. viso processu. 2. col. in quarto. & Soc. consi. 302. videbatur. 14

¶ ADDIT. Quòd clausula, Ex motu proprio: & clausula, Ex certa scientia, non operentur in præiudicium tertij, nec per eas dicatur apparere de mente principis, quòd velit ius alteri auferre, tenet Deci. consi. 544. serenissimus. col. fi. & consi. 468. superiori anno. col. 3. nu. 20. & 21. & consi. 110. in causa mota. col. antepen. num. 23. vbi allegat Card. consi. 136. præmitto. in co. fi. & consi. 96. videtur vnio. & consi. 142. videtur dicendum. in fin. colum.

Puto priorem opinionem veriorem, concurrentib. duobus,

bus, videlicet quòd ſimus in caſu in quo princeps ſciat, vel veriſimiliter ſcire potuerit de præiudicio tertij : & quòd 15 *tollantur ea ſolùm, quæ ſunt iuris poſitiui:* † *aliàs requireretur etiã clauſula plenitudinis poteſtatis, vbi nihil poteſt opponi, quo minus conceſsio ſuum ſortiatur effectum, vt per Bal. in l. 2. in 10. col. C. de ſeruit. & aqua. de quo per Alexan. in d. l. quanquam. Paul. de Caſt. conſi. 280. in facto præſenti non intendo. cum ſimilib.*

¶ ADDIT. Vltra hîc allegata adde Decium conſi. 498. viſo caſu. nu. 27. & conſi. 403. quamuis col. 2. & conſi. 373. viſo conſilio. col. 2. & conſi. 390. quoniam. col. 6. conſi. 191. in quibus locis dat regulam, quòd ſi princeps ſcribat cum clauſula, Ex plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt quòd annullet gratiam: & comprobat autoritatibus.

PRÆSVMPTIO XII.

1. Præſumitur pro laudo arbitri. Intellige vt nu. 6.
2. An præſumatur pro ſententia arbitratoris, maximè ſi ſit petita reductio ad arbitrium boni viri.
3. Procurator generalis ſicut non poteſt donare, ita non poteſt compromittere.
4. Reductionem ad arbitriũ boni viri petens, debet probare iniquitatem laudi.
5. Arbitri omnis poteſtas dependet à compromiſſo.
7. Solennitati requiſitæ in compromiſſo ſi fuerit renunciatum, tunc valet compromiſſum ſeu laudum latũ non ſeruata ſolennitate.

1 *DVodecimò.* † *Præſumitur pro laudo ſeu ſententia arbitri. c. niſi eſſent. de præbend. Io. And. in addit. Specul. tit. de arbitris. §. ſequitur. verſi. itẽ quid ſi compromiſſum. in addi. incip. diuus. cum concord. per Mod. in d. c. quoniam contra. Et benè facit tex. in l. 1. ff. de leg. 2. vbi lex præſumit arbitrum pro viribus patrimonij competenter & ſine mora iudicaturum. Et facit etiam ratio, quia arbitria exæquata ſunt iudicijs. l. 1. ff. de arbitris. Vnde ſicut pro ſententia præſumitur, ita etiam pro arbitrio. Sed nunquid idẽ*

eſt

est in arbitratore? Et videtur dicendum quòd non, quia arbitramentum æquiparatur transactioni, & sic contractui. §.1. in Auth. vt differ. iudi. c. Quintauallis. de iureiur. Sed in contractibus non præsumitur solennitas extrinseca. l. quicunq. §. fin. ff. de Publicia. & ita tenet But. cōs. 29. in antepenul. col. Alex. consi. 119. lib. 2. in fi. In contrarium tamen est communis opinio, quòd imò præsumatur pro con laudo: & quod fortius est, etiam si sit petita reductio ad arbitrium boni viri, secundum Dyn. consi. 19. Ptolemæus. Cald. consi. 5. de arbit. Card. consi. 140. Fel. & Doct. in d. c. quoniam contra. & videtur etiam voluisse Abb. consilio sexagesimoquarto. in primo.

¶ ADDIT. Quòd pro sententia arbitratoris siue laudo præsumatur, multa allegat Alex. consi. 43. quia subtiliter. col. 1. lib. 6. Quod tamen limitat non procedere, vbi est reclamatum ad arbitrium boni viri, quia tunc sicut pro sententia iudicis non præsumitur pendente appellatione, vt suprà diximus, ita nec pro arbitratore pendente recursu & reductione.

Sed ista opinio videtur satis dura. Primò, quia cùm iudices ordinarij sint vt plurimum peritiores ipsis arbitratoribus, quia aliquando eliguntur idiotæ: certè nō videtur plus præsumendum pro ipsis, quàm pro iudicibus. arg. l. fi. vers. sed nequis ita effuse. C. vbi & apud quos in integ. restitu. Pro iudice autem nō præsumitur quando est appellatum, vt suprà vidimus. Secūdò probatur eadem opinio, quia vbi prohibetur alienatio, probibetur etiam compromissum. c. quod tempore. vbi But. & Abb. suprà, de arbitris. & tamen si præsumeretur pro arbitro, videretur permittendū compromissum, tanquam non esset concessurus alienationē, nisi in casu licito. Vnde etiam videmus, quòd sicut † procurator generalis nō potest donare, nec inutiliter effundere rem domini, ita non potest compromittere. c. per tuas. extrà, de arbitr. Bar. in l. mandato. ff. de procu. Alex. in l. transactionis. 3

nis.C.de transact. Et tamen satis apparet, quòd si præsumeretur pro iustitia laudi, videretur istud permittendum, nec annullaretur laudum à principio, sed ex post facto tantùm probata iniustitia: quod est falsum. Tertiò facit text. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. vbi statur sententiæ arbitri, non quòd pro ea præsumatur, sed metu pœnæ. Quartò, fortius istud debet procedere in arbitratore: quia de natura talis laudi non est, vt feratur secundum iustitiam, sed potius secundum quòd arbitrator credet verisimiliter partes acquieturas: quia talis debet solùm attendere concordiam partium, & potest dare alteri aliquid de iure alterius, vt not. Bar. in l. si de meis. ff. de arbit. & in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Vnde cùm de natura talis actus non sit vt propriè feratur de iure, non debet hoc præsumi. arg. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. si vno. ff. loca. Quintò ista opinio satis probatur in d. c. nisi essent. vbi tex. præsumit pro arbitramento, propter qualitatem personarum: quia illi arbitratores erant prouidi & honesti, & eorum ordinatio erat ab vtraque parte recepta: vnde innuit tex. quòd his qualitatibus non concurrentibus, non præsumeretur. & licet quilibet præsumatur bonus, tamen non præsumitur prouidus circa scientiam iuris & artem iudicandi. glo. in c. si fortè. inf. de elect. in 6. & suprà ostendimus. Vnde generaliter ego teneo, quòd lex non præsumit neque pro arbitro, neque pro arbitratore, quòd iustè vel iniustè egerit, sed velit eorum stari sententijs, quia partes ita promiserunt: vnde sibi imputet qui promisit stare eorum dicto, quia pacta seruanda sunt. c. 1. suprà, de pactis. & d. §. stari. Et propterea † qui petit reductionem, debet ipse probare iniquitatem, secundum Dyn. in d. consi. Ioan. And. in d. §. sequitur. & ibi etiã Bal. in addit. & in d l. si de meis. & in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. in 7. col. de offic. pro. cons. & lega. & in l. si arbitratu. ff. de verb. obl. Imo. in c. in

4

præ-

præsentia. suprà, de renunc. Fel. in d. c. quoniam contra. Et hoc, non quòd habeat contra se præsumptionem, sed quia habet pactum. Vnde si arbiter vel arbitrator aliquid agant extra compromissum, non præsumetur pro eis, quia tunc partibus non obstaret pactum, secundum Ang. consi. 218. visa narratione.

¶ ADDIT. Quòd petenti reductionem ad boni viri arbitrium, propter iniquitatem vel nullitatem laudi, incumbat onus probandi illam, tenet Alex. in d. consi. 43. colum. 2. in fin. lib. 6. Dicit tamen istud esse propter præsumptionem quæ est pro laudo, quòd sit rectè latum: dicenti ergo contrarium, incumbit probatio. l. ab ea. ff. de probat.

Et facit quod vulgò dicitur, † respiciendum semper esse tenorem compromissi, quia omnis arbitrorum potestas ab eo dependet. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. c. cùm dilectus. suprà eod. titul. Cur. consi. 31. Et sic concludo, † non præsumi pro laudo arbitrorum vel arbitratorũ, nisi quatenus fecerint quæ eis ex forma compromissi facere permissum erat. & ita procedit communis opinio. Si verò asseratur eos excessisse compromissum, tunc non præsumetur. & ita intelligitur quod notant But. & Alex. in dictis consilijs. Et pro hac distinctione facit, † quia etiam dato quòd nulla solennitas requisita interuenerit in compromisso vel laudo, & cõsequenter laudum videretur nullum, tamẽ adhuc non potest dici de nullitate. quando tali nullitati renunciatum est in compromisso, secundum Bartol. in l. vbi pactum. pen. col. C. de transact. Ang. consi. 200. A & B. contraxerunt. Alex. consi. 22. in 2. col. in 2. vol. Et istud est nõ propter præsumptionem inde orientem, sed propter pactũ, vt ibi per Alex. facit tex. in l. quanquam. de ritu nupt.

5 6 7

PRÆSVMPTIO XIII.

1 Notarius præsumitur benè exercere officium suum. Amplia, etiam si notarius sit idiota.

2 Scriptum in instrumento, præsumitur scriptum de commissione & voluntate eius qui rogauit: & volens probare contrarium, afficeretur duriori probatione.

4 Notarius si in instrumento attestetur se certiorasse mulierem de beneficio Velleiani, standum est tali instrumento.

5 Notarius qui in instrumento dicit mulierem certioratam renunciasse Velleiano, an possit interrogari quid sit Velleianum, & si nesciat respondere, an valeat tale instrumentum seu renunciatio.

6 Notarius non potest ex post facto corrigere instrumentum circa substantialia.

7 Præsumitur pro instrumento.

8 Instrumentum habet probationem probatam.

9 Instrumentum si dicat, quòd Titius ex certa scientia & benè consultus, neq; vi, dolo, neq; metu, &c. statur tali instrumento, nisi probetur contrarium. Rationem vide ibidem.

10 Error in Notario potius præsumitur quàm falsitas, si aliud reperiatur scriptum quàm sit dictũ à partib.

11 Notarius non punitur de falso, nisi de eius dolo cõstet.

12 Notarius quibus casibus præsumatur in dolo.

13 Notarius scribens contractum illicitum, punitur de falso, & alijs pœnis.

14 Notarium quem esse si non constet, an præsumatur pro instrumento.

15 Notarium quem esse si negetur, an stetur instrumẽto, si exerceat tanquam Notarius.

16 In instrumẽtis antiquis non est necesse probare, quòd ille qui scripsit fuerit Notarius.

17 Notarij iuramento cum comparatione literarum, per quam appareat eũ plura instrumenta publicè confecisse, an stetur, quando negatur tabellio.

18 Instrumento si testis contradicat, an præsumatur pro instrumento.

19 Notarius si examinauerit testem, & testis repetitus negat se ita dixisse prout Notarius scripsit, an magis præsumatur pro Notario.

20 No-

20 Notarius an præsumatur rogatus, si ipse de hoc nihil attestetur in instrumento.

21 Notarij declarationi an stetur, si verbum sit ambiguum in instrumento.

DEcimotertiò. † Præsumitur pro Notario, quòd benè exerceat officium suum. c. ad audientiam. de præscri. & habetur in l. si quis decurio. C. de falsis. & quod notabiliter decidit Bal. in l. Imperator. col. 2. versi. sed an poterit. ff. de stat. hom. Et propterea, † quicquid est scriptum in instrumento, præsumitur scriptũ de voluntate & commissione eius qui rogauit, secundum Bald. in l. errore. col. prima. C. de testa. 1 2

¶ ADDIT. Et Franc. Cur. Senior consi. 49. memoriæ recolendæ. col. 49. versi. dum autem vltimo loco. num. 75. vbi allegat concord. plures ad dotem huius dicti. Adde etiam Decium consi. 450. apertissimi iuris. & cons. 423. negari non potest. col. 2. cum similib. infrà deducendis.

Et volens probare contrarium, afficeretur durioribus probationibus, prout in casu notabili dicit Philipp. Decius consi. 105. in 3. colu. † Et istud procedit, etiam si Notarius aliàs esset idiota, secundũ Bar. in l. qui filiabus. ff. de testa. tut. Rom. consi. 179. amplissime Doctor. 1. col. Et propterea, si † in instrumẽto Notarius attestetur se certiorasse mulierem de beneficio senatuscons. Velleiani, standũ erit tali instrumento, vt est communis conclusio per Alexandrũ in l. sciendum. col. 11 ff. de verb. oblig. Est verum, quòd Alber. de Ros. Fulg. & Alex. in l. si mulier. §. si mulier. ff. ad Velleia. dicunt, † quòd sicut interrogatoria possunt fieri testibus, secundum Bar. in l. 1. col. 3. ff. si cert. pet. ita etiam poterunt fieri Notario, quid sit Velleianum: & si dixerit se nescire, talis renunciatio nihil operabitur. 3 4 5

¶ ADDIT. Illam decisionem Alber. refert, & notabilem dicit Hippol. Marsil. in Rub. de fideius. colum. 6. num. 39. vbi alleg. autoritates, & per duas col. disputando respon-

det arg. Alex. contrà tenentis in l. sciendum. de verb. oblig. & multis fundamentis hanc Alber. decis. roborat. Et idem Hippol. sing. 661. examinaui.

Sed istud ego non puto verum, quia aliàs esset in facultate Notarij, ex post facto tollere ius partis. Et confunditur ex communi doctrina, † quòd Notarius non potest ex post facto corrigere instrumẽtum quò ad substantialia, vt habetur per Bar. in l. si librarius ff. de reg. iur. per doct. in c. cùm Ioan. de fide instru. & Alex. consi. 70. in 2. col. in primo. Et ratio ipsorũ probat contrarium: nam si Notarius æquiparatur testi, clarum est quòd ex post facto testis nõ potest perimere dictum suum. c. præterea. de testi. cog. & per similem rationem ita dicit Alex. in d. l. sciendum. in 13. col. Vnde posset teneri, quòd diminuitur aliqualiter de fide instrumenti, non autem renunciatio in totum tollitur, prout in simili dicitur de testi. in d. c. præterea. Et pro hac præsumptione facit regula generalis, quòd † pro instrumento præsumitur. l. cùm precibus. C. de probat. de quo per Alexand. consi. 134. col. fin. in 2. & consi. 23. col. 2. & consi. 53. col. 6. & consi. 116. in fin. in 3. vol. And. Sicul. consi. 43. col. 6. & consi. 50. in prin. in 1. lib.

¶ ADDIT. Et Rom. consi. 509. circa præpositam. colu. fina. Soci. consilio 61. circa primum lib. 4. & Decius notabiliter consilio 36. diuino &c. colum. 4. & per totum consilium, vbi multa adducit ad dotem totius præsumptionis istius.

Et fa. quod notãt Pe. & Cy. in l. 1. in 6. quæst. C. de procu. vbi dicunt, † quòd instrumentum habet in se probationem probatam. de quo etiam per Soci. consi. 266. in 3. colum. & habetur in l. minor 25. annis cui fideicommiss. ff. de minor.

¶ ADDIT. Quòd instrumentum sit probatio probata, vltra hîc allegata adde Bald. in l. quoties. in finalib. verbis. C. de iudi. & Socinum consi. 2. in causa testamentaria. lib. 3. & consi. 89. in causa agitata. col. penu. vbi allegat concord,

cord. Decius consi.423.col. 2. & consi.36. diuino &c. col. 2. vbi multas autoritates adducit. & consili. 682. in causa dominæ Lucretiæ. & Hipp. Mars. in Rub. de probat. col. 2. numer. 3. vbi latissimas concord. allegat. & in l. si quis ne quæstio. num. 140. ff. de quæstioni. & Calcan. consi. 75. in causa prædicta. col. 5. & Steph. Bertran. consil. 192. col. 3. num. 10. lib. 2. in nouiss.

Et propterea, si † Notarius dicat in instrumento, qualiter Titius ex certa scientia & benè consultus, non vi neque dolo &c. stabitur tali instrumento, nisi probetur contrarium, secundum Bal. in l. mater. in 2. col. C. de rei vend. & in l. 2. C. de rescin. vend. Nam ex tali instrumento, secundum eum oriuntur tres præsumptiones. Prima, quòd instrumētum sit verum. Secunda, quòd sit solenne. Tertia, quòd ea quæ scripsit Notarius, sint dicta à partibus. de quo etiam per Bar. & Mod. in l. si dari. ff. de verb. oblig. & in l. fi. §. idem quæsijt. ff de con. inde. Alex. consi. 42. in tertia. col. in primo. & consi. 61. in secundo. 9

¶ ADDIT. Quòd ex instrumento tres præsumptiones oriantur hîc recitatæ, vult etiam Steph. Bertran. consili. 192. multa sunt. col. 4. nu. 14. lib. 2. in nouissimis. & Hippol. in l. si quis ne quæstio. nu. 139. ff. de quæstio.

Et adde, † quòd ita præsumitur pro Notario, vt si reperiatur aliud scriptum, quàm sit dictum, non tamen præsumitur falsitas, sed potius error, vt dicit Bart. in l. quoties. §. sed si notan. ff. de hæred. instit. & in l. si librarius. ff. de regul. iur. facit text. in l. penu. C. de his qui sibi in testam. de quo per Felin. in c. ex literis. in tertia conclus. suprà de fide instru. & per Anch. consi. 287. qui principaliter. col. 1. & per Comen. consi. 135. ad primum. vbi multa ponit ad excusationem Notariorum. & idem consi. 142. prædictus Petrus. Aretin. consilio 47. in 2. colum. Alexand. consilio 40. colum. fina. in primo. & consilio 27. in princ. in 2. Decius consi. 175. 10

¶ ADDIT. Adde etiam Hippo. de Marsil. in l. 1. nu. 71. & seq.

& seq. C. ad leg. Cornel. de sicarijs. & in Rub. ff. de fideius. col. 9. nu. 56. vbi etiam commendat decisionem Bar. in d. l. quoties. §. sed si notarij, subiungens in ambobus locis, quòd verba instrumenti quæ videntur falsa, si tamen possunt aliquo modo intelligi vt euitetur falsum, illa interpretatio capienda est, per quam Notarius à pœna falsi excusatur, & hoc per glo. vbi Bal. Ang. & Doct. notant, in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. & Alexan. consi. 70. viso processu. lib. 2.

11 *Et propterea † Notarius non punitur de falso, nisi de eius dolo constet, ex quo falsum nõ committitur sine dolo. l. nec* 12 *exemplum. C. de falsis. Et † Notarius in dubio non præsumitur in dolo, per supradicta, & per Alex. consi. 88. in secunda col. in 4. præterquam in duobus casibus in iure expreßis. Primus est in testamentis, vbi Notarius omisit debitas solennitates. l. iubemus. C. de testamen. de quo ibi per Moder. & Alexan. consi. 73. 2. col. in 1. Secundus est in l. nulli. vbi Bar. C. de numera. lib. 12. Sed posset per dicta iura teneri, quòd licet in dubio non præsumatur dolus in Notario, tamen non procedit in omittente solennitates instrumentorum: quia cùm illæ spectent maximè ad officium suũ, si eas omisit, præsumitur dolus. Et illud mihi placet, quia non video bonam rationem specialitatis ad dicta iura. Et pro hac parte facit tex. in lege prima. vbi Bar. C. de fide instrumen. lib. 10. vbi probatur, quòd mala fides præsumitur interueniße, quando solennitas fuit omißa, & ordo debitus non seruatus. Et dicit Bar. in lege, omnes. C. de petit.* 13 *bon. sublat. lib. 10. quòd † Notarius scribens contractum illicitum, non tantùm punitur de falso, sed alijs pœnis. & vide Alex. consi. 77. circa medium, in primo. vbi ponit indicia, per quæ potest deueniri ad torturam contra Notarium imputatum de falso. Quomodo autem Notarius poßit emendare errorem suum, ponit Bart. in d. l. si librarius. & latè prosequitur Feli. in c. ex literis. de fide inst.*

¶ AD.

¶ ADDIT. Et melius quàm alibi per Vitalem de Camba. in suo tract. clausul. in tit. de errore Notarij. fol. 40. per octo col. & vltra. Vide omninò.

Sed quid si † non constat aliquem fuisse Notariũ, nunquid adhuc præsumetur pro instrumento? Et Ang. in §. hinc nobis. in Auth. de hæred. & Falcid. per gl. ibi in verb. quantum ad hoc. tenet quòd sic, dum tamen nõ negetur, vel testes in instrumento descripti negent vera esse quæ in instrumento continentur. Sed tu aduerte, quia Angelus ibi locutus est nimis breuiter, & decidit duas quæstiones valdè dubias. Prima est, † an si negetur instrumentum fuisse scriptum ab eo qui verè est Notarius, licet exerceret tanquam Notarius, præsumatur pro instrumento. Et communis opinio est quòd non, imò requiritur quòd probetur verus titulus, vt habetur in leg. Barbarius. ff. de offic. præt. & per Alexand. consilio 138. in primo. Quod tamen limitatur pluribus modis, vt per Iason. in l. Barbarius. 10. colum. 14 15

¶ ADDIT. Vide etiam Deci. consi. 36. diuino &c. & pro tenui. colum. 2. vbi limitat non procedere in antiquis instrumentis: in eis enim non est opus probare, quòd Notarius qui scripsit, fuerit Notarius alleg. Innocen. in c. veniens. de verb. sign. Aut secundum Ant. in c. 1. de fide instru. sola fama sufficiet isto casu. Et vide concord. per Deci. in d. consi. & latius consi. 42. colum. 2. versi. venio ad primum. & ibi vide abundè de hac nostra quæstione, an si negetur eum Notarium fuisse qui instrumentum confecit, præsumatur pro instrumento, si probetur quòd diu fuit in exercitio, & quasi possessione Notariatus & cõficiendi instrumenta. Et de instrumento producto in longinquis partibus, si negetur illud esse à Notario confectum, vel negetur eum qui cònfecit esse Notarium, an tunc pro instrumento præsumatur, vide latissimè Hipp. Marsil. in l. si quis ne quæstio. col. 22. 23. & 24. ff. de quæstio. vbi citat plura loca, & autoritates: & ibi etiam plura de materia istius nostræ quæst.

17 Et dicit notabiliter Ang.in d.§. hinc nobis. † quòd cùm instrumentum negatur publicum,& sic negatur quem esse tabellionem, quòd probatur per iuramentum ipsius tabellionis se esse tabellionem, cum comparatione literarum, per quam appareat eum plura instrumenta publicè confecisse. sequitur Iaso. valdè hoc extollens in d.l. Barbarius. Sed istud dictum ita simpliciter non est verum: vnde intellige, non quando negatur eum qui fuit rogatus, esse Notarium (nam tunc si staretur dicto suo, esset testis in causa propria, quod non est recipiendum. l.1.C. ne quis in causa propria. l. pater. ff. de testi. l. diuus Adria. ff. de cust. reor.) sed quando negatur ab eo fuisse publicatum, vel ab eo fuisse scriptum. Et ita loquitur gl. in d.§. hinc nobis. si benè intelligatur. Et istud est quod voluit Sali. in l. si quis decurio. in 4. opposi. C. de fal. vbi creditur soli tabellioni, quando de facto suo interrogatur, videlicet an scripserit tale instrumentum, vel non. allegat §. si verò. in Auth. de fide instru.

18 Secunda quæstio est, † dato quòd aliquis testis contradicat instrumento, an præsumatur pro instrumento? quæ quæstio latè ponitur per Bar. & Imol. in l. 2. §. sed si neget. ff. quemad. testa. aper. & Feli. in c. cùm Ioan. de fide instru. de quo dicendum est vt ibi.

19 Sed † quid de Notario, qui examinauit testem, & testis repetitus negat se ita dixisse, prout Notarius scripsit, an tunc magis præsumatur pro Notario? Et dicendum est quòd sic, in iudicio ciuili: licet in criminali neutri credatur, vt dicit Spec. in tit. de teste. §. primo, versiculo, sed pone. Abb. & Fel. in c. cùm causam. 1. in fi. suprà, de testib. cum concordan. per Alex. cons. 74. in vltima col. in 1. Quod tamen intellige, quando pro instrumento est solus Notarius: vnde si Notarius ipse examinaret, & haberet scriptorem, qui scriberet examen, tunc si vterque attestaretur, probarent contra testem negantem se ita dixisse, vt est de mente Abb.

Abb. in d. c. cùm causam. & vidi seruari in practica. Cætera circa hanc materiam vide per Bal. in Rub. 21. C. de fide instrumen. Salic. in d. l. si quis decurio. Et † an notarius præsumatur rogatus, si ipse de hoc nihil in instrumento attestetur, ponitur in d. l. sciendum. & per Alexan. consil. 153. in 2. vbi concluditur quòd non, quia talis est solennitas extrinseca. 20

¶ADDIT. Vide notabilem casum, in quo etiam Notario asserenti se rogatum, non creditur, per Anch. cons. 431. præmissa, &c. videlicet si Notarius hoc asserat in scriptura non authentica, sed in quadam chartula non facta forma solennis, & authentici instrumenti. Rationes tradit, vt per eum.

Et † si verbum sit ambiguum in instrumento, an stabitur declarationi Notarij, vide Angel. in l. Imperator. ff. de statu homi. vbi concludit, quòd sic. sequitur Alex. cons. 146. in 5. col. in quinto. 21

PRÆSVMPTIO XIIII.

1. Præsumitur pro nuncio in his, quæ concernunt officium suum.
2. Nuncio referenti, quòd pars citata sibi respondit se nolle venire, an credatur, ita quòd citatus dicatur manifestus contumax.
3. Nuncio creditur se non inuenisse personaliter citatũ.
4. Nuncio creditur in discussione bonorum, non extare alia mobilia debitoris.
5. Nuncio creditur, quòd introduxit creditorem in possessionem bonorũ Titij, & quòd bona sunt Titij.
6. Nuncio asserẽti se fuisse verberatum, vel affectum iniuria à parte citata, an credatur.
7. Nuncijs pluribus si iudex commiserit, vt Titium capiant, & ipsi reuertant, & asserant Titium captum, fuisse eis ab aliquo vi ablatum, vel se impeditos, an eis credatur, vt posit iudex procedere aduersus impedientes.
8. Nuncio citanti aliquem, asserenti se de commisione

iudicis hoc facere, an credatur. Et quid in citatione reali, seu captione corporali.

9 Commissio citationis facta nuncio, an requirat scripturam.

10 Citatum se non fuisse si pars neget, nuncius autem astruat contrarium, cui magis credatur.

1 *DEcimoquartò. † Præsumitur pro nuncio in his, quæ concernunt officium suum, vt est gl. & ibi Doct. in c. cùm parati. per illum tex. infrà, de appell. & facit text. in l. 2. C. de execut. & exact. lib. 12.*

¶ ADDIT. Adde Ias. in l. nec is. col. vlt, ff. de acqui. hæredit. Nota tamen, quòd in his, quæ non concernunt eius officium, ei non adhibetur fides, nec pro eis præsumitur, vt per Ias. in l. age cum Geminiano. col. penul. C. de transact. & in l. properandum. §. & si quidem. in 6. not. C. de iud. & Hippol. Marsil. in sing. 560. habemus. Quod facit ad quæstionem infrà examinandam de nuncio, qui dicit se accepisse iniuriam à citato.

Et istud procedit etiam in connexis officio suo. Et proptereà, † si refert quòd pars sibi respondit, se nolle venire, 2 *videtur etiã quòd debeat credi, vt sic citatus dicatur manifestus contumax. Et ita tenet Bart. in l. si. ff. de in integ. resti. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quãd. iud. in l. ex consensu. §. fi. vbi Imol. ff. de ap. Nam responsio citati videtur esse de pertinentijs citationis, & proptereà sibi est credendum. arg. c. prætereà. suprà, de offic. deleg. Et probatur in simili in d. c. cùm parati. vbi creditur nuncio, quò ad locum. Et ita resident Abb. Philip. de Peru. & Moder. ibi.*

¶ ADDIT. Contrarium tenent plures, vt per Ias. in l. properandum. § & si quidem. in 6. notab. C. de iudic. qui tandem relatis ab vtraq; parte opinionibus, respondet rationi adductæ hîc pro Bar. & videtur residere cum contraria opinione, scilicet quòd non credatur nuncio ad hoc, vt citatus dicatur verus contumax.

3 *Eodẽ † modo creditur nũcio asserẽti se ꝑsonaliter nõ inuenisse citatũ, vt habetur in l. ꝓperãdũ. §. & si q̃dẽ. C. de iud.*

¶ AD-

¶ADDIT. Vbi Iaſ. in 6. nota. adducit plura ſimilia, & autoritates.

Item † ei creditur in diſcuſsione bonorum, quando refert non extare alia mobilia debitoris, vt per Bar. & Doc. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. 4

¶ADDIT. Cum amplisſimis concord. traditis per Do. maximè per Iaſ. in l. in illa. col. pen. & fi. ff. de verb. obli. vbi etiam multas concor. allegat, quòd adhibeatur fides relationi factæ per nuncium: ibi vide, ne chartas occupem.

Item † creditur quòd introduxerit creditorem in poſſeſſionem bonorum Titij, & quòd bona per eum apprehenſa ſint Titij, vt per Ang. & Imo. in d. l. à diuo Pio. §. ſic quoque. & ibi Alex. in §. ſi ſuper rebus. & in l. fi. in gl. in verb. miſſus. C. de edicto diui Adria. toll. Sed † nunquid credatur illi aſſerenti ſe fuiſſe verberatum, vel affectum iniuria à parte citata? Philip. de Peru. in d. c. cùm parati. præſupponit quòd non, tanquam iſtud ſit extra ea, quem ſpectant ad officium ſuum. Et idem ſentit Card. in Clem. ſi ante. de dolo & contu. & Ioan. And. in addit. Spec. tit. de contum. in addit. magna. verſ. circa ſecundum. Et idem etiam tenuit Pet. Iac. in libello, de conſtitu. pecu. verſ. reſponſio. de appel. vbi allegat in arg. l. ea quidem. C. de accuſ. ſequitur Guid. Pap. deci. 557. Et idem etiam tenet Io. de Imol. in l. ſi finita. §. ſi plures. in 2. col. ff. de dam. infecto. 5 6

¶ADDIT. Et quòd non credatur nuncio aſſerenti iniuriam ſibi illatam, tanquam hoc non ſit de connexis officio, ſed extra officium, etiam tenet Iaſ. in l. age cum Geminiano. col. pen. C. de tranſact. & in d. l. properandum. §. & ſi quidem. & Hippoll. Marſil. in d. ſing. 560. vbi allegant autoritates.

Sed quòd imò credatur nuncio aſſerenti ſe verberatum, tenuit Flori. in d. Clem. ſi ante. in 8. quæſt. tanquam iſtud ſatis ſit de cōnexis relationis ſuæ. Pro quo facit, quia ſicut ſtaretur relationi ſuæ, quòd eum non potuit citare propter aliquam cauſam. l. 3. C. de execu. & exact. lib. 12. ita videretur

retur

retur standum, si asserat hanc causam, quia fuerit sibi vis illata, vnde non potuerit plenè fungi officio suo. Puto primam opinionem veriorem, nisi concurrerent etiam aliquæ bonæ coniecturæ pro dicto nuncij: quo casu poterit tantam fidem illi iudex adhibere, vt sit indicium sufficiens ad torturam, iuxta not per Bar. in l. fin. ff. de quæst. Et ita potest saluari opinio Floria.

7 Sed pone, † iudex commisit pluribus nuncijs, & balliuarijs, vt caperent Titium, ipsi reuertunt ad iudicem, & dicunt se cepisse, sed fuisse sibi per vim ablatum ab aliquo, vel aliter ab aliquo se impeditos: nunquid credetur eis, vt possit iudex procedere aduersus impedientes, secundum not. per Bald. in l. addictos. C. de episco. audien. & Doct. in l. cuiuscunque. ff. ad leg. Iuliam Maiest. Ias. in l. 1. §. quod prætor. in penulti. col. ff. ne quis eum qui. & §. pœnales. col. 22. Instit. de act. Et supradicta faciunt quòd sic, saltem quò ad indicium torturæ: & quia ista relatio videtur de connexis mandati. Item hoc suadetur ex eo, quòd sunt plures de hoc attestantes: sicut in simili dicitur in ca. cùm dilecti. infrà, de accus. vbi licet non credatur vni iudici tantùm: si tamen sint plures, videtur magis credendum. de quo etiam in c. inter. §. prætereà. de excess. præla. & Archid. 2. quæst. 6. c. statuendum. Cyn. in l. ne in arbitris. C. de arbit. Angel. in l. errore. in lectura Perusina. C. de testa. quem refert, & sequitur Ias. in l. iusiurandum quod ex cõuentione. §. procurator. in antepe. col. ff. de iureiur. Puto contrarium, quia cùm iniuria & vis sit illata istis, non debent admitti in testimonium eius rei, vnde ipsi redduntur suspecti, vt habetur in l. 1. §. 1. ff. de quæstioni. in l. 1. C. de curiosis. lib. 12. Et istud maximè procederet in casu, quo aliquod lucrum veniret acquirendum istis nuncijs: quia tunc agerent de vtilitate sua, vnde non sunt admittendi. l. fi. ff. de custo. reorum. Et in istam partem debet inclinare iudex propter vtilitatem

litatem ipsorum, vt per Bald. in l. 2. C. de testi. & in l. fin. in 8. quæst. C. de edict. diui Adrian. tollen. Nec obstat, quòd istud videatur de connexis mandato: quia potest negari, ex quo nihil ipsis erat mandatum quò ad istos tertios. & in hoc, hæc quæstio distat à præcedenti. Et dato, quòd sit de connexis, tamen adhuc non debet credi: quia præsumptio suspecti odij propter vim illatam eos repellit. d. §. 1.

8

Sed † nunquid credatur nuncio citanti, quòd illud faciat de commißione iudicis, prout requiritur ad hoc vt citatio teneat, vide per Bar. in l. neminem. C. de exhib. reis. & in l. sed si hac. vbi Alex. & cæteri. §. prætor. ff. de in ius vocan. Et communis opinio videtur quòd non, nisi constet de ea in actis. d. c. quoniam contra. & per Barto. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. Et quia commißio est solennitas extrinseca, vnde non præsumitur. d. l. quæcunque. §. fi. de publica. & ita est communis opinio in d. l. sciendum. & per Abba. & alios in c. 1. suprà, de iud. Aret. consil. 24. & Ale. cons 123. in secundo. Et ita etiam tenent Moder. in d. c. cũ parati. Ang. in tract at. malef. in verb. iudex commisit.

¶ ADDIT. Et Hippo. de Marſ in l. de minore. §. plurimum. col. 3 nu. 21. ff de quæstio. & latisſi. ac melius, quàm alibi in repet. l. de vnoquoque. fol. 6. num. 115. 116. 117. 118. & plurib. ſeq. ff de re iudi. ex quo loco plures remisſiones, & egregia dicta colliges in hac materia.

Contrarium tenuit Guido de Suza. in l. ad peremptorium. ff. de iudic. Imol. in d. l. fin. §. si plures. in 2. col. & in c. 1. suprà, de iud. Tancre. in materia citationis, in 10. q. Et est ratio secundum illos, quia istud est de connexis citationis, & propterea debet credi sicut ipsi relationi. d. cap. cùm parati. Confirmo istam opinionem, quia nisi præsumeretur commißio, sequeretur quòd nuncius falsum committeret. l. qui nomine. ff. de falsis. Rom. singul. 313. hodie fuit. quæ præsumptio non est capienda. d. l. meritò. & suprà vidimus. Confirmatur etiam, quia ista commißio ex seipsa est

modicæ

modicæ importantiæ, nec requirit causæ cognitionem, ergo de ea debet stari nuncio. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de rebus cor. gl. in c. ea noscitur. infrà, de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Abbas in d. c. 1. Et hoc procedit in citatoria verbali, secus in reali, quæ requirit saltem aliqualem causæ cognitionem, vt per Salic. in l. nullus. C. de exhibendis reis. Baldus in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. & diximus in capitul. primo. de officio ordi. Et ista opinio mihi magis placet, quia eam consuetudo approbauit, vt dicunt Ioan. And. & Abb. in dicto capit. quoniam contra.

¶ ADDIT. Occasione huius distinctionis de citatione verbali & reali, vnum sum contentus hîc adijcere, multum notabile in hac materia: quòd nuncius publicus & generalis potest citare aliquem sine speciali commissione, secundum Baldum in l. si quando. colum. pen. vers. duodecimò quæro. C. de testib. allegat Innocen. & Ioan. And. in d. ca. quoniam contra falsam. Et quia Cyn. in l. neminem. C. de exhibend. reis. tenet contrarium, ipse Bald. pro concordia tradit distinctionem. Aut loquimur in citatione reali, vt captura, & tunc requiritur quòd appareat de commissione, d. l. neminē. Aut in citatione verbali, & subdistinguit: aut citatio illa requirit causæ cognitionem, & debet constare de commissione, aut non, & tunc procedat dictū Inno. & Ioā. And. quòd sufficiat generalis autoritas nuncij, absq; speciali commissione. Et ita dicit consuetudine communiter Florentiæ obseruari, quæ in hoc est sequenda, & reuera: ita etiam magis cōiter in Gallia ferè obseruatur.

9 *† Nec obstat, quòd requirit scripturam, vnde nisi appareat scripta, tollitur præsumptio solennitatis adhibitæ, secundum Bart. in l. hi qui ad ciuilia. & per Doct. in d. cap. quoniam contra. quia potest negari, quòd requiratur scriptura: quia tex. in d. cap. quoniam contra. describens actus qui requirunt scripturam, incipit à citatione: & sic præsupponit commissionem ipsam non requirere scripturam. Et con-*

Et confirmatur hoc, quia commißio citationis non est de actis litis, ex quo lis non incipit à tali commißione, sed à citatione nuncij. Clem. fi. vt lite penden. per Soc. in Rub. C. de in ius vocand. Præterea, si facta citatione iudex procedat ad vlteriora, satis declarat, quòd citatio ex eius commißione facta est. l. à procedente. C. de dilat. c. 1. vbi no. suprà, de ord. cog. Nec in isto casu Bar. in l. 1. §. quies. ff. de offic. præf. vrb. & alij Docto. tam in d. l. sciendum. q̃ in d. c. 1. dicunt contrarium: quia licet verum sit simpliciter, quòd non credatur nuncio de commißione citationis, tamen non attingunt, quando iudex procesßit ad vlteriora, vigore illius citationis: nam tunc videtur præsumendum mandatum. l. si filius. vbi Bald. & Salic. C. de petit. hæred. Et in isto casu saluatur consuetudo, sicut etiam si pars compareret, & nihil opponeret. per gl. in l. 1 ff. de ferijs. Alexã. in d. cons. 123. & Fel. in c. illud. ver. quarta declaratio. de præscri. † Quid autem si pars neget se fuisse citatam, cui magis credetur? Communis opinio est, quòd nuncio, nisi iudex ex aliqua coniectura arbitraretur contrarium, vt per Moder. in d. c. cùm parati. 10

¶ ADDIT. Huius etiam sententiæ est Iason. in d. l. properandum. §. si quidem. in 6. notab. vbi hanc quæstionem mouet, & ita residet.

Et istud crederem, nisi nos essemus in causa valdè graui, puta in causa criminali. Quid enim si nuncius affirmet se attulisse præceptum Titio in causa criminali, vt compareat sub pœna confeßi & conuicti, & Titius neget? Certè tunc neutri crederetur, prout in simili dicunt Doc. de teste contradicente Notario, in d. c. cùm causam. inf. in fi. suprà. de test. & sup. diximus. Et istud putarem procedere etiam si in præcepto esset clausula, q̃ plena daretur fides nuncio: quia talis cõminatio non debet operari, nisi in casib. in quibus aliàs de iure plena fides illi danda esset. Non enim licet

iudici

iudici alterare probationes, quæ sunt iuris gentium. c. licet vniuersis. suprà, de testib. Cætera dic vt in d. c. cùm parati.

PRÆSVMPTIO XV.

1 Præsumitur pro quolibet officiali. Fallit vt num. 3. 4. & 7.

2 Abbas corrigens monachum, habet præsumptionem legis pro se.

5 Mortuus si quis reperiatur in carceribus, aut si euadat, præsumitur contra custodes.

6 Custos carceris tenetur parti ad interesse, quádo culpa sua carceratus aut mortuus est, aut euasit.

1 *DEcimoquintò. † Generaliter præsumitur pro quolibet officiali: vnde si aliquid neglectum reperiatur, præsumitur potius fuisse culpa partis, quàm ipsius. l. 1. C. de susscep. lib. 10. Et per illum tex. dicit Bart. in l. damni. §. Sabini. in vlt. col. ff. de dam. infec. quòd licet testes iurauerint in termino, si tamen non fuerunt examinati, lex præsumit fuisse culpa partis, non iudicis. Et etiam facit text. in §. super hoc autem. in Authent. vt nulli iudic. vbi præsumitur officialem cauisse prout debuit, de inferendis pecuniis fisco. Et ista procedunt tātò magis in ecclesiasticis, quorum facta lex maximè interpretatur in meliorem partē. 11. quæstion. 3. c. absit. Et propterea, si † Abbas corrigit* 2 *monachum, lex præsumit pro Abbate: nec competit appellatio, nisi excedatur modus in corrigendo. c. ad nostram. inf. de appellat. † Fallit ista præsumptio, quò ad prouidendum* 3 *circa negocia de futuro: quia lex præsumit contra officiales, vt possit prouideri ne delinquant. & ita intelligitur text. in Authent. vt omnes obed. iudi. §. nec latet nos. vbi præsumuntur officiales magis deferre potētibus, quàm petentibus iustitiam. Et ita procedit etiam tex. in l. ex aula. C. de priuil. eorum qui in sacro pa. & in l. 1. C. de numera. libro 12. vbi lex præsumit rapacitatem & furtum contra nume-*

numerarios. & l. neminem. de suscep. vbi susceptores præsumuntur vexare prouincias. & tex. in §. ad excludendas. in Auth. de litigiosis. & in Auth. de exec. in prin. vbi præsumuntur executores fraudulenti. † Fallit etiã, quando aliq̃d factum est contra naturam officij: quia tunc lex præsumit aduersus officialem. Et propterea, si † reperiatur aliquis in carceribus mortuus, lex præsumit culpã custodis, nisi probet eum casu perijsse. l. fin. de custod. reor. 4 5

Et eodem modo si carceratus euadat, lex præsumit contra custodem, vt ibi probatur. & per Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edendo. & facit l. diuus. in fi. ff. de offic. præsid. Nec præsumitur quòd ferrum, venenum, & similia poßint in carcere deferri sine culpa & negligentia custodis. l. carceri. in fi. de custodia reor. Et propterea in istis casibus tenetur custos ipse parti etiam interesse, vt consuluit Aretinus consil. 38. consultißime domine. per totum. Et secundum hanc fallentiam etiam procedit text. in l. 1. C. de censib. lib. 11. vbi lex præsumit, quòd tabularij ciuitatum, per collusionem superiorum sarcinas ad inferiores transferant. facit etiam tex. in c. 1. de dilati. & in l. quamuis. in fine. C. de decurion. vbi præsumitur contra iudicem, qui breuem terminum in citatione statuit. Ad idem facit quod notabiliter voluit Innocen. in d. ca. quoniam contra. vbi dicit, quòd iudex videns testem vacillare, debet hoc facere scribi in actis: alioquin iudex appellationis potius præsumet eum non adhibuisse fidem testibus ex imprudentia sua, quàm ex defectu testium. sequitur Fel. ibi, in antepen. col. † Fallit etiam generaliter, quando alia coniectura esset in contrarium: nam tunc cessat talis præsumptio pro officiali. Et propterea, si officialis semel aliquid iniustè fecit, præsumitur quòd velit factum suum tueri, quacunq; via poterit, secundum Innocen. in c. 2. de arb. & in c. diuersis. infrà, de cler. coniug. Idem si fecit aliquid contemplatione 6

potentioris, vel aliter ad se non pertinens, semper sit præsumptio contra eum. c. benè quidem. in fi. 96. distinct.

PRÆSVMPTIO XVI.

1 Præsumitur pro iuramento, vt quilibet iuret veritatem.

Iuramento asserentis statur in his, quæ dependent ab animo. ibid.

2 Iuramento asserentis an stetur in his, quæ dependent ab animo, quando aliqua presumptio est contra asserentem.

3 Præsumitur pro dicto testis iurati.

4 Pluralitas actuum præsumitur, ne testes incidant in periurium.

5 Præsumitur pro ijs qui iurant à principio eorum artem fideliter exercere, & eorum libri rationum faciunt semiplenam probationem quò ad tertium.

1 *DEcimosextò. † Præsumitur pro iuramento, quòd aliquis non iuret nisi veritatem. l. fi. C. ad leg. Iul. repet. Et propterea, in his quæ dependent ab animo, statur iuramento asserentis, vt est gl. in §. aliæ. Inst. de actio. & in c. significasti. vbi Moder. infrà, de homicid.*

¶ADDIT. Quamuis illa gl. in vers. aliæ. sub §. sed istæ. de actionib. ad hoc communiter allegetur per Doct. tamen non videtur loqui de iuramento, vt etiam aduertunt Ang. Aret. & Iason. ibi. Habemus tamen alias glossas magis expressas in iure, videlicet in l. 1. C. ad leg. Cornel. de sica. vbi an quis occiderit animo occidendi, nec ne, statur iuramento occisoris, quia hoc consistit in animo. & glo. in l. at qui natura. §. cùm me absente. in glo. mag. vbi Bart. ff. de neg. gest. glo. in l. 1. §. hoc interdicto. in verbó, vsus. vbi Bart. de itine. actuque priua. glo. in l. si cui. §. ijsdem. vbi Bolog. in interpretationibus post Bald. ff. de accusat. Gloss. notabilem in c. proposuisti. 82. distinct. in verb. non probatur. & in c. qui & humanis. 12. q. 2. & in c. si verò. 2. de senten. excommunic. & in cap. præsentium. de testib. & in capit. pastoralis. per illum text. de except. Barto. in infinitis locis relatis

relatis per Iason. in d. §. sed istæ. Et vltra concord. ibi per eum traditas adde Oldra. consil. 286. in electionis negocio. Ang. consi. 314. viso. Anchar. notab. consil. 159. rationes. in fin. & consil. 174. dominus Lazarius, Ro. egregiè consilio 398. vt clarior. in fin. vbi pulchrè. & consilio 76. in causa nobilis. colum. 2. & consilio 102. super eo. & consilio 320. hæc istorum. & consilio 481. præsentis. in fin. aliquid per Aret. in c. 1. colum. 3. de accusa. Floria. in l. 1. § . sin autem. ff. si quad. paupe. fe. dicatur. Cepoll. consilio 24. visa accusatione. colum. penult. Decius consilio 160. in causa monasterij. Ex quibus locis habes benè roboratam autoritatibus hanc decisionem, quòd in his quæ consistunt in animo, vtputa bona fide, scientia, vel ignorantia, & similibus, statur assertioni vel negationi alicuius cum iuramento.

Quod intelligit Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. procedere. † *nisi aliqua esset iuris præsumptio contra asserentem. l. si non conuitij. C. de iniur. Declara vt ibi per eum. quem sequitur Feli. in d. c. significasti. & in c. inquisitionis. §. 2. in 2. col. de accus. & in c. 2. de calum. colum. 3. Iason in §. sed istæ. colum. 34. Institut. de actionib. Sed tu aduerte, quia ista limitatio non videtur vera. Et primò contra eam est tex. in c. fi. infrà, qui matrimonium accus. pos. vbi quando fit publicè denunciatio seu proclama, præsumitur ꝙ quilibet sciat, vt ibi dicitur, & tamē admittitur probatio ignorantiæ per iuramentum. Et propterea dicit Bald. in l. 2. §. pen. in fin. ff. si quis cautio. quòd si quis citatus sit absens à domo, stabitur iuramēto eius, an citatio peruenerit ad eius notitiam. quæ opinio optimè probatur in d. ca. final. licet Iason in d. §. sed istæ. eam reprobet, & malè. Secundò in contrarium facere videtur, quia lex præsumit pro sententia lata per iuramentum iudiciale: & consequenter, quòd victus non habeat aliqua instrumenta, vnde tueatur ius suum: & tamen contra talem præsumptionem, ad rescißionem sententiæ, admittitur probatio per iuramentum, quòd instrumenta de nouo superuenerint, secundum* 2

Bartolum & Doct. in l. admonendi. per illum tex. ff. de iureiur. & facit tex. in c. pastoralis. infrà, de excep. Tertiò in contrarium facere videtur communis doctrina posita in c. nouit. suprà, de iudic. vbi in denunciatione euangelica statur iuramento denunciantis, etiam non concurrente alia suspicione, quòd solus solo denūciauerit, vt abstineat à crimine: & tamen contra talem denunciantem est præsumptio iuris, quòd talis denunciatus sit innocens, quia quilibet præsumitur bonus, vt suprà vidimus. Quartò facit ratio: quia admissa ista limitatione, nunquam admitteretur probatio per iuramentum. Nam aut lex præsumit pro actore, & non est opus quòd iuret, ex quo habet præsumptionem iuris quæ transfert onus probandi in alium. l. siue possidetis. C. de probatio. Aut præsumit pro reo, & tunc actor non posset iurare: & actore non probante, lex semper præsumit pro reo. l. Arrianus. ff. de actionib. & oblig. l. qui accusare. C. de edendo. Sed tamen saluando Bartolum dic, quòd eius opinio procedit, quando præsumptio iuris est efficacior & verisimilior, quàm illa quæ oritur ex iuramento: nam tunc non staretur iuramento, aliàs sic. l. diuus. ff. de in integ. restit. & ita intelliguntur supradicta.

¶ ADDIT. Hanc autem decisionē, quòd in ijs quæ consistunt in animo, stetur iuramento asserentis, limitat Ias. quatuor modis in d. §. sed istæ. de actio. in gl. magna. vers. in primis ergo limitat istam, &c. & Felin. in c. significa. de homi. Vltra quos tu limita, vt procedat in ijs quę sunt parui pręiudicij: secus aūt si ageretur de magno pręiudicio. ita limitat Paul. de Lya. in Clemen. constitutionem. de elect. & Domin. de S. Gemi. in c. eos. de temporibus ord. in sexto. Abb. in ca. quosdam. de præsumptionibus. extra. Felin. in c. cognoscentes. col. pen. vers. fallit tertiò. de constit. & Hippol. Mars. sing. 655. memoriæ.

3 † *Et ex hac præsumptione infertur, quòd etiam præsumatur pro dicto testis, ex quo ipse solet iurare. c. tuis. suprà, de testib.*

de testib. & per Felin. in d. c. quoniam contra. in antepen. colũ. Vnde † ne inducatur in illis periurium, præsumitur potius geminatio actus. ca. cùm tu fili. suprà, de testib. per Barto. & Doctor. in l. 2. C. de bonor. posses. secun. tab. & ita tenent omnes. 4

Sed mihi videtur contra hanc opinionem esse text. in l. fi. C. de rebus credi. vbi si quis iuret sibi deberi legatum seu fideicommissum, reperto deinde testamento in quo de hoc nihil sit scriptum, præsumitur periurus: & tamen debuisset lex interpretari quòd fecisset aliud testamẽtum, in quo sibi relinqueretur, ad finem euitandi periurij. Potes respondere, periurium magis præsumi in parte quæ agit de proprio lucro, quàm in testibus, qui pro sola veritate attestantur, nec aliquam vtilitatem consequuntur. † Ex eadem præsumptione etiam infertur, vt præsumatur pro ijs qui à principio iurãt exercere artem suam legaliter: & propterea rationes & libri istorum facerent semiplenam probationem quò ad tertium. l. quædam. §. numularios. ff. de eden. vbi not. & Barto. in l. nuda ratio. in pen. col. ff. de donationib. quod est summè notandum pro gabellarijs, thesaurarijs, & mercatorib. de quo latè per Ias. post alios in repetit. l. admonendi. in 12. char. ff. de iureiur. Et propterea lex etiam præsumit pro milite, quòd reipublicæ causa absit, vnde restituitur in integrum. Et ratio est, quia à principio antequam assumatur ad militiam, iurat. secundum glo. in l. penul. ff. ex quib. cau. maio. 5

PRÆSVMPTIO XVII.

1 Præsumitur pro matricula.
2 Matricula probat quem esse de numero eorũ qui debent matriculari.
3 Aestimum commune facit in dubio pro se præsumptionem.
4 Frater si emat proprio nomine aliqua bona, & deinde

in catasto communis fecit prædium describi tanquam commune cæteris fratribus, sibi præiudicat.

5 Notarius an quis præsumatur ex eo, quòd reperitur descriptus in matricula Notariorum.

1 *DEcimoseptimò. † Præsumitur pro matricula. l. matriculam. in verb. diuali probatoria. vbi Bar. C. de agen. 2 in reb. lib. 12. Et sic † probat matricula quem esse de numero eorum qui debent matriculari. Et idem not. Barto. in l. petitionem. C. de aduo. diuer. iudi. Et idem tenent Bald. Paul. de Castro, Rom. & Corn. in l. scriniarios. C. de testa. 3 milit. Facit etiam in simili, † quia in dubio præsumitur pro æstimo communi. l. fi. vbi Bart. C. de præd. min. lib. 11. l. censualis. C. de dona. l. forma. §. 1. & quod ibi not. ff. de cen sib. Et dicit Angel. & Io. de Plat. in l. rura. C. de omni agro 4 deser. per illum text. † quòd si frater emit aliqua bona proprio nomine: deinde in catasto communis fecit illud prædium describi tanquam commune cæteris fratribus, quòd sibi præiudicabit, & censebitur communicatum. allegat etiam l. solennibus. C. de rei vendic. Et hæc præsumptio facit 5 ad quæstio. † an præsumatur quis Notarius eo ipso, quòd reperitur descriptus in matricula Notariorum. Et videtur quòd sic, prout tenent Bald. Salic. Rom. Paul. & Corn. in d. l. scriniarios. Bald. in l. 2. ff. de offic. præt. & in l. 2. col. 2. C. de senten. Ang. cons. 140. quidam Matthæus. Ludou. Roma. in l. in ista. in 9. col. ff. de verb. obliga. & Ias. in d. l. Barbarius. in 4. limita. vbi appellat istam veram & communem opinionem. Contrarium tenuit Martin. Sillima. quem refert & sequitur eius discipulus Ioan. And. in addit. Spec tit. de instrum. edi. §. restat. in verbo, & scias. per legem Herennius. ff. de decur. iuncta glo. vbi quamuis fuerit quis descriptus in albo, non tamen præsumitur decurio. Nam si matricula induceret quasi possessionem officij, prout dicunt præfati Doct. debuisset in illo casu habere locum*

præscri-

præscriptio. Et ita debet induci illa lex, vt tollatur responsio Rom. in d. l. in illa. Mouetur etiã alia ratione: quia matricula est tanquam instrumentum asserens rem de præterito factam, vnde illi non statur, Auth. si quis in aliquo. C. de eden. Et istam opinio. dicit de iure veriorem Alberic. de Ros. in l. cum precibus, col. 1. C. de fide instru. Et idem expressè approbant But. Innocen. & Felin. in cap. 1. suprà, de fide instrum. & Alex. in d. l. scriniarios. & dicit ibi Rom. quòd non auderet consulere contrarium. Et sine dubio, puto quòd hæc opinio sit verior, quia matricula cùm sit instrumentum inter alios factum, non inter eum qui habet autoritatem constituendi Notarium, non debet facere præsumptionem sufficientem ad transferendum onus probandi, sed solùm quandam suspicionem, vt habetur in l. 2. C. de edend. Vnde possunt concordari opiniones secundum Anto. de Butr. Alexand. & Felin. vt si loquamur in matricula, confecta de autoritate superioris, qui potuit Notariatum conferre, procedet prima opinio, quòd præsumatur pro ea. Si verò est confecta ab alijs, quibus non competeret talis facultas, tunc matricula solùm faciet quãdam suspicionem, non autem probet titulum. Et propterea quamuis Notarij in aliqua ciuitate constituant collegium, & habeant matriculam, tamen talis matricula non probabit quem Notarium, ex quo ipsi non habent autoritatem creandi, sed talis autoritas est reseruata Principi, vt habetur per Innoc. in c. cùm P. tabellio. de fide instru. & Bartol. in l. nec ei. ff. de adopt.

PRÆSVMPTIO XVIII.

1 Dei memoriam habentes, non præsumuntur ad tutelas & curas libenter accedere.

2 Religiosi non possunt curas aut tutelas accipere, nisi cum superioris licentia: fratres minores autem nec cum licentia accipere possunt.

3 Religiosi si ferant arbitramenta, seruari debent, licet ipsi malè faciant compromissum acceptãdo. Et quid in fratribus minoribus.

1 DEcimooctauò. † Præsumuntur qui Dei memoriam habent, ad tutelas & curas non libenter accedere. §. quoniam autem. in Auth. vt qui obli. Et est ratio, quia ista satis deuiant hominem à contemplatione diuina. quod nota contra religiosos assumentes in se executoris officium 2 vel arbitratoris. Et † ex hac ratione fuit introductum, ne illa officia assumerent sine licentia superioris. cap. 2. de testa. in sexto. Clement. religiosus. de procurato. licet fratres minores non poßint, etiam cum licentia. Clem. exiui. versic. item quòd executiones. de verbor. signific. & consuluit Bald. consil. 313. in quinto. Alex. consil. 80. in quinto. Socin. consil. 99. in tertio. Et cùm istud sit simpliciter probi-3 bitum propter honestatem, sequitur † quòd si ferant arbitramenta, debeant seruari, licet à principio malè fecerint compromissum acceptando, secundum Feder. de Senis, consilio 293. factum tale. in fin. Rom. consil. 409. quò ad primum, in secundo dub. sequitur Felin. in ca. decernimus. in 2. colum. de iudic. Iaso. in l. patre furioso. in 3. col. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Sed istud dictum potest procedere in alijs religiosis, non in fratrib. minoribus, ex quo d. Clement. exiui. habet in fine clausulam prohibitiuam & pœnalem, vnde actus redditur nullus. l. nemo martyres. vbi Doct. C. de sacrosan. eccle. & in l. non dubiũ. C. de legi. Item illa Clemen. continet eorum regulam, vnde contrauenientes committunt contra votum suum solenne, quod fit per profeßionem, vnde actus non debet esse alicuius effectus. c. rursus. qui cleric. vel vouen. cap. 1. de voto. in sexto. Et illa opin. est expreßè contra intentionem Baldi, Alexand. & Socini in præallegatis consilijs, qui dicunt ista arbitramenta non tenere, non simpliciter per illam rationem,

quòd

quòd prohibeantur propter honestatem, sed propter necessitatem regulæ, quæ eos arctat, & quia sunt penitus mortui mundo. Nec etiam Feder. de Senis in d. consilio audet hoc firmare, sed simpliciter dicit, forsitan attentari: & dicit verum in casu suo, videlicet in executore, quando est facta executio approbata à partibus, vt ipsi loquuntur: & hoc habet in se aliquid rationis: secus in arbitramento, à quo aliquis reclamat. c. nisi essent. infrà, de præben. Et in simili casu contra Feder. dicit Decius in d. c. decernimus. se consuluisse vnà cum Francis. de Aret. & ita resideo. Et ad dictam præsumptionem adde quod no. Bart. in l. nemo potest. in quarta opposi. ff. de leg. 1. vbi dicit, quòd præsumitur quòd vir catholicus adeat hæreditatem, etiam quòd inde non speret aliquod lucrum: habebit enim satis commodi à Deo, quia facit pium opus, voluntatem defuncti exequendo. §. si verò expreßim. in Auth. de hæred. & Falcid. & inde infert ad rationem, cur hodie testator poßit prohibere detractionem Falcidiæ: de quo dic vt ibi per eum.

PRÆSVMPTIO XIX.

1 Electus ad officium, præsumitur dignus & sufficiens. Infertur ad Papam, episcopum, sacerdotes, magistratus, doctores, &c.
2 Doctor præsumitur sufficiens.
3 Præsumitur pro peritis in arte.
4 Electio alicuius si fuerit cassata, præsumitur in dubio cassata vitio fortunæ, non personæ.
5 Electus in officium, si reperiatur insufficiens, potest remoueri.
6 Medicus insufficiens potest reprobari.
7 Doctor qui aliàs fuit sufficiens, nunc autem propter senectutem vel infirmitatem reperitur insufficiens, an posit reprobari. Et quid in alijs officijs.

DEcimononò. † Præsumitur pro electo ad aliquod officium, quòd sit dignus & sufficiens. Et propterea præ- 1

ſumitur pro ſanctimonia & integritate Rom. Pon. quem apex tantæ dignitatis attollit.c.non vos.4.diſtinct.Item præſumitur pro epiſcopo & ſacerdotibus.11.quæſt.3.abſit. Item magiſtratibus,vt in Auth.vt defun.ſeu fun.in prin.
2 *& ſuprà vidimus.Item †præſumitur pro Doctore,quòd ſit ſufficiens.l.vnic.C.de profeſ. qui in vrbe Conſt.lib.12.& in l.1.§.ideoq́.C.de Iuſti.Cod.comp. Item præſumitur pro eo qui publicè deputatus eſt alicui officio,quòd ipſe nec fallat,nec fallatur.l.2.C. de ponderatorib. & auri illa.lib.*
3 *10.Et generaliter,† præſumitur pro peritis in arte,& propterea illis creditur.l.ſemel.C.de re milita.lib.12.Bald.in d.c.cùm inter Canon.de elect.per Moder. in l.1.§.fin.vbi latè diximus.ff.de ver.obli.*

¶ ADDIT. Adde tex.vbi notat Bar. & allegat concord. in l.1.circa princip.ff.de ventre inſpicien. & idem Bartol. in procem.ff.per illum text.circa finem prin. & Bartol.etiam in l.fin.vbi multa congerit Hipp. Marſil.ff.ad legem Corne.de ſicar.Alexan.conſilio 179.viſa ſcriptura.colum. 3.lib.2.

Et dicit Abb.poſt alios in c. ſuper eo.in fine.ſuprà, de
4 *elec.quòd† ſi electio alicuius ſit caſſata, præſumitur in dubio caſſata vitio fortunæ,non autem perſonæ:quia hæc interpretatio eſt benignior.l. ſi præſes.ff. de pœn.fa.gl.in §. ſuſpectus.Inſtitu.de ſuſpect.tut. Adde etiam quòd præſumitur pro electo,quòd ſit gratus eligenti, & cogente reuerentia eius voluntatibus obediat.octaua q.2.c.illud. Et ſi princeps eligit aliquos ambaſiatores,præſumitur pro ſufficientia ipſorum, & quòd ſint grati principi,vt eſt text.in epiſt.inter claras.§.liquet.in fin. C. de ſumma tri.& fid. cat.& ibi Alb. de Roſ.not. Supradicta tamen præſumptio*
5 *recipit probationem in contrarium:vnde † tales ſi probentur inſufficientes,debent remoueri.l.vt gradatim.§. reprobari.ff.de mu.& ho. Et ideò ſi prælati ſunt inſufficientes, debēt deponi,vt eſt gl.cōmuniter approbata in c.1.in verſi.*

in-

insufficientem.de renun.lib.6. Quod tamen nõ procedit in Papa vt ibi.† Et medicus insufficiens reprobatur. l.sed vt reprobari.ff.de excu.tu.vbi Nic. de Nea. & Bal.Idem in Doctore,vt est tex.in l.2.C.de profess.& medi.lib.11.Abb. in c.in sui.de magist.& in c.cùm venerabilis.in fi.vbi Moder.de excep.& quod not.Bar.in l.nunquid. in fi.ff.si cer. pet.Et istud non habet dubium,quando à principio fuerant insufficientes & indigni. † Sed pone, quòd semel fuerint sufficientes,sed nunc non sunt,fortè propter senectutẽ, vel aliam infirmitatem.Et videtur adhuc debere reprobari,vt est tex.in l.si quos iudices.C.de offic.præfect.præto.& ibi Alber.de Ros.& Sal.vbi iudices propter longam infirmitatem debent remoueri:& quod notant Moder.in c.si pro debilitate.suprà,de offic.deleg. & in l.1.ff.de offi.eius cui &c.& in l.si longius.ff.de iudi.In contrarium fa. text.in c.quamuis triste.septima q.1.& ibi Archid.& quod no.in c.1.inf.de paroch.vbi episcopi quãuis inhabiles propter infirmitatẽ,non remouentur.fa.quod no.Bar.in l.1.§.diuus. per illum text.ff.de vari. & extraord.vbi debetur merces aduocatis & iudicibus,dummodò per ipsorum voluntatem non stet quò minus seruiant.

6

7

Puto distinguendũ.Aut enim loquimur de officio quod magis datur propter dignitatẽ,quàm propter onus annexũ, & quod est natura sui perpetuũ, & tunc non debent propter infirmitatẽ seu inhabilitatẽ superuenientem remoueri.facit c.grandi.de supplen.neglig.prælat.in sexto. Aut loquimur de officio quod datur principaliter propter exercitiũ,puta de officio iudicaturæ,& tunc procedit.d.l.si quos. Debent tamen habere integrũ stipendiũ illius anni quo superuenit inhabilitas.§.diuus.& quod ibi Bart.not.Item si diutius fuerint in seruitiis principis, & in illis consenuerint,spectat ad eius curam prouidere, ne in senectute indigeant.l.Lucius,ibi,veteranis in præmiũ aßigna.ff.de euic.

PRÆ-

PRAESVMPTIO XX.

1 Præsumitur pro inuentario. Vnde si hæres inuentarium in iudicio exhibeat, & dicat non esse alia bona in hæreditate, creditores verò & legatarij contradicant, statur inuentario, nisi probent alia extare.

2 Negatiua vt posit partis assertione probari, iuxta gl. l. cum lege, de probat. an requiratur quòd cum assertione concurrat iuris præsumptio, aut aliqua coniectura.

1 *VIgesimò. † Præsumitur pro inuentario. Et propterea si hæres illud exhibeat in iudicio, & dicat non esse alia bona in hæreditate, creditores verò & legatarij contradicant, stabitur inuentario, nisi ipsi probent alia extare. l. scimus. §. licentia. C. de iure deli. vbi Bar. & Docto. Et dicit Ioan. de Imol. Alexan. & Ias. in l. si constante. ff. solu. mat. quòd istud est, quia aliàs sequeretur, quòd hæres subtraxisset bona hæreditaria, quod delictum non debet præsumi. l. meritò. ff. pro socio. & ita tenent Alex. & Aret. in l. in illa. in penult. col. ff. de verb. oblig. Et propterea concludit Ias. in d. §. licentia. & in d. l. si constante. in prima quæst. Bart. quod gloss. in l. cùm de lege. ff. de probat. volens* 2 *† negatiuam probari per assertionem partis, non habet locum, nisi cum tali assertione concurreret aliqua præsumptio iuris. Sed tu aduerte: quia si intelligamus de vera præsumptione iuris, illa ex se absque alia assertione transfert onus probandi. l. siue poßidetis. C. de probat. & vidimus suprà in prin. & sic illa gloss. nobis seruiret de nihilo, quæ tamen videtur communiter approbata, vt per Doct. in d. l. si constante. & Alex. in Rub. ff. de noui ope. nunc. col. pen. & Franc. de Curt. consi. 27. col. 8. & seruatur in practica, vt per Bald. consi. 318. in primo. Item non esset aliqua differentia inter probationem affirmatiuæ & negatiuæ, & tamen Bart. & Docto. in d. l. in illa. propter difficultatem probationis negatiuæ admittunt istam probationem per asser-*

assertionem. Vnde intellige dictum Iason. procedere, etiam quando cum assertione partis concurrit aliqua præsumptio leuior, quàm sit præsumptio iuris: & sic, dummodò concurrat aliqua suspicio seu coniectura. Et istud necessariò infertur ex ratione Doct. dum dicunt istud esse in casu d. §. licētia. quia aliàs præsumeretur delictum. d. l. meritò. Nam præsumptio oriens ex d. l. meritò. non est sufficiens vt operetur in præiudicium tertij, secundum gl. in c. statutum. §. cùm verò. de rescript. in 6. & per Fel. in c. cùm in iure. de offi. dele. & suprà vidimus. Sed est in tali casu simplex suspicio, & tamen sufficit iuncta assertione, quò ad probandam negatiuam. Et propterea dum Iason in d. §. licentia. dicit, quòd in practica vsus est simili cautela, ad probandum quod aliquis mortuus esset nullis relictis filijs: putarem istud procedere, quando aliqua suspicio pro hoc esset, puta quia adessent aliqui testes de auditu vel credulitate, qui faciunt saltem suspicionem, vt per Ias. in Rub. ff. de iureiur. in 7. limit. Idem si nuncius missus ad loca in quibus verisimiliter deberet extare fama, de hoc referret non esse aliquam famam. arg. no. per Bar. & Doct. in d. l. in illa. & nota, quia quotidiana.

PRÆSVMPTIO XXI.

1 Dispositio quælibet præsumitur esse vera.
Error non præsumitur, nisi probetur. Et vt probetur error. ibid.
2 Minor præsumitur errore confessus delictum, quando alia probatio non aderat.
3 Confessio si statim reuocetur, non est opus probare errorem.
4 Mulier si ex confessione damnificetur, an præsumatur potius iuris error, quàm donatio.
5 Confessio negatiua quam pars non acceptauit, potest reuocari prætextu erroris: secus si pars acceptauit.
6 Confessio non acceptata an probet.
7 Renunciatio non acceptata non iuuat.

8 Con-

8 Confeſsio non inducit nouum contractum, ſed eum qui iam inductus eſt probat.
9 Confeſsio facta parte abſente, facit ſemiplenam probationem.
10 Confeſsionem factam à parte, videtur pars tacens acceptare.
11 Confeſsio acceptata an poſsit reuocari.
12 Recognoſcens rem propriam in emphyteuſim vel cenſum etiam ab eccleſia, præſumitur errore hoc facere. Intellige & declara vt nu. 13.
Recognitio facit præſumi dominium eſſe illius cui recognoſcitur. ibi.

1 *Vigeſimoprimò. † Præſumitur quælibet diſpoſitio eſſe vera. l. 1. vbi Bal. C. de fal. cau. adiec. lega. Et cõſequenter, error non præſumitur niſi probetur. l. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iur. & facti ignor. Probatur autem ex antecedentib. & ſubſequentibus, vt per Bar. in l. errore. C. de teſta.*

¶ ADDIT. De probatione erroris in vltimis voluntatibus, vide ampliſsimè Vitalem de Cambanis, in tract. clauſul. folio 42. verſi. ſequitur qualiter probetur error in vltimis voluntatibus.

Item ſi probetur rem aliter ſe habere. d. l. ſi poſt diuiſionem. declarando vt per Bar. in l. non fatetur. ff. de confeßis. & Doct. in c. fi. ſuprà eod. tit.

¶ ADDIT. Et per Decium not. conſi. 408. in præſenti, per totum.

Item in aliquibus caſibus probatur eo ipſo, quòd non 2 *probatur contrarium. vt in minore † confitente delictum, quando alia probatio non aderat, vt per Doct. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confeßis. & per Alex. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. & in conſi. 116. in ſecundo. Idem* 3 *† quando confeßio incontinenti eſſet reuocata: nam tunc non eſſet opus aliter probare errorem. gl. in c. fi. in verbo, iuſta cauſa. de iureiur. in 6. per Iaſo. in l. error. in 2. col. C. de iuris & facti ignor.*

¶ AD-

¶ ADDIT. Et Alex. consi. 92. viso & opportunè &c. col. fi. lib. 5. & consi. 87, quamuis. eod. lib. vbi limitat, nisi fuisset redacta inscriptis: tunc enim non posset reuocare, nisi docto de errore, per iura & autoritates copiosè per eum.

Idem quando constaret aliquem in vna parte confessionis iuratæ errasse : nam de facili debet iudex credere eum etiam in alia idem fecisse. arg. l. si ex falsis. C. de transact. & ita dicit Com. consi. 154. in vlt. col. Idem † in muliere confitente aliquid, dum damnificaretur. Nam potius in ea præsumitur iuris error, quàm quòd velit de suo donare. arg. l. cùm de indebito. ff. de probat. & ita tenet Com. consi. 37. in fin. de quo tamen dicendum est vt per Bar. & Doct. in l. fin. C. de iur. & fac. igno. Aret. consi. 114. in fin. Idem † in confessione negatiua, quam pars non acceptauit, secundum Bald. in l. non solùm. in princ. in vlt. col. ff. de procur. Vbi verò pars acceptasset, quælibet confessio generaliter non potest reuocari prætextu erroris, ex quo dicitur ius quæsitum parti, secundum Bald. in l. Gallus. §. quidam rectè. in 2. col. ff. de lib. & posthum. Rom. Aret. & Moder. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. Alexan. consi. 90. ferè omnis. in 1. vol. Et ex hoc dicto pōderat Ias. in d. l. error. quòd confessio licet non acceptata teneat ex se, nisi probetur error. quod non admittitur vbi sit acceptata, secundum supradicta. Sed videamus de veritate vtriusque dicti. † Et quòd confessio non acceptata non probet, videtur tenuisse Cyn. in l. 1. in 6. quæst. C. de confessis. & ibi Salic. in 15. oppos. & in l. generaliter. in 6. quæstio. C. de non num. pec. cum concord. per Iason. in d. l. error. & in l. postquam liti. C. de pact. Felin. in c. si cautio. de fide instru. & in c. capitulum. in 15. colum. de rescript. & est diffusum consilium Francis. de Cur. consili. 77. incip. super articulo. Mouentur omnes: primò, quia confessio requirit simultaneum consensum vtriusque partis: quod ostenditur arg. illius dictionis,

4 5 6

nis, Cum: dicitur enim ab illa dictione, & à verbo, faris vel fare, fatur, secundum eos.

¶ ADDIT. Et Alex. consi. 212. ponderatis his. col. 6. ver. alia ratione, lib. 6. & consi. 111. viso superiore. col. pen. nu. 5. & 6. lib. 3. vbi etiam asseuerat hac ratione confessionem non acceptatam non probare. & consi. 20. in causa. lib. 4. vbi autoritatibus comprobat. & consi. 82. eod. lib. Et Hippol. Marsi. latè autoritates adducit in Rub. de probat. nu. 113. & latius in l. de vnoquoque. nu. 125. & sequen. de re iudic. vbi infinitas autoritates adducit, ibi videto.

Sed ista ratio non est vera, quia imò deducitur à verbo Confiteor. nec est differentia, siue quis dicat fatetur, siue confitetur. l. 2. ff. de confess. Secundò, quia in confessione quasi contrahitur. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interroga. act. sed in quasi contractu consensus exigitur. l. obligationum substantia. §. 1. ff. de act. & oblig. Sed tu responde, quòd respectu confitentis requiritur consensus: & ita loquitur d. §. qui interrogatus, non respectu partis. Et dato quòd consensus vtriusque requiratur, debet sufficere acceptatio, etiam ex post facto, sicut in contractibus, qui regulariter non vitiantur per interuallum. l. si stipuler. in fin. ff. de verb. oblig. Tertiò adducitur, quòd † renunciatio nō acceptata, non iuuat, secundum Bald. in c. cùm venissent. in 4. col. de caus. poss. & proprie. & in l. 3. & in 3. not. C. de repud. hæred. & quod no. Bart. Bart. in l. postquam liti. C. de pact. 7

¶ ADDIT. Et Hippo. Marsi. in Rub. de probat. nu. 114.

Sed responde, quòd dato quòd istud sit verum, non tamen facit in proposito: quia eo ipso quòd pars vult vti tali confessione, satis dicitur eam acceptare. Nec Bal. requirit quòd acceptetur incontinenti, sicut nec Cyn. in d. l. vnic. in 6. quæst. & infrà declarabo. Contrarium ergo est verius: pro qua opinione primò facit, quia † confessio non inducit nouum contractum, sed eum qui iam inductus est probat, & 8

sic

sit succedit loco probationis.l. Publia.§.fi.ff.depos. Floria. in d.l.cùm de indebito.§.fin.Doct.in l. inter chartulas.vbi Iacob.Rebuf.C.de iure fisci.lib. 10.Vnde sicut probatio non requirit acceptationem, imò ex quo dependet à iure publico, satis est quòd inducatur à parte:ita confeßio satis est quòd à parte probetur : & eo ipso quòd pars allegat in sui vtilitatem,dicitur eam acceptare: sicut in simili dicimus de præsumptione legis , quæ etiam ipsa releuat ab onere probandi,sicut confeßio,vt habetur in Rub.suprà , de probat.Et satis est quòd allegetur à parte.l.si adulterium.§. idem Pollioni.vbi Bar.ff.de adul.Quamuis ergo Doct.antiqui requirant acceptationem confeßionis,non tamen volunt quòd fiat incontinenti:imò,satis est quandocunque pars alleget,an ea vti velit. Secundò pro ista opinione adduco doctrinam Bar.communiter approbatam,in l.admonendi. ff.de iureiu. vbi voluit † quòd confeßio facta parte absente,faciat semiplenam probationem:ergo si pars sit præsens, debet plenè probare,quamuis non acceptata , aliàs sequeretur absurdum , quòd plus operaretur si fieret parte penitus absente,quàm præsente.

9

¶ ADDIT. Accedat quod voluit Imol. in c. si cautio.de fide instru. quem ibi refert & sequitur Fel.col.9.versi.vndecimò fallit.& Hipp.in Rub.de proba.nu.96.quod licet confessio facta absente parte non probet , tamen si absente parte aliquis confitetur coram aliquo se debere certam pecuniam alicui , & ille coram quo fit confessio acceptet pro absente & nomine absentis illam confessionem , si demum absens ille ratificet , illa confessio probat & obest confitenti:quod probant & confirmant iuribus vt per eos. Adde etiam eundem Hippo. in l. si quis ne quæstio. nume. 128.ff.de quæstionib.

Tertiò adduco doctrinam Bar.in l.1.ff.de pac. vbi si promitto tibi præsenti & tacenti,tamen est pactū,non pollicitatio:quia lex præsumit tacitum consensum,ex quo agitur

tur de vtilitate tua.l.qui patitur.ff.mand.& est cōmunis conclusio in Rub.ff.de verb.oblig. Ergo idem debemus dicere in confeßione, † quia pars tacens videtur eam acceptare & consentire. Et per istam rationem hoc tenuit Alex.in d.l.3.C.de repud.hæred.licet Franc.de Curt.in d.consi.77. non benè aduerterit ad fundamentum ipsius.

10

¶ ADDIT. Sentire etiam videtur Deci.consi.146.colum.2.

Idem expreßè tenuit Abbas in c.fin.in tertio notab. de success.ab intest.Soc.in cons.228.in 2.col.Ioan.Bapt.de S. Seuerino in repe.l.admonendi.col.67.ff.de iureiur.vbi dicit istud esse de mente omnium Canonistarum in d.c.fi. & puto quòd dicat veritatem, ex quo in illo casu Doct.tenent quòd confeßio plenè non præiudicat, quia incidenter facta, non quia quòd non esset acceptata. Et si huic sententiæ adderemus autoritatem Bal.in d.§.quidam rectè.& aliorum in d.§.si quis simpliciter.ista secūda opinio quæ est verior, haberet etiam longè plures autoritates pro se. Benè fateor, quòd quando iudex ex qualitate negotij & personarum depræhenderet talem confeßionem emanasse ioco, vel simulatè, tunc non probaret. Et isto casu procedit quædam ratio Salic.in d.15.oppos. Circa secundum dictum, † an confeßio acceptata poßit reuocari.licet Ias.in d.l.error.alleget Bal. tenentem quòd non, tamen Bald.& Doct.non ita simpliciter loquuntur, sed volunt, quòd si sit acceptata, non poßit reuocari etiam incontinenti, nisi probato errore.& istud est verius, & ita etiam tenent Aret.& And. Sicu.in d.§. si quis simpliciter.& ibi dixi.

11

¶ ADDIT. Et quòd confessio acceptata possit reuocari probato de errore, tenet etiam Alex.consi.92.col.fi.lib.5. vbi allegat Bal.in loco hîc allegato.

† Reperitur etiam alius casus, in quo lex præsumit errorem absque alia probatione: videlicet in eo, qui recognoscit

12

scit rem propriam in emphyteosim vel censum ab alio, etiam si ab ecclesia: nam nisi expressè constet quòd istam recognitionem fecit, sciens rem esse suam, & volens transferre ius in alium, præsumetur recognitio per errorem facta, secundum Spec. tit. de locato. in 8. col. versi. an quis soluens. per Alex consi. 69. in pen. col. in 5. & facit quod not. Bart. & Docto. in l. si rem aliquam. ff. de acquir. poss. Raph. Comen. consi. 165. Gaspar. cum similibus.

¶ ADDIT. Vide præceptorem meum à Ripa, in d. l. si aliquam rem. num. 34. vbi citat Corn. consi 301. circa primum. lib. I.

† *Quod intelligo, quando constaret esse recognoscentis: aliàs eo non constito, illa recognitio faceret præsumi quòd dominium esset illius cui recognoscitur, nisi probaretur contrarium, secundum doctrinam Bar. in l. cùm falsa. vers. quid si confiteor. C. de iuris & facti ignoran. Bal. in l. si certis annis. in 5. col. C. de pactis. Raph. Comen. consi. 187. in fin. Gui. Papæ, in decisione Delph. quæst. 272. per totum. cum concor. per Ias. in l. 2. in 16. quæst. C de iure emph. declarando vt non procedat quò ad tertium, vt per Soc. consi. 266. in 5. col. Cætera dic vt per Bar. in d. l. non fatetur. & Doc. in c. fi. de conf.* 13

¶ ADDIT. An per recognitionem præsumatur & probetur dominium in fauorem concedentis contra recognoscentem, vel eius hæredes, & an contra tertium possessorem, melius quàm alibi vide Dom. meum à Ripa, in d. l. si aliquam rem. nu. 38. 39. 40. & sequent.

PRÆSVMPTIO XXII.

1 Sententia lata contra absentem, præsumitur lata potius ob contumaciam, quàm quòd malam causam habeat. Declaratur nu. 9.

2 Statutum volens patrem teneri ad pœnam pecuniariam pro filio homicida, non habet locum si filius sit damnatus ob contumaciam.

3 Notarius quāuis si in parte instrumēti falsum fecerit,

totum instrumentum corruat, si tamen ob contumaciam vigore statuti de falso damnatus fuerit, nõ corruit totum instrumentum.

4 Bannitus si cõmisit delictum irrogans infamiam, vbique (etiam extra territorium) infamis est, nisi per contumaciam tantùm de delicto constet.

5 Bona damnatorum ob contumaciam, vigore statuti habentis eos pro conuictis & confessis, non censentur applicata fisco in consequentiam condemnationis.

6 Statutum volens damnum emendari, intelligitur si prius constet de damno illato, non autem fictè per contumaciam accusati.

7 Sententia lata secundum positiones confessas ex contumacia, potest pars probare contrarium: secus si lata sit ex confessione vera.

8 Sententia lata propter contumaciam, non præiudicat in alia causa, etiam inter easdem partes: nec præiudicat alteri, etiam in casibus in quibus sententia solet præiudicare.

10 Bannitus ob contumaciam, si deinde fuerit admissus, ad defensiones, poterit tamen absque aliquo nouo indicio torqueri.

1 *VIgesimo secundò. † Sententia lata contra absentem, præsumitur potius lata ratione contumaciæ, quàm quòd malã causam habeat. l. Papinianus. §. meminisse. vbi Bart. & Doct. ff. de inoffi. testa. l. & ideò. ff. de euictio. quod dicit Bart. esse notandũ ad multa. Et hoc primò facit ad id quod no. Bar. in l. cùm filius, in prin. ff. de verb. oblig. vbi † statu-*
2 *tum volens patrem teneri ad certam pœnam pecuniariam pro filio homicida, non habebit locum si filius sit condemnatus de homicidio in contumaciam, dato quòd ex forma statuti contumaces habeantur pro confessis & conuictis. Et ita etiam tenuit in disput. 3. incip. statuto Perusinæ ciuitatis. & communiter approbatur, vt ibi per Ias. & Corn. consi. 189. in primo. & consi. 143. in secundo. Secundò facit ad*

ad id quod not. Bal. in l. fina. C. de fide instru. † *vbi quamuis Notarius si fecerit falsum in parte instrumenti, totum instrumentum cancelletur : tamen si non constat de isto falso, nisi vigore condemnationis latæ in contumaciam propter dictum statutum, cætera sustinebuntur. sequitur Riminal. in l. si ex falsis. C. de transactio. col. fin. vbi declarat hoc dictum. Tertiò facit ad id quod not. Alber. de Rosa. in lege, ex ea. ff. de postul. vbi* † *si aliquis bannitus commisit delictum irrogans infamiam, etiam quòd tendat extra territorium, tamen semper eum infamia sequitur, sicut lepra leprosum. Si verò non constat de illo delicto nisi per contumaciam, non erit infamis neque in ipso territorio, prout latius firmat Bartol. in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa. Alexan. consi. 114. in 2. vol. Et vltra prædictam rationem aßignatur alia ratio : quia talis censetur bannitus potius vigore statuti, quàm ex lege publici iudicij, ex quo omnia statuta sunt leges priuatorum iudiciorum, secundum Bald. Angel. Salic. & Rom. in l. 2. C. qui testa. fa. poss. cum concord. per Corn. consili. 42. in 1. vol. vnde tales non censentur infames, nec continentur in l. 1. ff. de his qui not. infa. quæ lex loquitur de damnatis ex publico iudicio. Et propterea inferunt,* † *quòd bona talium condemnatorum, in consequentiam condemnationis, non censebuntur applicata fisco, prout etiam tenuit Ang. in Authen. bona damnatorum. C. de bonis proscrip. Est verum quod contra hanc rationem tenet Aret. in l. eius qui. §. 1. ff. de testa. quia licet statutum imponat nouam pœnam pro crimine publico, non tamen tale iudicium ideò desinit esse publicum, secundum Bart. in l. 1. ff. de public. iud. in vlt. col. & videtur statutum subrogari loco iuris communis, & habere eosdem effectus, vt ibi per eum. Vnde melior est ratio, quia d. l. 1. loquens de condemnato, debet intelligi de condemnato verè, non per fictionem statuti. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.*

3

4

5

6 Quartò facit, quia † si statutum velit damnum emendari, debet intelligi, si prius constet de damno illato, non autem fictè per contumaciam accusati: secundum Rayn. de Forli. in l. 2. ad fi. ff. ad Syllan. quem refert & sequitur Bal. in l. 7 si quando. C. vnde vi. Quintò facit, † quia vbi sententia est lata secundum positiones confessas ex contumacia, potest pars probare contrarium: secus si sit lata ex confeßione vera, secundum Ant. in c. fi. suprà, de confeßis. arg. glo. in c. ex tuarum. de purga. cano. & idem tenet Imol. in l. creditor. §. iussus. ff. de appell. & latè per Francis. de Aret. consili. 8 147. visa consultatione. in primo dubio. Sextò facit, † quia talis sententia lata propter contumaciam, non parit præiudicium in alia causa, etiã inter easdem personas. lege secunda. §. diuus. & lege, eius qui delatorẽ. ff. de iure fisci. Quod non esset, si fuisset lata propter malam causam, vt per Bal. in l. 2. C. de eden. Corn. consi. 211. in fi. in tertio volumine. vnde etiam talis sententia nunquã præiudicat alteri, etiã in casibus in quib. aliàs præiudicaret. l. qui repudiantis. in fi. ff. de inoffi. testamen. & d. l. & ideò. ff. de euict. gloss. in §. fina. Instit. de noxal. Bar. in d. l. cùm filius. Bal. in l. 1. in 9 6. quæst. C. ne fil. pro patre. Declaratur † supradicta præsumptio, vt licet talis contumax non præsumatur succubuisse propter malam causam, sed propter contumaciam, habeat tamen cõtra se etiam aliquam præsumptionem malæ causæ. arg. c. nullus. infrà eod. vbi præsumitur contra eum qui dilationibus quærit subterfugere iudicium. Et facit illud quod notabiliter dicit Bal. in l. 1. in 6. colum. C. de hære. Instit. vbi † si aliquis sit bannitus in contumaciam pro 10 aliquo crimine, deinde admittatur ad nouas defensiones, suberit tamen contra eum aliqua suspicio delicti, & propterea, etiam sine alio indicio, poterit torqueri. argumento legis, milites. C. de quæstio. l. 2. & 3. ff. de requir. reis. quod nota in practica.

PRÆ-

PRÆSVMPTIO XXIII.

1 Opus in suo faciens, an & quando præsumatur nocendi animo facere.
2 Opus in suo facere an alicui liceat, si ex eo facto alteri quàm sibi resultet vtilitas, & alteri noceat.
3 Frater vnus si vult vendere partem suam castri alicui extraneo, solùm ad æmulationem fratris, non potest, nec valet venditio.

Vigesimotertiò. † Præsumitur si quis aliquod opus in suo agat, non nocendi animo facere. l. fluminũ. §. fi. & l. seq. ff. de damno infect. Quod intellige procedere, quando tale opus sibi facienti prodest: aliàs si nihil sibi prodesset, & alteri noceret, præsumeretur facere vt noceat, & non permitteretur, quia dolosè ageret, secundum Io. Fab. Instit. de leg. Fusia Cani. tol. & l. 1. §. deniq; Marcellus. ff. de aq. plu. arc. & ita intelligitur, l. domũ. ff. de regu. iur. & idem tenet Imol. in l. si in eo fundo. ff. de aq. plu. arcen. Et istud etiã voluerunt Cyn. Rayn. & Salic. in l. altius. C. de seruit. & Paul. de Castr. in l. cum eo. ff. de seru. vrb. præd. Barthol. Veronen. in tract. de seru. vrb. præd. tit. de solo seu area. col. 2. versi. secundò fallit. & per Alex. consi. 174. in 2. vol. Et hoc est vtile ad multas quæstiones, de quibus ibi per eos. Et puto quòd etiam quælibet leuis vtilitas erit cõsideranda, ad finem, quòd iste permittatur facere in suo quod vult. arg. l. res bona fide, vbi gl. ff. de contrahen. empt. & l. quamuis. C. de distract. pignor. Et ita intelligitur regula. l. nullus videtur. ff. de regul. iur. nam iniuriam alteri non facit, qui vtitur iure suo. Sed si aliqua vtilitas sibi non resultet, non dicitur vti, sed abuti ad nocumentum tertij.

¶ ADDIT. Materiam huius præsumptionis & limitationis eius, & quicquid hîc traditur, latius multò & copiosius quàm hîc tractat Do. meus à Ripa, in l. quo minus. col. 5. & 6. nu. 25. cũ plurib. seq. ff. de flumin. in illa quæst. Bart. an liceat domino fundi superioris ædificare ibi molendi-

lendinum, cum damno molendini inferioris, cui aufertur vel diminuitur aqua. Vide ibi omninò copiosè plures concord. & autoritates.

2 † *Quid autem si ex tali facto alteri resultaret aliqua vtilitas, licet sibi non resultet? Putarem licitum esse facere in suo, licet alteri inde noceat. l. cùm in fundo. §. 1. ver. quòd si vxor. ff. de iure dot. Nec obstat tex. in l. virilis. §. si adierit. ff. de legatis præstan. quia respondet Ioan. Fab. quòd ibi ille faciebat principaliter vt noceret huic, sed non vt prodesset alteri. Sed istud mihi non placet, quia diuinat. Vnde dic, quòd in isto casu ille non vtebatur iure suo, ex quo edictum prætoris simpliciter illi conseruauerat portionem suam, vt sibi prodesset, non vt alteri. Et propterea si admonitus adijt hæreditatem vt noceat emancipato, debet teneri de dolo, licet prosit seruis. Pro opin. tamen Ioan. Fab. facit quod not. Bal. in l. 1. in pen. quæst. C. qui testa. face. poss. vbi dicit, quòd* 3 *† si vnus frater vult extraneo, puta Veneto, vendere partem suam castri, si principaliter hoc facit ad æmulationem alterius fratris, non potest, nec valet venditio. l. quicunq; castellorum. C. de fund. limitr. lib. 11. & in simili quod not. Bar. Pau. de Cast. & Moder. in l. 2. C. ne fiscus vel respub. & Ias. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de lega. 1. Sed responde, quòd illud procedit in castellis, quæ natura sui præstant magnam securitatem volenti offendere, præsertim quando sunt limitropha, vt ibi dicitur: vnde illud non est trahendum generaliter ad quaslibet res, prout satis sentiunt Doct. in d. l. 2. & in d. l. quicunque. Cætera dic vt per Io. Fab. in dicto loco, & Bar. in l. 2. in 4. colum. ff. solu. matri. Lud. Rom. in d. l. fluminum. §. fin.*

PRÆSVMPTIO XXIIII.

Vigesimoquartò. Verberans seruum communem, non præsumitur id facere causa iniuriæ alterius domini, sed potius iure suo. l. item apud Labeonem. §. si communem.

munem. ff. de iniur. Idem in fructuario vel proprietario tantum, vt ibi, quod tamen puto intelligendum, nisi ex qualitate verberum aliter esset coniecturandum, per ea, quæ in simili notat Alexan. cons. 103. in 3. col. in primo. & suprà diximus. facit tex. in l. 1. C. de emend. propinq. & gl. in l. nullus videtur. ff. de reg. iur. vbi licitum est propinquo, verberibus corrigere minorem, dum tamen non excedat ex facti atrocitate, quia tunc hoc pertinet ad iudicem: & vidimus suprà, in prima regula. Et adde etiam text. in l. aduersus. C. fam. ercisc. vbi non datur actio expilatæ hæreditatis aduersus cohæredem, quia lex præsumit, quòd acceperit bona hæreditaria ratione partis suæ, non malo animo subtrahendi.

PRÆSVMPTIO XXV.

1 Præsumitur quis militare de pecunia patris vel affinium.

2 Empta res de pecunia mea, non est propterea mihi obligata.

Vigesimoquintò. † Præsumitur quis militare ex pecunia patris vel affinium. l. fi. C. de pigno. vbi si quis habens omnia sua obligata, emit militiam filio vel cognato, potest creditor intentare ius hypothecæ contra talem, quia lex præsumit emptam de pecunia sua: de quo etiam per Bar. in l. Imperator. §. fi. ff. de leg. 2. Quod hodie declaratur per Auth. ibi positam, vt procedat quando creditor ad hoc mutuauerat pecuniam, vt emeretur militia: alioqui regula est, † quòd res empta de pecunijs meis, mihi obligata non est, nec in ea sum potior iure hypothecæ. l. quamuis ex ea. C. de pign. præterquam in certis casibus, de quibus in l. interdum. ff. qui pot. in pig. hab. per Cepol. caut. 124. vulgata est regula. & habetur in tract. clausularum Vitalis. col. 47. in verb. & specialiter obligauit.

¶ ADDIT. Et latissimè per Alexan. post alios in l. si cùm

dotem. § si ff. sol. mat. & præceptorem meum à Ripa melius, quàm alibi vspiam, in l. senatusconsult. quæ est l. 1. col. 3. & 4 ff. in quibus caus. pign. vel hyp. taci. contra. vbi tradit hanc regulam, & multas limitationes,

PRÆSVMPTIO XXVI.

1 Vxor quicquid acquisiuit constante matrimonio, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti, ratione turpis quæstus euitandi. Declaratur & restringitur nu. 2. 4. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16.

2 Concubina an præsumatur acquisiuisse de bonis concubinarij, quæ acquisiuit durante concubinatu.

3 Donatio est permissa inter concubinam, & concubinarium, nisi sit miles vel Doctor.

4 Vidua post annum luctus aliquid emẽs, an præsumatur emisse de pecunijs prædefuncti.

6 Vxorem acquisiuisse constante matrimonio, vel intra annum luctus, an agenti incumbat onus probandi, adhoc vt procedat præsumptio l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxo.

7 Vxorem acquisiuisse de bonis mariti si extraneus dicat, an audiatur, sicut audiretur maritus, vel eius hæredes.

8 Vxor quæ acquisiuit constante matrimonio, licet præsumatur de bonis mariti acquisiuisse, tamẽ in possessorio iudicio debet ipsa obtinere, scilicet quando ipsa sola possideret: secus si cum marito.

9 Mariti præsumuntur esse quæ in sua domo reperiuntur, quamuis sint vxoris.

10 Vxor quæ habet bona, vel est negotiatrix, vel apparet quòd aliunde habuit, non præsumitur de bonis mariti acquisiuisse.

11 Vxor si fuerit negotiatrix, an quæ acquirit, viro acquirat, quasi teneatur operari viro.

12 Vxor si affirmat & probet, quòd bona quæ acquisiuit constante matrimonio, habuit ab amasio, illæ non acquiruntur marito.

13 Vxor si probauerit sibi fuisse aliquid donatum ab aliquo

quo consanguineo, cessat presumptio & dispositio. l. Quintus. de donat. inter vir. Et quid si sit illi donatum ab extraneo.

14 Vxor licet empta cõstante matrimonio, p̃sumatur de pecunia mariti emisse, rerũ tamẽ dominiũ nõ transit in maritũ, sed solùm agere poterit ad preciũ rerum.

15 Vxor nõ præsumitur constante matrimonio quesita, de bonis mariti acquisiuisse, si habet fortiorẽ p̃sumptionẽ pro se, ꝙ aliũdè acquisierit ex q̃stu honesto.

16 Maritus si confiteatur, quæsita per vxorem constante matrimonio, esse lucrũ ipsius vxoris, an illi confessioni stetur, maximè in præiudicium tertij. & n. 17.

VIgesimosextò. † Præsumitur vxor quicquid acquisiuit constante matrimonio, acquisiuisse de bonis mariti, ratione turpis quæstus euitandi. l. Quintus. ff. de donatio. inter virum & vxor. l. etiam. C. eod. cap. significauit. infrà, eod. titul. Et propterea talia bona erunt mariti, seu eius hæredum. 1

¶ ADDIT. De materia huius præsumptionis vide per Dec. cons. 237. in casu proposito. col. pen.

Declara † primò istud non procedere in concubina, quia lex facilius præsumit turpem quæstum in tali, quàm in vxore: & meritò d. l. Quintus. videtur præcisè requirere, quòd sit vxor: & istud suadet eius ratio: & facit, quia dato quòd talia bona peruenissent à concubinario, non tamen deberent ita simpliciter illi restitui, † quia inter eos est permissa donatio, nisi sit miles vel Doctor. l. 2. C. de donat. inter virum & vxor. Barto. in l. affectionis. ff. de don. in l. miles ita. §. mulier. ff. de testa. mili. Modern. in l. miles. in prin. ff. de re iud. Contrarium videtur decidere Bald. in l. 1. per illum text. C. de natur. lib. vbi notat, quòd concubina præsumitur acquisiuisse ex bonis amasij. Sed Bal. ibi loquitur non de præsumptione legis quæ transfert onus probandi, sed de præsumptione hominis, seu coniectura, quæ arbitratu iudicis posset esse ita efficax, quòd faceret sufficiens 2 3

in dicium

indicium ad torturam. Et ita loquitur dict. l. 1. & sic debet intelligi quod non. Fran. de Crem. in sing. 6. & Bald. in l. cùm oportet. in 4. col. C. de bon. quæ lib. & And. Sicul. in c.
4 *1. in secundo no. de pecu. cler. Secundò declara, † vt non procedat in vidua emente post annum luctus, secundum Angel. consil. 141. super primò. aliàs sequeretur secundum eũ, quòd nulla mulier posset acquirere tutò, nisi ostenderet vnde pecunia prouenerit. Et ita etiam debet saluari quod no. glo. in d. l. Quintus. & Bal. in d. l. cùm oportet. & in l. fin. C. de pigno. & in cons. 164. à libello. in 4. volu. & est de mente Albe. in d. l. etiam vbi distinguit, an mulier incontinenti post mortem viri emat, an ex interuallo. Intellige ergo incontinenti, intra annum luctus. sequitur Cremen. in d. sin. 6.*

¶ ADDIT. Adde Decium consilio præalleg. 237. & melius per Do. meum Fran. à Ripa in l. fœminæ. nu. 40. fol. 21. C. de secun. nupt. quam lecturam inter opera de secundis nuptijs, quæ aliàs congessimus, adposui, vbi quicquid in hac limitatione traditur, abundè pertractat.

5 *Quod procedit, † quando non esset aliqua alia coniectura, per quam verisimile esset etiam empta vltra annum luctus fuisse de bonis mariti: aliàs adhuc ista præsumptio militaret, dato etiam quòd ad secunda vota transiuisset, declarando vt per Angel. in d. consil. 141. Tertiò intellige,*
6 *† quòd ad hoc vt præsumptio procedat, agenti incumbit onus probandi, quòd acquisiuerit constante matrimonio, vel intra annum luctus: aliàs præsumptio non procederet, secundum Salic. in d. l. Quintus. & in d. l. etiam. Quod puto verum, quia isto casu intẽtio agentis fundat se in tempore, vnde ipse debet probare, iuxta notata in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nunciat. Et quia, vt suprà diximus, in definitione, signa, vnde oriuntur præsumptiones, sunt probanda. & istud satis voluit Bal. in l. si vxorem. C. de condi. inser. & Alex. consil. 42. in quinto. Contrarium*

consuluit

consuluit Aret. consil. 21. & est de mente Huberti de Bob. quem refert Alberic. de Rosa. in d. l. etiam. Sed ista opinio posset procedere, quãdo constat ex qualitate personæ & facultatum, talem mulierem verisimiliter non potuisse habere ante tempus constantis matrimonij vnde acquireret, de quo etiam per Alex. in d. cons. 42. faciunt in simili no. per Abb. & Doct. in d. c. 1. de pecul. cler.

Quartò † declara supradicta secundum Bal. in l. si vxorem. in vlt. col. C. de condit. inser. procedere quò ad ipsum maritum, seu eius hæredes, qui possunt opponere vxori, quòd dicta bona sunt quæsita de bonis ipsius mariti: secus quò ad extraneum. per not. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. sequitur Alex. in l. qui iure. ff. de acq. poss. 7

¶ ADDIT. Et idem Alex. cons. 101. super primo dubio. libro 7.

Sed ista opinio restringit tex. in d. l. Quintus. & verius videtur, quod quilibet cuius intersit possit opponere, ex quo ista præsumptio non est inducta ita demum, si maritus velit, sed generaliter vt euitetur mala suspicio. faciũt no. per Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iud.

¶ ADDIT. Vide etiam Decium hanc sententiam amplectentem in præal. cons. 237. col. pen. & fi.

Confirmatur, quia dato quòd maritus consentiret non esse quæsita de bonis suis, tamen talis consensus non deberet præiudicare illi tertio: quia talis confessio est inter personas prohibitas, vnde nemini præiudicat. l. qui testamentum. ff. de proba. & infrà etiam aliquid dicam. facit gl. in l. scripturæ. C. de fide instru. Quintò † declarat idem Bald. in d. l. si vxorem. non procedere istam præsumptionem quò ad possessorium: quia in possessorio iudicio mulier obtinebit, nec in eo inquiremus de hac præsumptione. l. fi. C. quor. bon. fa. quod not. idem Bald. in d. l. cùm oportet. col. 3. vbi filiusfam. habitans seorsum à patre, est tutus in possessorio, 8

rio, quòd bona quæ poßidet non sint profectitia. Intellige dictum Baldi, quando vxor sola poßideret: aliàs si poßideret cum marito, præsumeretur potius possessio mariti, & ipsam poßidere iure familiaritatis, secundum Alex. post alios in d. l. qui iure. & quod not. Bald. in d. l. ob maritorum.

9 *† vbi res, quæ sunt in domo viri, præsumuntur ipsius, propter præeminentiam, non vxoris. Considera, quòd hæc est magna ampliatio ad d. l. qui iure. vt ille qui habet titulum, præsumatur adhuc poßidere iure familiaritatis, quando titulus ille iuris præsumptione ad aliũ spectabat.*

10 *Sextò, non procedit, † quando constat, quòd mulier aliundè habebat vnde potuit acquirere: puta, quia habebat multa bona vltra dotalia, vel erat negotiatrix, secundum Bald. in d. l. cùm oportet. Rom. cons. 159. super eo. in 2. col. Alex. cõs. 40. in pen. col. in 3. Nam in isto casu cessat turpis lucri suspicio, meritò ergo debet cessare ista præsumptio. Et idem etiam videmus in prælatis, de quibus in c. 1. de pecul. cleric.*

11 *Adde tamen, † quòd in muliere negotiatrice ista declaratio videtur dubia, ex quo mulier tenetur operari viro. l. sicut. ff. de ope. liber. l. sed si vir. in prin ff. de donat. inter vir. & vxor. vnde videretur, quòd omne hoc lucrum tanquam ex operis debitis marito, esset mariti, prout est de mente Practici Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verb. tanquam bona paraphernalia.*

¶ADDIT. Vide etiam Alex. conf. 209. ponderatis his. col. 2. lib. 6.

Puto opin. Bal. veriorem: quia licet vxor teneatur operari viro, non tamen tenetur negotiari pro eo. Vbi verò sors esset mariti, fortè opinio alia procederet: & si in hoc esset aliqua cõsuetudo, ea deberet attendi, secundum Hostien. & cæteros in d. c. significauit. infrà, de do. inter vir.

¶ADDIT. Adde etiam Ale. melius quàm alibi, in conf. 133. verè crudelis. col. 2. lib. 4. vbi egregiè pluribus argu. firmat, quòd ea quæ vxor ex negociatione, arte, vel mercãtia acquisiuit,

acquisiuit, esse sua, & non acquiri marito: nec teneri eam negotiari pro marito. & abundè etiam D. meus à Ripa, responsorum lib. 3. c. 4. quem omninò vide.

12 *Septimò intellige supradicta per viam præsumptionis, quæ oritur in casu dubio. Sed si simus in claro, puta quia mulier asserat se etiam illa bona lucratam ab amasio, & probet, tūc cessat præsumptio, vt probatur in d. l. Quintus. & per Ang. in repet. l. sciendum. pen. col. ff. de verb. obliga. Et firmat Prac. Papien. in loco suprà alleg. & Guid. Pap. quæst. 448. in fi. Et addunt rationem, quia datum mulieri etiā ex turpi causa fit ipsius mulieris. l. deniq;. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. & l. mercalem. C. to. Sed illa iura loquuntur in muliere cum qua licitus sit coitus, nec punibilis. l. Iulia. de quo per Moder. in l. si qua illustris. C. ad Orficia. aliàs ista lucra applicarentur fisco, vt per Angel. in d. l. 2. & Ias. in d. §. sed quod meretrici. Idem est, † si mulier probet se aliunde lucratam, quàm ab amasio, puta quòd frater suus sibi donauerit, secundum Fulg. cons. 198. in quæstione proposita. Nam non præsumeretur fratrem fuisse interpositam personam, sed potius verè sibi donasse, secundum eum. Idem tenet Alber. in d. l. ēt. Quod fortè non procederet in extraneo, arg. l. fi. C. de pign. & quia extraneus eo ipso quòd donat vxori alienæ, inducit malam præsumptionem: vnde potius credendum est, quòd adhuc pecunia peruenerit à viro, & ipse sit interpositus per fraudem mulieris: in quo tamē bonus iudex arbitrabitur. Octauò intelligo supradicta, † vt quamuis mulier præsumatur emisse de bonis viri, dominium tamen non transeat in maritum vel eius hæredes, sed solùm teneatur mulier actione personali ad precium, secundum Bar. in l. & si instrumenta. per illū tex. C. de fid. inst. lib. 10. Bal. cons. 65. pūctus talis est in libro catasti. in 5. Signor. de Homod. cons. 122. factum sic præsupponitur, quædam. & in cons. 126. A. habēs.*

13

14

¶ AD-

¶ADDIT. Ita etiam vult præceptor meus à Ripa, in l. fœminæ. num. 40. fol. 21. & respons. lib. 3. c. 4. col. fin.

Sed in contrarium facit quod not. Hub. de Bob. quem sequitur Alber. d. l. etiam, vbi voluit, quòd ista præsumptio operetur pro marito agente contra eum, cui mulier vendidit, ex quo talis in eius locum succedit. regula, is qui in ius. de reg. iur. in 6. Ergo sequitur, quòd non teneatur simpliciter actione personali, quia illa non transiret in emptorem. l. fi. §. fi. ff. de contrah. emp. Et idē est de mente Abb. & Modern. in d. c. 2. vbi dicunt, quòd marito competit rei vendicatio. Sed responde, quòd Bar. loquitur de re, quam constat fuisse emptam à muliere. Nam licet pecunia sit viri, non tamen res. l. 1. & l. multum. C. si quis alteri vel sibi. Sed dictum Alber. debet intelligi, quando non constat rem fuisse emptam à muliere. quia tunc præsumitur rem ipsam, quò ad dominium, pertinuisse ad maritum. d. l. Quintus.

15 *† Nonò declara supradictam præsumptionem, vt cedat fortiori præsumptioni, iuxta l. diuus. ff. de in integ. restit. secundum And. Sic. in d. c. 1. in 2. notab. Pro quo facit quod ibi dicunt Butr. & Ancha. dum volunt d. l. Quintus. non procedere, quando mulier esset diues, quæ nupsisset alicui pauperi: nam tūc præsumeretur potius acquisiuisse de suo. & hoc satis probatur in d. l. Quintus. & ex supradictis.*

16 *† Decimò declara supradicta, vt procedant etiam si maritus confiteretur esse lucrum mulieris: quia adhuc staret præsumptio, ex quo talis confeßio inter personas prohibitas non releuat. d. l. qui testamentum. ff. de probat. & propterea censeretur maritus donare: vnde non staretur huic confeßioni, nisi esset confirmata per mortem, secundum Bald. in d. cons. 66. in quinto. Potest dubitari de ista decisione, quia contrarium tenet Salic. in l. cùm propria. per illum tex. C. si quis alt. vel sibi. in fin. Non obstat l. qui testamentum. quia donatio inter virum & vxorem est prohibita.*

hibita: & consequenter, si maritus donat rem suam, non tenet donatio. Sed in casu nostro non constat quòd sit sua, & sic cessat prohibitio. Et si dicas, constat saltem per præsumptionem d.l. Quintus. respondeo, quòd non videtur minus efficax contraria præsumptio oriẽs ex confeßione mariti, cuius principaliter interest, prout voluit Bald. in d.l. si vxorem. de quo suprà. Puto cõsiderandos tres casus. Primus est, cùm pecunia numeratur per vxorem ementem suo nomine, & maritus fatetur esse vxoris, tunc stabitur confeßioni in præiudicium mariti. l. si mater. vbi Salice. C. de contrah. empt. Alex. cons. 24. in 1. col. in primo. Socin. cons. 65. vers. vigesimo.

¶ ADDIT. Ita etiam consuluit Domi. meus à Ripa, respon. lib. 3. c. 4. vbi vult cessare presumptionem d.l. Quintus. quando mulier emit de proprijs pecunijs, præsente & consentiente marito, & licentiam acquirendi dante: & vide ibi latissimè de materia huius præsumptionis.

Secundus casus est, quando ipse maritus emit nomine vxoris, & fatetur pecuniam vxoris: & tunc non stabitur illi confeßioni, quia præsumeretur maritus donare. d.l. cũ propria. l. si non verum. l. si filij. in verbo, nõ donandi animo. C. de dona. inter vir. & vxo. vnde non conualidabitur nisi per mortem, prout cæteræ donationes. l. cùm hic status. ff. eod. tit. Bal. in d. cons. 66. vel per iuramentum. secundũ not. per Moder. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Et est ratio, quia ex quo maritus numerat pecuniam, lex præsumit eam numerantis. l. 2. pro soc. vbi Bar. vnde confeßio sua aduersus præsumptionem legis inter personas prohibitas non tenet. d.l. qui testamentum.

¶ ADDIT. Ista omnia etiam egregiè tradit Do. meus à Ripa in d. c. 4. respons. lib. 3.

Et propterea idem esset etiam si ipsa vxor emeret nomine suo, dummodò pecunia numeraretur à marito, per supradictam rationẽ. † Tertius casus est, quid iuris respectu 17

 tertij?

tertij? Et in vtroq; casu dicendum est, talem confeßionem non præiudicare tertio creditori mariti. arg. §. aliud. vers. si verò non fuerit. in Authen. de æqual. dot. vbi si maritus confiteretur in instrumento augmentum dotis, licet talis confeßio sibi præiudicet, non tamen præiudicat creditoribus. Sequitur Sal. in d. l. si mater. Et istud tantò magis procederet stante statuto, quòd ad remouendas fraudes quæsita per vxorem acquirerentur marito: nam tale statutum non fundaret se super ratione l. Quintus. sed propter tollendas fraudes maritorum, qui, vt circumueniant creditores, faciunt quòd instrumenta acquisitionum cantent in personam vxoris: nam tunc quò ad creditores sine dubio eorum confeßiones nihil operarentur, per supradicta.

¶ ADDIT. Alias limitationes, in quibus non procedit dispositio d. l. Quintus. vide per Neuizanum in sua sylua nuptiali. fol 28.

PRÆSVMPTIO XXVII.

1 Dolum committere non præsumitur qui fraudem excludit.
2 Fraudibus vti licet habenti bonam causam, ad excludendas fraudes alterius partis.
3 Sponsiones quæ fiunt ludendo, sunt stricti iuris, & in eis licet apertè captare verba.
4 Iudex promittens reo impunitatem si confiteatur delictum, an teneatur illi seruare fidem, & an ex tali confesione veniat condemnandus.

1 *VIgesimoseptimò. † Præsumitur non committere dolum, qui fraudem excludit. l. cùm pater. §. Titio. in fi. ff. de lega. 2. facit quod no. Corn. cons. 52. in 2. col. in 2. vol. vbi non videtur dolo egisse, qui clàm renũciauit alicui iuri, sub fiducia, ne tale ius veniret in compromissum, quod erat incontinenti facturus. Quod fit quotidie in his qui dubitant propter magnos fauores partis, vel ex alia causa. Et facit etiam gl. in c. cupientes. de electio. in 6. & in c. dominus.*

nus.23.q.2.cum simil. vbi † licet habenti bonam causam vti fraudibus, ad excludendas fraudes alterius partis. de quo etiam per Corn.cons.6.pen.col.in 3.And.Sicul.in l.1. §.si stipulanti.ff.de verb.obliga. & talis dolus dicitur bonus, & solertia, non autem dolus malus.l.1.§.non fuit.ff. de dolo. Et facit quod not. Archid.22.q.2.vtilem. & Ias.in l.si mora.in 3.notab.ff.solu.matr. vbi loquuntur de quodā Papa, qui simili dolo extorsit confeßionem simoniæ ab aliquo Episcopo. Et quod de Carolo rege notat And.de Isernia, in c.publici latrones.in fi.de pace tenen.& eius viola. Vide And.Sicu.in repet.l.cùm acutißimi.col.24.C.de fideicommis.Ias.in l.si is qui pro emptore.in 5.col.ff.de vsucap. Facit etiam quod not.Bald.in l.addictos.C.de episc.audi. vbi dubitat, nunquid baruarij præsumantur vti simili dolo, qui aliquem reum interficiunt, dum timent ne sibi per vim eripiatur, vbi tamen concludit quòd non licet. Et ad supradicta facit regula, quòd dolus cum dolo compensatur. l.viro atq; vxore.ff.solut.matri.l.domum.in fi.ff.de contrah.empt.de qua dicendum est, vt per Moder.in l.fi.§.sed & si stipulator.ff.de eo per quem factum erit. Et ista præsumptio † facit ad istas sponsiones, quæ fiunt quotidie ludendo, in quibus ex natura actus videtur licita esse captatio verborum, & sunt stricti iuris.l.si rem.§.fi.ff.de præscrip.verbis. Et facit etiam ad quæstio. † an iudex debeat seruare reo fidem, cui promisit impunitatem, si confiteretur. Et videtur quòd non, vt per Gemin.in c.nos in quemcunque.2.& Felinus in capit.afferte.infra eodem.& in capit.accedens.vt lite non contestat.facit quod not.Bald. in c.1.§.fi.col.pen.de pace iura.firm.& facit etiam gl.in §. neq; autem.in verbo, homicidis.in Auth.de mand princip. Petrus & Cyn.in l.præsenti.in fin.C.de his qui ad ecclesiam confug. Et est ratio, quia talis promißio non est de dependenti à voluntate iudicis, qui non debet per hoc

2 3 4

posse alterare ius publicum. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. Est verum, quòd si coniectaretur illam confessionem emanasse sub spe illius promissionis tantùm, non quòd ita se veritas haberet, tunc non esset standum tali confessioni; quia confessiones reorum non semper pro exploratis criminibus habentur. l. 1. in fin. ff. de quæstionib. Et ita intelligo, quod notant Modern. in l. ea est natura ff. de regulis iuris.

¶ ADDIT. Aduerte, quòd licet iudex non debeat ei dare impunitatem, non tamen ex tali confessione ita dolosè extorta venit aliquo pacto condemnandus, vt egregiè & per multa fundamenta consuluit Ioan. de Imol. cons. 109. visa inquisitione prædicta. refert & sequitur & illius fundamenta recitat Hippol. Mars. in l. 1. §. quæstio ante fi. ff. de quæstioni. & singula. 201. in confessum. & in l. si quis obrepserit. col. fi. ff. de falsis. & in Rubr. de proba. nu. 115. versic. item scias, quòd confessio debet esse pura, &c.

PRÆSVMPTIO XXVIII.

1 Feudum in dubio præsumitur antiquum, quod qualiter intelligatur, latè traditur.

2 Prælatus si inuestiat aliquem in feudo, & asserat esse antiquũ, an stetur suæ confessioni in præiudicium ecclesiæ.

3 Contrahentium assertioni non statur, vbi actus aliàs illicitus, per talem assertionem fieret licitus.

4 Feudum concessum cum clausula, iure antiqui & paterni feudi, an dato quòd feudum sit nouum, habeat effectus omnes antiqui feudi.

5 Episcopus non potest concedere nouum feudum, cum clausula, iure antiqui & paterni feudi.

6 Feudum esse antiquum (quod tamen nouum erat) licet princeps confessus fuerit, si tamen hoc nõ fuit factum per verba concessiua seu dispositiua, non obest veritati talis confessio.

1 *VIgesimooctauò. † Feudum in dubio præsumitur antiquum, non autem nouum. c. 1. §. 1. de succes. fratrum, seu grad.*

seu grad. success. in feu. quem ibi not. Bal. & tex. in c. 1. vbi Aluar. post alios, si de feud. fue. controuer. inter domin. & agna. Et dicit ibi Iacob. de Beluis. & Nicol. de Neap. quòd benignior præsumptio est, ex quo constat quòd fuit feudum, præsumere potius quòd sit antiquum, quàm quòd sit nouum, vt agnati succedant, qui aliter excluderentur, vt ibi per eos.

¶ ADDIT. Contrarium videtur tenere Matthæus de Afflictis, in commentarijs cõstitutionum Neapoli. in tit. de succes. nobilium. col. 16. n. 60. Rub. 26. dicens, quòd in dubio feudum præsumitur nouum, nisi sint indicia quòd sit paternum, & quòd indicium erit, si probetur antiquitas temporis. Itẽ si probetur, quòd pars feudi est antiqua, quia tunc ratione partis præsumitur idem de toto. & mouetur in his autoritate Bal. & aliorum. Dic vt per eum.

Et ex his infertur, quòd si † prælatus inuestiat aliquem in feudo, & asserat esse antiquum, quòd stabitur tali confeßioni, & valebit inuestitura, licet si esset nouum, nõ valeret. Et est ratio, quia statur confeßioni prælati in præiudicium ecclesiæ, quando cum illa confeßione cõcurrit præsumptio iuris. ca. si diligenti. vbi Abb. in tertio not. inf. de præscrip. c. 2. infrà, de capell. monach. & ita resident aliqui Moder. Sed tu aduerte, quia contrarium tenuit Bal. in proœ. feud. in tertia diuis. quia † non statur assertioni simplici contrahentium, vbi actus per talem confeßionem fieret licitus, qui aliàs esset illicitus. l. si fortè. vbi Bart. ff. de castren. pecul. l. si donatione. C. de collat. sequitur Mart. de Laud. in c. 1. in 7. col. qui feu. dare pos. Imol. in c. 2. infr. de feud. Alex. cons. 10. ponderatis. in 3. vol. Et istud procedit, etiam si prælatus cum capitulo iurassent, secundum Iaso. post alios, in d. proœm. feud. in 7. chart. Et istud tenendo, quod videtur verius, potes respondere ad argumentũ contrarium, negãdo q confeßio prælati sit cõformis præsumptioni iuris. Nã ad hoc vt præsumptio ista habeat locum,

2

3

requiritur quòd constet de possessione anteriore: & sic si inuestitus probaret, quòd ante illam confessionem possideret, tunc procederet præsumptio: & ita propriè loquuntur iura suprà allegata. Et isto casu vera est opinio Modernorum, aliàs si dominus possideret, tunc cessat præsumptio. c. 1. de conten. in. me & do. Alex. in d. cons. 10. & Modern. in d. procem. Et idem credo, quando non constat an dominus an vasallus possederit: quia licet hodie vasallus habeat, non præsumetur retrò, vt not. in l. ex persona. C. de probati. & suprà diximus in secunda principali regula, & probatur in d. c. 1. de conten. inter me & c. versic. alioquin. nisi probet paternum. Et cùm supradicta procedant per viam præsumptionis, sequitur quòd si probaretur contrarium, probatio præualeret, vt habetur in dictis iuribus. Quod intellige,
4 *† nisi concessio feudi esset facta cum clausula, quòd concedit iure antiqui & paterni feudi: nam tūc, dato ꝙ feudum esset nouum, haberet tamen effectus omnes antiqui feudi, secundum Bal. in c. 1. de alien. feudi pater. cum multis concord. per Francis. de Curt. cons. 49. vers. 5. & fortius. & in vers. ad quintum. & est communis opinio.*

¶ADDIT. An feudum nouum concessum cum clausula, iure feudi paterni & antiqui, &c. habeat effectus feudi antiqui, vide post alios hîc allegatos Franc. Curtium Iuniorem in suo trac. feu. in 8. q. primæ par. col. 2. num. 8. vbi melius quàm alibi hæc quæstio examinatur, & concludit communem esse quòd sic. & vltra hîc allegata, etiam allegat Aret. cons. pen. & Alex. cons. 55. perspectis. col. 12. in 4. vol. & cons. 1. col. 9. in 5. & cons. 29. col. fin. eod. libr. Vide etiam Do. meum à Ripa, in l. 1. col. 2. ff. de lega 1.

Pro qua facit, quia princeps concedendo feudum nouum iure antiqui & paterni, satis ostendit se tribuere illi iura antiqui feudi, licet non sit. arg. l. 1. C. de iur. aur. annul. vbi si liberto concedit ius ingenuitatis, vult eum perindè haberi ac ingenuum, licet non sit. Nam aliud est, esse feudum

anti-

antiquum, aliud concedi iure antiqui. Limita † tamẽ hoc 5 *non procedere, quando concedens non haberet potestatem ita paciscendi, puta in episcopo, secundum Bal. in d. tertia diuisio. Pau. de Cast. cons. 156. quòd istud feudum. Alex. in d. consil. 10.*

¶ ADDIT. Ita etiam limitat Francis. Cur. Iunior in suo egregio tractatu feud. in octaua quæstio. primæ par. col. 4. nu. 11. in fi. & nu. 12. cum seq. vbi etiam exemplificat in episcopo, & ibi ẽt sublimitat hanc limitationẽ. Vide omninò.

Idem si inde oriretur aliquod præiudicium tertio, vbi dominus non intenderet præiudicium, arg. c. primi. de vasallo decrep. æta. & in c. 1. an agna. vel fil. Bal. in l. 1. q. 41. ff. de rerum diuisio. Alex. cons. 30. in 1. vol. vbi si princeps concedit feudam antiquum iure feudi noui, per talem concessionem non præiudicatur tertio, & sic agnatis, quò minus succedant in tali feudo.

¶ ADDIT. Ita etiam tradit Francis. Curt. Iun. in tract. feud. in 8. q. primæ partis, col 3. nu. 10. & 11.

Limitatur etiam, † quando clausula illa non esset pro- 6 *lata per verba dispositiua seu concessiua, sed princeps simpliciter fuisset confessus feudum esse antiquum. Nam cùm cõfessio nihil inducat de nouo, sed inductum probet. l. Publia. in prin. ff. deposit. probato quòd feudum esset nouum, staretur probationi veræ aduersus confessionẽ, vt per Bar. & Paul. in l. cùm falsa. C. de iur. & facti ignor. Et secundum has limitationes poteſt etiam intelligi, quod notant Paul. de Cast. & Alex. in d. cons. & Oldrad. cons. 178. quidam nobilis. aliàs malè loqueretur.*

¶ ADDIT. Et Alb. de Ros. in suo dictionario, in verbo, feudum.

Et respondit ad rationes contrarias, vt per Francisc. de Cur. in consilio præallegato.

PRÆSVMPTIO XXIX.

1 Furtiua res licet reperiatur in domo alicuius, non

tamen ille præſumitur fur, niſi & aliæ concurrant coniecturæ.

2 Emens rem furatam, licet ignoranter, tenetur tamen rem domino reſtituere, nullo etiam precio ſibi reddito. Limitatur multimodè in ſequentibus.

3 Emẽs rem furatam, cum proteſtatione, quòd caſu quo ſit aliena, intendit eam emiſſe nomine domini, & ꝙ paratus eſt reddere reſtituto ſibi precio, an recuperet precium à domino propter talem proteſtationẽ.

4 Redimens rem alicuius ab hoſtibus vel latrũculis exteræ gentis, non tenetur rem illam domino reſtituere, niſi reſtituto ſibi precio.

5 Furtiuæ rei dominus ſi emptori bonæ fidei preciũ reſtituerit, non poteſt poſtea illud condicere.

6 Ludo ſi quis lucretur pecuniam filiofam. vel famulo, quæ erat domini vel patris, an præſumatur ſciuiſſe pecuniam fuiſſe patris vel domini.

7 Statutum vel conſuetudo dictans, quòd ementes vel in pignus accipientes res furtiuas, non teneantur eas reſtituere niſi precio recuperato à domino, eſt validum. Sed quos liget, quos verò non, latè traditur in ſequentibus.

Iudæi habent priuilegium à communitatibus vel principibus, quòd non poſsint cõueniri rei vendicatione, niſi dominus offerat pecuniam. ibi.

8 Priuilegia conceſſa à communitatibus, non ligant clericos inquantum ſunt illis præiudicabilia.

9 Scholares alienigenæ non ligantur ſtatutis vel priuilegijs ciuitatũ circa ea, quæ reſpiciunt deciſoria litium: ſecus circa præparatoria & ordinatoria iudiciorum.

10 Scholares non dicuntur in loco ſtudij contraxiſſe domicilium, niſi ibi per decennium habitauerint cum animo contrahendi domicilium.

11 Statutum, quòd ſcholares habeantur pro ciuibus, intelligitur ad ſibi vtilia, non ad damnoſa.

1 VIgeſimononò. † *Quamuis res furtiua in domo reperiatur alicuius, non tamen præſumitur ille eſſe fur, niſi*

nisi concurrentibus alijs coniecturis. l.inciuilem. vbi gloss. Bar. Bald. & Pau. C. de furtis. Bald. & Imol. in l. fin. ff. de hæredi. instit. Salic. in l. fina. C. de quæstio. Ang. in tract. malefic. in verb. & vestem cœlestem abstulit.

¶ ADDIT. Cum alijs pluribus concord. allegatis per Hippol. consi. 52. misericordia. col. 8. nu. 33. & nu. 40. & eundem consi. 72. munda. col. pen. & fin. & in l. qui falsam. col. pen. ff. de falsis. & in sing. 392. aduertas. in quib. locis multa congerit ad hoc, quòd si res furtiua fuerit reperta penes aliquem virum bonæ famæ, & non solitum furari, non præsumitur ille fur esse. Secus si reperiatur penes aliquem malæ famæ & conditionis, quia tunc præsumetur fur, quæ præsumptio sufficiet ad torturam, secundum Bar. in l. fin. de quæst. & alios in varijs locis, vt per Hipp. latis. vbi suprà.

Et propterea, † quamuis aliquis emerit rem furatam, non tamen tenetur furti, nisi scienter hoc fecerit, licet compellatur restituere rem domino sine precio. d. l. inciuilem. Quod nota contra Iudæos fœnerantes super vestibus alienis: nam quamuis nesciant esse alienas, tamen tenebuntur ad restitutionem, nullo sibi precio reddito, facit text. in Clement. 1. de vsur. Recipit tamen ista opinio aliquas declarationes. Prima est, † vt non procedat quando emptor protestaretur in contractu, quòd casu quo sit aliena, intendit eam emisse nomine domini, & quòd paratus erit reddere ac sibi restituere, reddito tamen precio & interesse, secundum Hostien. in summa, de pœnit. & remis. §. fin. versi. quid si emit rem deprædatam. tenet & sequitur Barthol. Veron. in cautela decima, incip. si quis emit. Ias. in l. si precium. C. de proc. Sed ista opinio sic intellecta, non habet nec bonam rationem, nec legem vnde teneo contrarium: quia cùm domino competat libera rei vendicatio ad rem suam, fatuum est dicere quòd per talem protestationem tollatur ius ipsius domini, contra regulam. l. id quod nostrum. ff. de reg. iuris.

2 3

iuris. Imò talis protestatio potius debet facere dolum præsumi, qui colligitur ex coniecturis, quo casu etiam emptor teneretur furti, vt no. in l. inciuilem. Nam ista protestatio emptoris ex nimia diligentia arguit dolum. l. si quis sub conditio. vbi glo. Barto. & Doct. ff. de condi. instit. & quod no. Bald. in c. 1. versi. quæro de quibusdam. in titu. de feud. dato in vicem legis commis. & in l. emptione. C. plus valere quod agitur. aliàs esset aperta via euadendi euictiones, etiam si inutiliter negocium gereretur pro domino: quod est valdè absurdum. Secundò declarat Barth. Veronen. & Iaso. in dictis locis, † vt non procedat, quando emptor redemisset rem ab hostibus vel latrunculis exteræ gentis. l. mulier in opus. ff. de capti. nam tunc dominus non poterit eam habere nisi soluto precio. Et istud est valdè æquum, ex quo omninò dominus non potuisset eam consequi aliqua actione ab eis, meritò debet teneri redemptor. Tertiò declaratur, quando precium rei venditæ esset conuersum in vtilitatem domini: quia tunc non poterit rem ab emptore habere, nisi precium restituat. d. l. si precium. vbi gl. & Doct. C. de procura. Quartò declaratur, † vt non procedat quando ipse dominus restituisset precium emptori bonæ fidei: nam tunc non poterit amplius illud condicere, vt videtur probari in l. seruus cuiusdam. vbi Pau. & Ias. ff. de cond. inde. Et licet ille text. loquatur in eo qui accepit pignori magidem, id est, lancem rotundam argenteam, tamen idem est in emptore. Et potest esse ratio, quia soluendo precium, videtur dominus tacitè confiteri, quòd illam rem dederit tertio vt illam pignoraret. Quæ præsumptio capitur in fauorem eius, qui bona fide mutuauit: secus si sciens. Sed posset dubitari in casu d. l. seruus. si ipse seruus pignorasset, nunquid fœnerator præsumeretur sciuisse? Dubium facit, quia debuit fœnerator scire conditionē istius. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Bart. in l. fi. de adult. non

4 5

debuit

debuit ergo credere seruo, nisi pignorasset nomine domini. quia tunc verisimiliter potuit præsumere de mandato. Et hoc facit ad quæstionem: Si † quis cum filiofam. vel seruo dispensatore ludens pecuniam aliquam lucretur, quæ erat domini vel patris: si scienter, furti tenetur: aliàs potest cõueniri tantummodò ciuiliter, secundum Bal. in Rub. C. de cond. ob turp. cau. Iaso. in d. l. seruus. per illum tex. Augusti. de Arim. in addit. ad tracta. malef. Ange. in ver. metidori de malidadi. col. 1. nunquid in dubio præsumetur sciuissi? Crederem quòd sic, ex quo debet esse certus de conditione ipsorum. d. l. qui cum alio. & debet scire quòd filijfamil. vel institores seu famuli non solent habere de proprio multas pecunias, quas ludant. fa. quod no. Paris de Pu. in tracta. de ludo, in 3. & in septima col. non tamen posset procedi aduersus tales lusores ad pœnam corporalem, ex quo non sunt in dolo, sed in culpa, prout in simili dicit Pau. consil. 32. licet ista sit quæstio in fin. versic. venio ad quartum. de quo per Moder. in d. l. qui cum alio. Quintò declaratur, † vt non procedat quando statutum vel consuetudo aliter dictaret: vnde Iudæi habent priuilegium à communitatib. vel principibus, quòd non poßint conueniri rei vendicatione, nisi dominus offerat pecuniam, vt dicit Abb. in c. quod clericis. in octaua col. de foro compe. Io. de Ana. consi. 70. visis & ponderatis. Est verum, quòd oritur non modica suspicio auaritiæ & fœnoris contra ipsos concedentes. Tale tamen priuilegium vel statutum non haberet locum, quando mutuans sciret rem esse alienam, ex quo furtum committeret. d. l. seruus. quod non potest remitti quando est de futuro. l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis. & ita tenet Paul. Picus in repet. Rub. ff. de rei vend. in sexta charta. Item † non haberet locum aduersus clericos vel extraneos, secundum Abbatem, in dicto capitulo, quod clericis. quia talia priuilegia non ligant eos qui non sunt

6

7

8

subditi

subditi concedenti. sequitur Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. col. 46. versi. quartum exemplum. Et eadem
9 *ratione † nō ligaret scholares alienigenas existentes in studio, secundum Abb. ibi, & Francis. Cremen. in sing. 81. pone Iudæi. & latè per Picū in d. repet. Statuta enim & consuetudines respicientes decisoria litium, non ligant extraneos, vt habetur in d. c. quod clericis. & in l. 1. C. de summa*
10 *trini. & fide cathol. prout sunt scholares, † qui non dicuntur contraxisse domicilium in dubio, nisi habitauerint per decennium. l. 2. C. de incol. lib. 10. & etiam vltra decennium, si non habent animum contrahendi domicilium, non contrahunt, vt per Abb. in c. fin. infrà, de paroch.*

¶ ADDIT. Vide Bart. in l. quæsitum. ff. de lega. 3. Alex. & Ia. in l. cùm filiusfamil. ff. si cert. pet. Lud. Bolog. in repet. Authen. habita. col. 26. versi. sed quæritur ex quo quis stat &c.

11 *Et ista procederent, † etiam si statutum vellet quòd scholares haberentur pro ciuibus: quia tale statutum non intelligeretur nisi ad sibi vtilia, per Bart. in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bon. pos. contra tab. Moder. in l. si Ruffinus. C. de test. milit. Alex. consi. 32. in prima col. in quinto.*

¶ ADDIT. Adde etiam Lud. Bolog. in d. Auth. habita. col. 25. versi. quærit. Sali. & egregiè Dom. meus Franc. à Ripa, in l. 1. col. 2. nu. 7. ff. de leg. 1. vbi alleg. concor. quòd stante statuto, quòd scholares per omnia tractentur vt ciues, quòd non per hoc perdunt priuilegium dictæ Authen. habita. quia illud statutum intelligitur quò ad eis vtilia, non quò ad damnosa. quē vide, quia multa egregia tradit.

12 *Quo verò ad præparatoria & ordinatiua, † verum est, quòd scholares ligantur consuetudine ciuitatis, vt per Gemi. Card. Alex. in c. qui contra. 8. distinct. Idem in his quæ aliàs essent scandalo ciuitatis. c. illa. 12. distin. & per Car. in Cle. fi. in 5. quæst. de celebrat. miss. Abb. in c. penult. de obseruat. ieiun. Christoph. Porcus in §. constat. Instit. de*

iure

iure naturali gent. & ciuil. Et ita distinguendo, tolluntur quædam obiecta Pici in dicta repetitione.

PRÆSVMPTIO XXX.

1 Errans in iure non præsumitur in dolo. Limitatur vt in seq.

2 In præscriptione non sufficit quem carere dolo, sed etiam bona fides requiritur, ideò error iuris non excusat: secus in acquisitione fructuum.

3 Errans in iure vbi ius resistit actui, præsumitur in dolo.

4 Errans in iure naturali vel quasi præsumitur in dolo, nec ei succurritur. Idem si in iure ciuili notorio & indubitato.

5 Error iuris notorij & indubitati non excusat.

6 Causam quamlibet, etiam iniustam, excusare à dolo, quomodo debeat intelligi.

7 Error iuris vt probetur, & an probetur iuramento partis.

TRigesimò. † Non præsumitur quis in dolo, licet errauerit in iure. l. sed si lege. §. scire autem. ff. de petit. hæred. l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. ad Sylla. l. si quis id quod. vbi Alex. ff. de iurisd. om. iud. §. quia tamen. vbi Angel. Instit. vi bon. rapt. Et propterea in his casibus † in quibus satis est quem dolo carere, etiam error iuris excusat: prout est in acquisitione fructuum, licet secus sit in præscriptione: quia in ea non est satis carere dolo, sed requiritur quòd bona fides adsit, vt per Bart. Imol. Paul. in l. si fur. §. 1. ff. de vsucap. Abb. in c. si diligenti. in 5. colum. vbi etiam alij. infrà, de præscript. Limitatur † ista præsumptio, vbi ius contraueniret, vel resisteret actui: quia tunc præsumeretur in dolo. c. qui contra. de reg. iur. in 6. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. 11. Et sic regula non procedit, nisi quando ius non adsistit nec resistit: secus si resistat, vt declarat Bart. in d. §. scire. sequitur Abb. in c. consultationib. de iure patron. & in c. grauis. col. penul. de rest. [1] [2] [3]

ſpol.& in c.dilecto.col.3.de præben. Alex.conſi.73.in vlt. col.in ſecundo.& Curtius conſi.71.princeps defunctus.col. 5.& ſeq. Felin.in c.de quarta.col.10. de præſcrip. vbi reſpondet quibuſdam rationibus Abbatis in d.c. ſi diligenti. Et quando dicatur lex reſiſtere vel non adſiſtere, ponit Bartol.in l.cùm lex.ff. de fideiuſſ. & in l.1.colum.fin.de nouat.& Bal.in l.non dubium.col.pen.vbi alij.C.de legib.

4 *Limitatur † etiam vltra Bar.quando quis erraret in iure naturali vel quaſi:nam tunc præſumeretur dolus, & huic erranti nullo pacto ſuccurreretur, ſecundum Ang. Raph. Comen.& Imol.ibi in vlt.char. in prin. in l.ex conſenſu. §.fin.ff.de appell.*

¶ ADDIT. Adeò vt nec ruſtico quidem in eo iure erranti parcitur.text.not.in l.venia.vbi Iaſ.poſt alios notat, & Decius ibidem colum. 2. & notabiliter Curtius Iunior ibidem col.1. C. de in ius voc. vbi quantum ad ruſticum, adducit aliqua iura in contrarium, quibus reſpondet vt per eum.

Et idem ſi erraret in iure ciuili notorio & indubitato, vt ibi per eos:qui inde concludunt, quòd non admitteretur excuſatio contumacis,ſi allegaret talem errorem:imò ſua allegatione non obſtante, haberetur pro vero contumace. ſequitur Alexan.conſi.103.videretur prima col.penul.in

5 *primo vol.& facit,† quia talis error nunquam excuſat,vt concludit Alex.poſt Dynum & alios in d.l.ſi quis id quod. Bald.in l.error.in 1.quæſt.C.de iur.& facti ignor.& quod notat idem Bald.in l.leges ſacratiſſimæ.C.de legib. Et ſecundum has declarationes debet intelligi tex.in l.igitur.§. poteſt.de lib.cauſ.gl.in l.plagij.C.de plag.in l.1.in fi.ff.de*

6 *abigeis.dum dicitur, † quòd quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo:declara,dummodò non ſit iniuſta,quia contra ius prohibitiuum vel naturale,vel etiam ciuile notorium & indubitatum.*

7 *† Quomodo autem probetur iſte error,ponit Bar.in l.non fatetur.ff.de confeſſis. Alex.conſi. 46.pe.*

46.pe.col.in tertio.Cor.consi.136.col.3.nu.2.Et dicit Bal. in l.1.C.si quis ignorans rem minor.quòd probatur ex indicijs & coniecturis. Si autem persona est fide digna, probabitur per suum sacramentum. sequitur Curt.dicto consilio 71.col.9. Quòd posset procedere, quando esset tanta præsumptio probitatis, vel aliæ coniecturæ concurrentes, quòd offuscarent præsumptionem legis, quòd quilibet præsumatur scire iura: de qua infrà dicam. Cætera dic vt per Alex. in d.l.si quis id quod.

PRÆSVMPTIO XXXI.

1 Scire iura quilibet præsumitur: & iuris error non præsumitur nisi probetur. Quæ præsumptio non procedit in præiudicium tertij nu.2.

3 Instrumenti tenorem si quis velit probare, non sat est quòd testes simpliciter dicant de contentis in eo, sed requiritur quòd sint periti, vt sciant deponere de solennitatibus.

4 Actum nullum & peccantem in forma facientes, an præsumantur nescire esse nullum.

5 Extrauagantis notitiam non præsumitur quis in dubio habere, quando illa non est publicè nota.

6 Ignorans leges an præsumatur in dolo vel lata culpa.

Trigesimoprimò. † Quilibet præsumitur scire iura. l. leges sacratissimæ. C. de legibus. Et propterea error iuris non præsumitur, nisi probetur. l. si hæres ab eo. §. fin. ff. ad Trebel. & per Bar. in d.l. non fatetur. Sed tu aduerte, quia ista regula prima fronte est dubitabilis: nam præsumptiones legum accommodantur circa verisimilia, & communiter accidentia, vt per Bal. in l. siue possidetis. C. de probat. & in Rub. C. eo. tit. facit gl. in l. non hoc. C. vnde legit. & diximus suprà in definitione. Sed nos videmus à communiter accidentibus, quòd maxima pars hominum ignorat iura, imò etiam periti falluntur. l. 2. §. Seruius autem Sulpi. ff. de orig. iuris. & glo. notab. 23. distin. c. præterea. Et ideò non vide-

videtur quòd ista præsumptio secundum legitimos iuris tramites procedat. Sed responde, quòd dato quòd multi sint qui nesciant iura, tamen omnes debent scire. d. l. leges. vel per se, vel per alium, vt per Bart. in l. bonorum. ff. de bono. poss. titu. generali. & in l. regula. ff. de iur. & facti igno. & habetur in l. iuris. C. qui admitt. meritò cùm teneantur scire, lex præsumit quòd sciant: quia lex præsumit quòd quisque sciat quod debet. arg. d. l. meritò. Et quia paria sunt, scire, vel scire debere. l. quod te. ff. si cert. pet. l. pen. §. cùm ita. vbi Bar. ff. de aur. & arg. lega. Bal. in Auth. ad hæc. in 4. col. C. de vsur. Et consequenter, si probatur eos nescisse, non tamen succurritur illis, nisi in certis casibus, de quibus

2 in l. 1. & in l. iuris. C. de iuris & facti igno. † Cùm ergo lex introduxerit istam præsumptionem ex eo, quia omnes scire debent, & sic in odium ipsorum, ne eis succurratur: sequitur, quòd talis præsumptio non debet operari in præiudicium tertij. Et propterea, † si aliquis velit probare tenorem

3 instrumenti, non est satis quòd testes simpliciter dicant de contentis in eo, sed requiritur quòd sint idonei & periti in iure, qui sciant benè deponere de solennitatibus, secundum tex. in c. cùm olim. primo. infrà, de priuileg. & in l. sicut. C. de fide instru. per Bar. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden do. & in l. 1. col. pen. ff. si cert. pet. nec staretur huic præsumptioni, nisi aliter constaret esse peritos, vt ibi habetur. Et ratio est, quia istud respicit præiudicium tertij, non autem ipsorum. Et ita intelligendum est quod not. Aret. in l. sciendum. in 5. col. ff. de verbo. oblig. vbi hac ratione cõcludit, quòd debet credi cuilibet testi asserenti stipulationem, ex quo illa habet formam à iure, quam nisi periti præsumuntur scire, de quo per Bar. in l. 1. C. de vsuris. Et ex hoc infertur, quòd malè loquutus sit Comensis, quem refert, & sequitur Alex. in l. 1. §. si quis ita. in 3. col. ff. de verb. oblig.

4 dum dicit, † quòd partes facientes actum nullum & pec-

can-

cantem in forma, præſumuntur neſcire eſſe nullum, niſi ſint periti. arg. d. §. Seruius autem. & propterea obligabuntur ſaltem naturaliter. & ita intelligit l. an inutilis. ff. de acceptil. & videtur ſequi Feli. in d. c. de quarta. in 7. colu. declarando tamen quòd talis ignorantia non excuſet, vt per eum. Sed iſta declaratio confundit opinionem Raph. & Alex. quia vbi lex præſumit veram ignorantiam, ibi etiam excuſat. l. fi. verſi. arma. C. de iur. deli. Et ideò legum ſcientia præſumitur, quia debent ſciri: aliàs ſibi imputet neſciens, vt ſuprà viſum eſt. Vnde dicendum eſt, quòd ſi non excuſat, neque etiam præſumitur: per ſupradicta. Et iſta opinio Raph. eſt apertiſſimè contra mentem Bar. & Doct. in d. l. non fatetur. & in d. l. iuris ignorantia. cum ſimil. † Non procedit ſupradicta præſumptio in conſtitutione extrauaganti, quæ non eſt publicè nota: quia talis non præſumitur perueniſſe ad notitiam cuiuſlibet, ſecundum Bal. in d. l. leges. vbi etiã ponit quid de ſtatuto & de conſuetudine. & habetur in c. 1. de conſtit. in 6. Et an † ignorans leges præſumatur in dolo vel in lata culpa, communis concluſio eſt quòd in lata culpa, vt per Iac. Butr. Bar. & Bal. & cæteros in d. l. leges. Quod intellige procedere extra caſus poſitos in præcedenti præſumptione, in quibus præſumitur dolus: de quo dic vt ibi. 5 6

PRÆSVMPTIO XXXII.

1 Voluntatem ſuam ſecundum leges accommodare quilibet præſumitur: & ſecundum ſtatuta, quando ſtatuta corrigunt ius commune.

2 Verba diſponentis vbi ſecundum proprium ſignificatum concordant cum diſpoſitione legis, ſtamus verbis, licet mens diſponentis alia forſan præſumeretur.

3 Statuto diſponente, quòd maſculi excludant fœminas, ſi teſtator fideicommittat & mandet aliquid dari filijs ſuis, admittentur maſculi tantùm.

4 Statuto disponente quòd masculi excludant fœminas, si testator instituit duos filios, & si aliquis eorum decesserit sine filijs, substituit superstitem, filia nata non faciet deficere conditionem fideicommissi.

5 Verborum proprietas si repugnet, & voluntas non potest declarari secundum legis dispositionem, nisi per improprietatem, potius verbis standum est.

Testator si instituat quendam extraneum & eius filios, non intelliguntur ordine successiuo vocati filij, sed simul cum patre. ibid.

6 Voluntatem suam iuris dispositioni confirmasse quis videtur, etiam contra verborum proprietatem, quãdo talis impropriatio fieret circa verba non præiudicantia illi cum quo contrahitur, & de quorum natura est vt referantur ad terminos iuris.

7 Emphyteusim si quis fuerit stipulatus pro se & liberis, vel pro se & filijs masculis & fœminis, stante statuto quòd extantibus masculis fœminæ non succedãt, masculi censentur prius vocati quàm fœminæ.

8 Statuto disponente quòd masculi excludant fœminas, si testator instituit filios & filias hæredes, an primo censeantur vocati filij, quàm filiæ.

9 Verba quæ in sui generalitate repugnant, an restringi debeant vt intentio accommodetur secundũ leges.

10 Statuto excludente fœminas extantibus masculis, si testator caueat per fideicommissum proximiores descendentes admitti, donec stabunt masculi non admittentur fœminæ.

11 Statuto disponente, quòd prædecedente vxore sine liberis, maritus lucretur dimidiam dotis, si pater ab eo stipulatus sit simpliciter dotem reddi, intelligitur secundum formam statuti. De veritate tamen habes num. 12.

13 Casus omissus recipit interpretationem à iuris dispositione.

Contractus clerici regulatur à dispositione legis respi-

cientis modum contrahendi, quando nec verba nec mens ipsius agentis repugnat, sed casus est omissus. ibidem.

14 Actum faciens, an videatur se astringere legi de illo actu loquenti.

15 Feudum simpliciter accipiens censetur respectu fœminarum se retulisse ad morem patriæ.

TRigesimosecundò.† Quilibet præsumitur accommodare voluntatem suam secundum leges. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig. Et vbi statuta corrigunt ius commune, præsumitur accommodare secundum statuta, vt per Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. vbi Alexan. cum concord. & per Feli. in c. ius generale. 5. col. 1. distinct. & in c. cùm M. Ferrarien. vltimo notab. de const. 1

¶ ADDIT. De materia huius regulæ vide abundè per Do. meum à Ripa, in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. vbi multa congerit, & multas concord. allegat: ad quem sufficiat remissio. Et ad declarationem seu limitationem huius regulæ, vltra quatuor casus infrà consideratos per Dom. Alciatum, vide aliam considerationem per Do. meum à Ripa, in l. centurio. col. 36. nu. 110. ff. de vulg.

Sed tu pro resolutione materiæ distingue quatuor casus. Primus est, † vbi dispositioni legis concordant verba disponentis secundum proprium significatum, licet mens disponentis alia præsumatur, & tunc talis præsumptio tollitur per istam præsumptionem contrariam, & statur verbis, secundum Bar. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. Nam in casu suo neptis contra vim verborum testatoris admittebatur in præiudicium consanguinei ad fideicommissum: sed hoc ex præsumpta voluntate testatoris, de qua in illo textu: vnde si statutum sit quòd masculi excludant fœminas, cessabit dicta præsumptio. & excludetur neptis: quia verisimilius est quòd testator habuerit respectum ad successionem legalem, & in contrarietate stabi- 2

tur proprietati verborum. Et Bar. præcisè loquitur in tali casu, licet Doc. aliqui non benè aduertentes eum generaliter intelligant. Et secundum istam declarationem procedit etiam decisio Bald. & Petri de Anch. in l. tres fratres. ff. de pac. vbi † si testator fideicommittat, & mandet aliquid dari filijs suis, stante tali statuto, admittentur masculi tantùm. sequitur Alex. in d. l. Gallus. §. 1. in fi. & in consi. 127. in prim. Cor. consi. 120. in secundo. Ias. in l. si quis filiabus. in quinto nota. ff. de leg. 1. Decius cons. 260. in 2. col. cum concor. Et ratio est, quia appellatione filij non veniunt filiæ, nisi per extensionem: quia masculinum concipit fœmininum, non ex proprietate sermonis, sed per extensionẽ ex mente præsumpta. l. 1. vbi per gl. de verbo. signif. & per Bart. in l. liberorum. eo. tit. & est tex. in l. pen. C. de præpo. sac. cubic. lib. 12. quæ mens præsumpta tollitur per contrariam præsumptionem orientem ex tali statuto. Et propterea infertur, † quòd si testator instituit duos filios, & si aliquis eorum decesserit sine filijs, substituat superstitem, filia nata non faciet deficere conditionem fideicommissi stante tali statuto, per supradicta. & ita consuluit Dyn. quem sequitur Feli. in d. c. ius generale. Præsupponit tamen Paulus Castr. in cons. 410. casus iste frequenter. in nouiss. in secundo. idem esse, etiam non stante tali statuto, quando alia præsumptio militaret, puta quia testator proprias filias exclusisset: nam non est verisimile quòd plus dilexerit neptẽ. l. si viua matre. C. de bon. matern. & illam tenet Ful. in l. 1. C. de cond. inser. & latè per Socin. in l. cùm auus. in 14. col. versi. 3. ff. de cond. & demon. Sed ego non sequor hanc opin. nisi stante tali statuto. Secundus casus est, † quando proprietas verborum repugnat, & voluntas non potest declarari secundum dispositionem legis, nisi per improprietatem: & isto casu videtur concludendum, quòd potius debeamus stare verbis, vt probatur in c. Raynutius. & in c.

Raynal-

Raynaldus.infrà,de test.& not.per Doc.in d.l. Gallus.§.1.vbi cessante ordine necessitatis & charitatis,si quis instituit Titium patrem & eius filios,non censentur vocati ordine successiuo,& sic secundum dispositionem legis,sed veniunt simul propter naturam copulæ, quæ omnes eodem tempore vocat.l.si duobus. de legat.primo.l.1.§.his ita.C. de cadu.toll.aliàs dicta copula impropriaretur. & ita etiam firmant Pau.de Cast.& Soc.in l.in his.per illum tex. ff.de cōd.& dem.& tandem residet Alex.in d.§.cùm ita. Fallit ista conclusio,quando esset alia coniectura quæ corroboraret istam præsumptionem: quia tunc ambæ tanquam fortiores tollerent præsumptionem orientem ex proprietate sermonis,veluti est, quando necessarius ordo naturæ & sanguinis suaderet aliud,quàm quòd verba impropriarentur.d.§.quidam rectè. per illum text. secundum communem intellectum. Item fallit,† quando impropriatio fieret circa verba non præiudicantia illi cum quo contrahitur,& de quorum natura est vt ad terminos iuris referantur, veluti in casu Bart.in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper. lib.† quando quis stipulatur sibi emphyteusim: nam stante statuto, quòd masculi fœminas excludant, erunt prius vocati masculi. Et idem si stipulatio esset concepta pro filijs masculis & fœminis,secundum Bartol.consili.60. incip.quæstio ista &c. Alexand.in d.§.1.in vlt.colum.Et est ratio,quia illa verba referuntur ad terminos iuris, secundum quod & quatenus de iure sunt hæredes. Nam pater in dubio censetur stipulari filijs vt hæredibus, vt habetur per Bar.in d.§.1.per Bar.in l.quod dicitur.ff. de ver.oblig. & decisio Bar.in d.§.vt liberi.est communiter approbata, vt per Feli.in d.c.quæ in ecclesiarum.in fin. de constit.& quod not.Aret.in l.ita stipulatus.§.fin.ff.de verb.oblig.Et propterea remanet dubia decisio Petri de Ancha.in d.l.tres fratres.dū dicit,† quòd si testator (stante tali statuto) insti

6 7 8

tuat filios & filias hæredes, quòd primò censebuntur vocati filij refert Alex in d. §. cùm ita. Nam istud videtur confun[illegible] per d. c. Raynutius. & not. in d. §. 1. Et licet Socinus ibi in 3. col. sustineat, distinguendo inter ius commune & statuta, tamen ista distinctio non placet, quia ita præsumitur notitia iuris communis in viuentibus iure communi, sicut iuris statutarij in cæteris. l. leges. C. de legibus. Et sicut leges generales sunt à principe, ita & statuta ab ipso fieri possunt, vel ab eius Officialibus etiam non participantibus de negotio cum ciuibus, declarando vt per Bar. in l. omnes populi. in 1. quæst. principali. ff. de iust. & iur. Vnde idem Soci. istam Anch. distin. reprobat in d. l. in his. & melius nisi suadetur, in casu prædictarum fallentiarum. Tertius casus est, † quando verba in generalitate sui repugnāt, nunquid vt intentio accommodetur secundum leges, debent restringi? Et videtur dicendum quòd sic, pro qua opin. primò facit quod not. But. in consi. 2. sub Rub. de consti. in primo dub. † vbi testator per fideicommissum cauerat, vt descendentes proximiores admitterentur: quæ verba ex qualitate sui (propriè intelligendo) compræhendunt etiam fœminas, & tamen stante tali statuto, concludit per prædictam rationem, quòd donec stabunt masculi, non admittentur fœminæ. Et istud etiam videtur sensisse Aret. cons. 156. in 3. col. Secundò facit quod notabiliter decidit Ray. de Forliuio, in l. post dotem. in quarta lect. ff. solu. matr. quē sequitur Alex. ibi in vlt. col. † vbi stante statuto, quòd prædecedente vxore sine liberis, maritus lucretur partē dimidiā dotis: si pater ab eo stipulatus sit simplicitir dotē reddi, intelligitur secundū formā statuti, scilicet de dimidia, secundum Alex. consi. 133. in 2. col. in quinto vol. & consil. 5. in vlt. col. in tertio. Et in simili quæst. idē decidit Ang. in l. damni infecti quidā. §. cùm parietem. per illū tex. ff. de dam. infecto. Tertiò facit tex. in l. fin. vbi Cyn. Bal. & cæteri, ad

ri, ad leg. Falcid. vbi si hæres promittat soluere legatum, & ita caueat, intelligitur promisisse deducta Falcidia, quia talis promißio regulatur secundum dispositionem legis: nisi promisisset integraliter soluere, vt ibi habetur. Quartò facit tex. in d. l. inter locatorem. vbi promißio de non expellēdo durante locatione, restringitur, si pensio fuerit soluta. Cōtraria opinio videtur verior. quia, vt suprà vidimus, ista præsumptio non operatur contra proprietatē verborū: videtur autem fieri impropriatio, quando verba significantia totum, restringuntur ad partem. l. si quis cùm totum. vbi Mod. ff. de excep. rei iudic. not. in l. si rē. ff. de rei vend. & per Imol. in l. si patronus. ff. de dona. in fin. Non obstat quod not. But. in d. consi. quia in casu suo erat relictum posteris & successoribus, quæ qualitas natura sui refertur ad ius, & sic illis posteris qui aliàs de iure essent ab intestato successuri. Non obstant not. per Ray. & Mod. in d. l. post dotem. Ang. & Imol. in d. §. cùm parietem. quia illa † decisio ita simpliciter intellecta non est vera. & contra gloss. communiter approbatam in l. si prior. ff. solu. mat. Et quia verba repugnant tali interpretationi, promitto dotem, id est, dimidium dotis, secundum Imol. in d. l. si patronus. & voluit Bal. in l. quod nomine. in pen. col. ff. de cond. indeb. Vnde intellige illam, quando verba promißionis expreßè referrentur ad ius. puta quia esset promissa restitutio dotis debitæ: nam illa dictio, debita, qualificat promißionem, vt non intelligatur promissa, nisi quatenus debetur ex forma legis. Non obstat d. l. fi. cum ibi not. & in d. §. cùm parietē. quia cùm promißio illa seu cautio fiat ex neceßitate legis, meritò recipit declarationē à lege, ne videatur promissor renunciare beneficio sibi per legem dato. l. in prætorijs. vbi not. ff. de prætor. stip. Secus est in contractib. descendentib. ex libera voluntate agentis, in quib. idem præsumitur voluisse, quod verba indicant. l. nō aliter. ff. de leg. 3. l. quic-

12

quid.ff. de verb. oblig. Nec obstat d.§.si inter locatorem. quia illa verba licet generalia, habent tacitam interpretationem ex natura contractus, si pensio solueretur: quæ natura contractus est attendenda, etiam si verba impropriarentur. l.si vno.ff.loca.l.si stipulatus.l.si insulam. de præ-
13 script.verb. Quartus casus est, † quando nec verba nec mens agentis repugnant, sed casus est omissus: & tunc clarum est, quòd casus omissus recipiet interpretationem à dispositione legis.l.si extraneus.ff.de cond.ob caus. Et in isto casu contractus clerici regulabitur etiam à dispositione legis, respicientis modum contrahendi: licet aliàs clericus non præsumatur accommodare voluntatem suam secundum dispositionem legis laicorum, ex quo illi non subest.c.ecclesia sanctæ Mariæ.suprà, de consti. Et infert Salic.in Autb. cassa.in fin.C.de sacrosan.eccl.quòd licet quis beneficio clericali gaudens, domum locauerit scholari, locatio illa intelligitur facta cum priuilegio inquilinatus scholari per statutum concesso. Et eodem modo clericus contrahens tenebitur soluere secundum formã monetæ à statuto expressæ, quia videtur secundum eum ita conuenisse: quæ cõuentio tanquam suppletiua contractus est attendenda.arg.gl. in l.ædem.C.loca. Et hoc, nisi clerici aliam contrariam constitutionem haberẽt.c.cùm venissent.infrà, de eo qui mittitur in posses. Et ad istum casum facit quod notat Imol.in l.fin.ff.de cond.& demon.vbi si testator legat alicui, cùm res suas administrabit, intelligitur ad tempus, de quo per statutum permissum est quòd poßit aliquis administrare, etiam si sit intra terminum 25.annorum. † Et ad hoc etiã
14 facit quod not.Bal.in l.si duo.per illum tex.ff. de acquirẽ. hæred. vbi notat, quòd ille qui facit aliquem actũ, videtur se astringere legi loquenti de illo actu. Et dicit ibi glo. quòd ista est fictio, quæ non videtur recipere probationem in contrarium: quod est menti tenendũ.secundũ Bal.ibi. Sed di-
ctum

ctum glossæ potest procedere, quando lex ad quam censetur facta relatio, est talis, vt illi non possit renũciari, prout erat in casu. d. l. si duo. Non enim potest quis hæres pro parte esse, vt ibi dicitur. Secus si illi legi posset renunciari: quia tunc erit præsumptio, non autem fictio, vt per Aret. in d. l. si duo. Et adde quod notat Andr. de Isernia in cap. 1. quib. modis feud. amitt. † quòd accipiens feudum simpliciter, censetur respectu fœminarum se retulisse ad morem patriæ. Et ad supradicta facit quod no. Riminal. in l. si quis maior. in 1. col. C. de transact. & aliqua ponit Sicul. in rep. c. Raynutius. in 27. charta. 15

PRÆSVMPTIO XXXIII.

1 Delinquens non præsumitur delinquere sub spe immunitatis ecclesiæ.
2 Immunitate an frui debeat is, quem apparet sub spe immunitatis deliquisse.
3 Delinquens in cœmiterio, vel prope ecclesiam, nõ gaudet immunitate.
4 Occidens aliquem ex proposito, & confugiens statim ad ecclesiam, an gaudere debeat immunitate.
5 In materia immunitatis, quãdo ius Ciuile distat à Canonico, quid debeat attendi in foro ciuili.
6 Delinquens debet puniri, secundum legem iudicis, ad quem fit remissio, non iudicis remittentis.

TRigesimotertiò. † Præsumitur quis delinquens non delinquere sub spe immunitatis ecclesiæ, & propterea admittitur per ecclesiam. c. fi. vbi Host. & Card. inf. de immu. eccle. Sed dubium est. † pone, constat aliquem sub hac spe deliquisse, nunquid debeat frui immunitate? Et videtur quòd sic, quia tex. c. fin. solùm loquitur quando quis delinquit in ecclesia: vnde ille text. tanquam odiosus, & restringens immunitatem, non debet extendi vltra eius verba. arg. c. odia. de reg. iur. & istud videtur voluisse Abb. in c. innotuit. in 5. col. eod. tit. Teneo, quòd iste talis delinquẽs 1 2

prætextu immunitatis, & extra ecclesiam vel cœmiterium, non fruatur immunitate, quia vtraque ratio posita in d.c.fi. habet locum etiam in isto casu. Prima est; quòd iste debet puniri in eo, in quo delinquit. Secunda est, quia frustra legis auxilium, &c. Sed ille qui delinquit sub huiusmodi fiducia, delinquit contra ecclesiam, imò secundum aliquos peccat in spiritum sanctum, secundum Abb. in d.c.fi. Item committit in legem ecclesiæ, quia facit quòd illa lex, quæ fuit ad bonum finem introducta pro reuerentia ecclesiarum, tribuat incentiuum delinquendi, & sic operetur malum. 24.q.4.c.est iniusta. Nec obstat, quòd in casu dicti c.fi. delictum esset factum in ecclesia: quia illud ibi acciderat ex contingentia facti, à qua non est licitum arguere, sed attenditur ratio finalis, vt est gl. quam ibi Doct. exornant, in l. 1. C. quando non peten. part. & Ioan. Andr. in c. dilecto. de præben. & quod not. glo. 2.q.4.c. monomachia. Et ista opinio fuit etiam Anch. in d. c. fi. dum vult, quòd † si aliquis prope ecclesiam vel cœmiterium delinquat, non fruatur immunitate, tanquam ex vicinitate loci arguatur intentio delinquentis sub spe immunitatis: quod no. Et propterea ex hoc infero, quòd si † aliquis ex proposito aliquem interficiat, & protinus currat ad ecclesiam, satis videtur concedi, quòd iste deliquit sub spe immunitatis: nam si occidit animo deliberato, verisimile est, quòd etiam cogitauerit quomodo euaderet. arg. l. 1. ff. de recep. vnde ex subsequenti satis ostenditur prior voluntas. arg. l. si hi qui. C. de adult. præsertim cùm incōtinenti illuc cucurrit. facit l. 1. in prin. ibi, spe immunis libertatis. & in §. & generaliter. & in l. fi. ff. si quis testa. liber esse iuss.

3

4

¶ADDIT. Accedant notata per Bart. & post eum Domeus à Ripa, in l. si ventri. § fi. ff. de priui. credi.

Et probatur apertè ista cōclusio in c. 1. inf. de homic. quæ fuit lex Exodi, approbata per Romanū pontificem, ex quo reperitur

reperitur inter alias decretales apposita. & ita tenet pen. gl. & Anch. ibi, & est de mēte But. in d. c. inter alia. & firmat Io. Fab. Inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. 1. & ita cōsuetudo plurimorū locorū approbauit, secūdm Guid. Pap. in decis. Delp. q. 21. & ita obseruatur in tota Italia secundum Pract. Papi. in libel. inquisitionis. in 8. col. vbi dicit, quòd talis cōsuetudo est fundata optima ratione, ne domus Dei fiat spelunca latronū. & ista opinio de iure ciuili non habet difficultatem, per tex. in §. neq; aūt. in Auth. de mād. prin. Pet. Cy. & alij in l. 2. C. de his qui ad eccle. cōfug. Ang. de Aret. in tract. malef. in verb. fama publica. col. 16. vers. quartò quæro. Vnde est tenēda in foro canonico, vt iura iurib. concordentur. c. 1. de no. op. nun. Nec obstat tex. in d. c. inter alia. quia limitatur per text. in d. c. fi. vnde probatur ista opin. intelligendo vt suprà dixi, quicquid dicat Abbas. Non obst. ꝙ tex. in d. c. 1. de homic. non pōt recipere illū intellectum, ꝙ loquitur de priuatione immunitatis ecclesiasticæ, ex quo secundum Ioā. And. ibi, talis immunitas fuit concessa per iura longè posteriora: quia respondeo, ꝙ imò etiam ante hæc iura erat ista immunitas, q̃ antiqui appellabant ius asyli, de quo apud Corn. Tacitum scribitur libr. 3. quòd cùm ipse reus communione proditionis confugisset in templum Palladis, quod ad eā diem fuerat inuiolabile, fuit à matre muro obstructa ianua, coactus mori fame. Sed dubitatur in † casibus, in quibus ius ciuile distat à Canonico, circa immunitatem, quid debeat attēdi in foro ciuili. Sali. in Auth. si qui. in fi. C. de adult. tenet ꝙ in foro ecclesiastico seruetur ius Canonicum, sed in terris Imperij secus. & idem not. Ange. in d. vers. quartò quæro. in fi. Pro qua opinio. etiam facit, quòd si aliquis delinquat in ecclesia, iudex tamen ciuilis secundum leges suas eum puniet. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cler. Bartol. in l. si cui. §. final. ff. de accusa. & probatur in d. cap. fin. vbi Abb. Confirmatur, quia

5

quia iste delinquens obligatur naturaliter ex consensu, per quem videtur consentire pœnæ sibi infligendæ per legem ciuilem, vt per Bar. & Doct. in l. ex hoc iure. ff de iustit. & iur. & propterea talis lex debet attendi, tanquam persona sit illi affecta. Et simili ratione vtitur Oldra. cons. 54. Contrarium tenet Imol. in Clem. 1. in fi. de pœnit. & remiss. & etiam est de mente Abb. in d. c. inter alia. col. 16. dum respondet ad l. §. neque autem. quia non potuit Imperator per illum textum reuocare priuilegium, quod prius competebat ecclesiæ, per tit. de ijs qui ad eccle. confug. ex quo priuilegium non potest amplius reuocari, vt est glo. in c. nouit. vbi Abb. suprà, de iudi. Et ista ratio Abb. non videtur concludens, quia non est verum, quòd Imperator non potuerit reuocare talem legem, ex quo ibi non continetur aliquod priuilegium respiciens clericos: sed simpliciter propter reuerentiam legislator prohibuit suis subditis, ne trahant aliquem extra ecclesiam: quam prohibitionem potest quandocunque velit reuocare. l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. per Modern. in l. non amplius. §. 1. de legat. 1. Vnde pro ista opinione tu argue fortius: quia cùm iste delinquens sit in ecclesia, est extra territorium iudicis ciuilis: si ergo petat remißionem sibi fieri per prælatum, iste non faciet nisi seruata lege sua: nec prælatus habet curare de lege ciuili, vnde compellet secularem promittere, secundum formam d. cap. inter alia. Sed ad hæc respondetur, quòd secularis nõ tenebitur seruare dictam promißionem, secundum glo. in d. §. sed neque. quam ibi sequitur Iac. de Rauen. & Iac. de Belui. Et talis dicetur bonus dolus, de quo suprà dixi. Et facit ratio: quia † quis debet puniri secundum legem iudicis, ad quẽ fit remißio: nec debet iudex remittens quò ad decisoria diminuere de iure alterius, cùm sit merus executor, vt per Cyn. in Auth qua in prouincia in 4. q. C. vbi de crim. agi opor. & quod habetur in l. si cui. §. fi. C. de accus.

6

PRÆ-

PRÆSVMPTIO XXXIIII.

1 In dubio illa præsumptio capiēda est, per quam potius actus valeat quàm pereat.

2 Princeps licet non præsumatur vti plenitudine absolutæ potestatis, fallit tamen vbi aliàs actus non valeret.

3 Prioritas licet præsumatur ex ordine literæ, non tamē hoc procedit, quando actus annullaretur.

4 Relatio non fit ad pręcedentia, quando ex tali relatione actus vitiatur.

5 Præsumptio validitatis actus, an sit fortior cæteris pręsumptionibus, si aliæ reperiantur præsumptiones fortiores ista.

6 Præsumptio oriens ex natura actus, est efficacior præsumptione validitatis actus.

7 Testator præsumitur legare ius quod habet in re, etiā si legatum redderetur elusorium.

8 Præsumptio validitatis actus nō est in consideratione, quando aliàs verba nimis impropriarentur.

9 Verba modicum impropriari licet, vt actus valeat.

10 Verba vt aliquid operentur, etiam impropriјssimè interpretantur.

11 Præsumptio validitatis actus non procedit, quando actus qui fieret, in forma sua non teneret.

12 Præsumptio quòd potius actus valeat quàm pereat, nō procedit quando non est verisimile partes talem casum considerasse, vel illum actum voluisse facere, eo modo quo valere potest.

13 Præsumptio vt potius actus valeat quàm pereat, non procedit in odiosis.

TRigesimoquartò. † In dubio capitur semper illa præsumptio per quam potius actus valeat, quàm pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verb. oblig. c. Abbate sanè. vbi gl. de verb. sign. & talis præsumptio videtur fortior, & efficacior cæteris. Vnde † princeps licet non præsumatur vti absoluta potestate, tamē præsumitur vbi actus 1 2

aliter

aliter non valeret, secundum Alex. cum concor. in l. quamquam. C. de testa. milit. Item † licet præsumatur prioritas secundum ordinem literæ, tamen non procedit quando actus annullaretur, secundum Bald. Ang. & Imol. in l. cùm in testamento. §. hæc verba, de hæred. instit. Alex. consil. 81. col. 4. in 3. & cons. 112. col. 2. in quinto. † Item vbi relatio sit ad præcedentia, non tamen fit quando actus vitiaretur, Bar. in l. cùm vulgari. ff. de dot. præleg. & habetur in l. talis scriptura. de legat. 1. Item vbi actus non subsisteret, non attenditur differentia an nomen proprium vel appellatiuum præcesserit: de quo in l. si seruus communis ita. ff. de stipul. seru. & per Moder. in c. cùm Abbas. de offic. delega. vbi firmant prædictam conclusionem. & in l. in testamento. in vlt. not. C. de testam. milit. Sed tu aduerte, quia istud ita simpliciter intellectum non est verum: † quia reperiuntur multæ præsumptiones, quæ sunt efficaciores ista. Et primò contra hanc opinionem est tex. in l. si quis antè. ff. de acquirend. posses. nam de natura precarij est, quòd possessio transferatur. l. certè. §. 1. ff. de precar. Pone ergo, quòd quis precariò locauerit, & posteà eandem rem conduxerit, nunquid ad finem, quòd vterq; actus teneat, præsumemus actũ, ne ex precario transferatur possessio, prout aliquando contingit? certè non, vt ibi habetur. † Ecce quòd præsumptio oriens ex natura actus, est efficacior ista. & hæc est verior declaratio ad istum tex. quàm illa quam ponit Ias. in d. l. si quis antè. Et sic habes primam limitationem ad hanc regulam. Secundò contra eandem opi. adduco doctrinam Bar. in l. non solùm. §. morte. in antepen. col. ff. de oper. no. nun. vbi concludit, quòd protestans in aliquo loco, præsumitur in dubio protestari, vt in eo loco soluatur. l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arbitris. Pone ergo, quòd ita præsumendo actus redderetur nullus, nunquid adhuc procedet ista præsumptio? Et concludit, quòd sic. allegat Cyn. in l. in minorum.

rum.in 4.quæst.in quibus cau.in integ.rest.non est necess. Et potest esse ratio, quia in tali casu protestatio non videtur habere omnia requisita, vnde actus corruit. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. declarat Imol. in l. à Titio. penul. col. ff. de verbor. obliga. Et hæc est secunda limitatio ad prædictam regulam. Tertiò obstat, † quia testator in dubio non præsumitur legare nisi ius quod habet in re. l. si domus. §. final. ff. de legat. 1. l. serui electione. §. cùm fundus. eodem titul. nunquid ista præsumptio obseruetur etiam si legatum redderetur elusorium & inutile? certè sic, per tex. in l. quod in rerum. § 1. ff. de legat. 1. & in l. vxor patrui. C. de lega. & ita intelligitur communiter. & facit text. in l. Mæuius. §. in fundo. in fin. ff. de legat. 2. Sed dic quòd ratio est, quia aliàs in casu d. l. nimis recederetur à proprietate sermonis. Et propterea ne fiat tam magna impropriatio, potius legatum redditur sine effectu. Et hæc sit tertia limitatio, † vt regula non procedat, quando aliàs verba nimis impropriarentur: & ita etiam tenet Aretin. in d. l. à Titio. & Ias. in d. l. quoties. per tex. no. in l. tutores. §. 1. ff. de administ. tut. de quo dixi in l. 1. §. si quis ita. in 9. colum. ff. de verb. obliga. Sed quantum sit ad materiam nostram, melius facit l. quod in rerum. §. 1. & l. monumenta. vbi Albe. de Rosa. C. de lega. Et † istam limitationem intellige sano modo, videlicet cùm maxima impropriatio fieret: aliàs verba etiam modicum impropriantur, vt actus teneat. l. si tibi. vbi Bart. ff. si cert. petat. l. stipulatio ista habere. §. hi qui. ff. de verb. oblig. Ang. in l. si cùm ante. C. de do. ante nup. & in l. si tam angusti. per illum text. ff. de seruit. facit quod no. Barto. in l. 1. §. hoc autem. ff. de nou. oper. nunciatio. vbi dicit se sustinuisse instrumentum Notarij in quo dicebatur, filius olim talis, & tamen pater viuebat: & hoc per impropriationem dictionis, olim. Et ponderat, quòd talis impropriatio erat contra vsum communem loquendi,

7

8

9

quendi, vt dicit And. Sic. in c. cùm olim. Abb. in 1. & 2. col. suprà, de offic. deleg. & per Ias. in d. §. hoc autem.

¶ ADDIT. Vide Decium consilio 399. conclusio. col. 3. nume. 7. & consi. 248. num. 5. melius cons. 278. non leuis. col. penul.

Posset tamen teneri, quòd etiam si fieret magna impropriatio, quòd tamen actus debeat sustineri, dummodò pro eius validitate concurrat voluntas disponentis, per tex. in l. cùm filio. & ibi Comen. ff. de leg. 3. vbi probatur, quòd vt
10 *† verba aliquid operentur, interpretantur etiam impropriissimè: certè multò magis videtur dicendum istud, vt actus sustineatur, per no. in c. quia circa. infr. de priuil. Est verum, quòd alio non concurrente, magna improprietas nõ arguit, ita fuisse mentem disponentis, vt habetur in l. in ambiguo. per Moder. ff. de reb. dub. & per Iac. Butr. in l. cũ antiquitas. C. de vsufru. vbi ponit tres modos, propter quos recedimus à proprietate verborum. Quartò contra istam opin. est tex. in l. non codicil. C. de testa. vbi Corn. in 3. nota. dixit, quòd fortior est præsumptio, quæ sumitur ex qualitate dispositionis, quàm illa qua quis præsumitur velle suum actum valere. Et ex hoc colligitur quarta limitatio,*
11 *† vt regula non procedat, quando actus qui fieret in forma sua non teneret, quia tunc non sustinetur aliquo modo: de quo etiam per Bart. & Doct. in d. l. 1. §. si quis ita. vbi plenè attigi.*

Quintò obstat tex. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. vbi Pau. de Cast. Alex. & Ias. notant, quòd ne veniatur contra præsumptam mentem testatoris, potius permittitur, quòd actus sit nullus. Est verum, quòd ille text. habet aliam rationem, vnde melius facit. l. si quis à filio. in princ. de leg. 1. & l. nemo rem. ff. de verbo. obliga. vbi stipulatio rem suam sibi dari, non valet, nec sustinetur vt importet restitui casu quo amittatur: & est ratio, quia non est verisimile partes conside-

consideraſſe talem caſum. Et ex † hoc colligitur quinta limitatio: pro qua etiam facit quod notat Fulgo. in l. 3. §. ſi quis inſulam. & Iaſo. in l. 1. in primo notab. ff. de eo quod cert. loc. vbi potius ſtipulatio annullatur, quàm fiat interpretatio contra promiſſorem, multum illi onerosa. & eſt ratio, quia non eſt veriſimile iſtud inter partes fuiſſe actũ. Ad idem facit tex. in l. ſeruus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. 1. & no. in l. Scæuola. ff. ad Trebel. vbi libertas directa data quæ tenere non potuit, nõ debetur ex fideicommiſſo. & ratio eſt, propter magnam diuerſitatem, quæ eſt inter fideicommiſſariam & directam, non præſumitur teſtator voluiſſe, vt quod vno modo non valet, alio modo ſuſtineatur, declarando prout dixi in d. §. ſi quis ita. & eo modo poteſt intelligi d. l. tutores. §. 1. nam diſponens non præſumitur minus velle expreſſo: & propterea ſi expreſſum non tenet, actus in totum perit. fa. l. ſuus hæres. C. de repud. hære. vbi ſi tranſactio eſt nulla, non ſuſtinetur in vim donationis. quia non eſt veriſimile, quòd quis velit donare illi cum quo litigat. Et ita generaliter poteſt dici vbicunq; actus annullatur, vel quia peccat in forma, vel quia contra legem: nam arguitur mens partiũ volentium actum eluſorium facere. l. an inutilis. ff. de acceptil. l. multũ. C. ſi quis alteri vel ſibi. gl. in c. P. & G. de offic. deleg. Et iſta eſt breuis reſolutio in illo articulo, Quod non valet vt ago, an valeat vt valere poterit: de quo dixi in d. §. ſi quis ita. poſt Bart. & Docto. 12

† Sextò limitatur in odioſis, quia in dubio non fit interpretatio vt ſimiles actus ſuſtineantur, ſecundum Are. in l. continuus. §. cùm quis. in 3. col. per illum tex. ff. de verb. oblig. declarando vt per eum. Et facit ratio: quia cùm præſumptio debeat fieri in meliorem partem, videtur melior pars eſſe per quam odia extinguãtur. c. odia. de reg. iur. in 6. Et quia annullatio actus odioſi eſt fauorabilis. l. 2. ff. de lib. et poſthum. vbi Moder. facit tex. in l. ſi res æſtimata. in prin. 13

ff.de iur.do.vbi ad finem, quòd contractus continens donationem inter virum & vxorem annulletur, lex præsumit æstimationem factam ante matrimonium, esse collatam in tempus matrimonij. & facit ista simulatio contra not. per Alex. in d.l. quanquam. de testam. milit. Cætera dicas, vt per Iaso. in d.l. quoties. & Mod. in l. in contrahenda. ff. de reg. iur. qui tex. propter aduersatiuam videtur non parum vrgere contra prædictam opinionem Moder. Et vide, quæ etiam dicam in sequenti versiculo.

PRÆSVMPTIO XXXV.

1 Præsumitur nemo eligere viam per quam iudicia sua subuertuntur.

2 Electus in arbitrum & arbitratorem, si partim procedat iuris ordine seruato, partim non, & pronũciet, censetur pronunciasse tanquam arbitrator.

3 Arbiter licet non posit ferre condemnatoriam sententiam nisi adiecta summa, nec ex postfacto posit sententiam emendare: electus tamen in arbitrum & arbitratorem, si hodie condemnaret partem in summa, quam in sequenti die declararet, valeret laudũ.

4 Arbitramenta possunt fieri sub conditione resolutiua vel suspensiua, vel quocunque alio modo, quo possunt fieri contractus.

5 Iudex habens facultatem procedendi ex iurisdictione ordinaria & delegata, si procedat simpliciter, præsumitur secundum eam processisse, per quam actus tenet.

6 Iudici ordinario si alterata sit iurisdictio, ita quòd in aliqua causa factus sit delegatus, & ipse in sentẽtia dicat, ego talis prætor, &c. non per hoc sentẽtia erit nulla. Secus si dixisset prætor, in tali causa.

7 In dispositione si expressæ fuerunt duæ qualitates, & secundum vnam dispositio esset inefficax, debet intelligi secundum aliam.

8 Testator æger condens testamentum, si instituit partum, si vxor sua prægnans sit, dato quòd tunc non

esse

esset prægnans, sed deinde post aliquot annos peperit, censebitur iste institutus. Idem si tunc peperit, & deinde plures.

9 Iudex si in sententia exprimat vnam causam falsam, & aliam veram, sententia sustinetur ex causa vera.

10 Maritus si in instrumento dotali confessus est se habuisse & recepisse mille nomine dotis, quæ promisit patri restituere, an præsumatur tunc tempore confessionis recepisse, non autem ante ex interuallo.

11 Confessio dubia seu obscura potest ab ipso confitente interpretari.

12 Compromissum si fuerit in aliquem tanquam in arbitrum & arbitratorem, & talis iudicet, dicendo, Nos arbiter & arbitrator, &c. an præsumatur pronunciasse tanquam arbiter, an tanquam arbitrator.

TRigesimoquintò. † Nemo præsumitur eligere viam per quam iudicia sua subuertũtur. l.3. ff. de testa. mil. Confirma istud per id quod notabiliter dicit Ho. Bu. & Imo. in c Quintauallis. in quarta differentia. infrà, de iureiur. vbi † si aliquis sit electus in arbitrum & arbitratorem, quo casu potest eligere quã viam velit: si partim procedat iuris ordine seruato, partim non, & pronunciet, censebitur pronunciasse tanquam arbitrator, ne aliàs sentẽtia sit nulla, prout est de mente Bal. in d. l. 3. Sequitur Fel. in l. cùm ordinem. in 2. col. de rescript. & in c. præsentata. de testi. & in c. cùm ex officij. in 4. char. de præscrip. Et istud procedit, etiam si in procedendo semper seruasset ordinem iudiciarium: nam licet ex illo arguatur, quòd potius fuerit arbiter quàm arbitrator: si tamen pronunciauit fortè ordine non seruato, vt sententia teneat, præsumemus vsque à principio cognouisse tanquam arbitratorem, per supradictã regulã: & quia istud procedere iuris ordine seruato, non repugnat dicto arbitratoris, secundũ But. & Imo. in dicto loco. Et propterea † licet iudex vel arbiter non possent ferre 1 2 3

 sententiam

sententiam condemnatoriam, nisi addita summa: nec ex postfacto possent emendare sententiam, secundũ Butr. cõs. 50. per iudicem. per no. in l. qui tamen. §. Pomponius. ff. de arbi. & in l. iudex posteà. de re iudi. Si tamen talis arbiter hodie condemnaret partem in summa, quam in sequẽti die declararet, valeret tale laudum, & censeretur pronunciasse tanquam arbitrator, ex quo † arbitramenta possunt fieri sub conditione seu resolutiua, vel suspensiua, vel quocunq; alio modo quo possunt fieri contractus, secundum Anchar. consil. 208. iudex de iure, &c. col. 4. Card. consil. 31. Titius debitor. Socin. consil. 124. præsens consultatio. 2. col. Felin. in c. qualiter. primo. in 16. colum. de accus. Et hæc præsumptio debuit capi, ne aliàs videatur elegisse viam, per quam actus corrueret. per supradicta. Secundò adde quod tenet Abbas in d. c. cùm ex officij. in 9. col. & ibi Moder. infrà, de præscript. vbi † si iudex habens facultatem procedendi ex iurisdictione delegata, & ex iurisdictione ordinaria, procedat simpliciter, præsumitur secundum eam processisse, per quam actus tenet. d. l. 3. & ita etiam tenuit Antonius de But. ibi, reprobata quadam opinione Feder. de Senis, vt per eum. Et propterea † si iudicio ordinario alterata sit iurisdictio, ita quòd in aliquam causam factus sit delegatus, de quo habetur in c. licet in corrigendis. suprà, de offic. ordinar. & ipse in tali sententia dicat, Ego talis prætor, &c. non tamen per hoc sententia erit nulla, quasi pronunciauerit tanquam ordinarius: imò præsumetur apposuisse nomen officij causa demonstrationis personæ. argument. l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pactis. & habetur in capit. cæterùm. suprà, de iudic. & ita est de mente Abba. in d. ca. cùm ex officij. Secus si dixisset, Prætor in tali causa, &c. quia tunc essemus in casu claro. quod est notandum.

4

5

6

¶ ADDIT. De hac alteratione iurisdictionis ordinariæ in delegatam, quando & quomodo dicatur facta, & quid

referã.

referat an vt ordinarius, an verò vt delegatus quis cognoscat, vide melius quàm alibi Ias. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. vbi etiam aliqua pulchra adducit in hac materia, quæ facerent ad ornatum huius regulæ.

Et facit quod no. Spec. in tit. de lega. §. sequitur. versic. quid si episcopus. & Bald. in cap. ex parte. 2. de offic. deleg. vbi si episcopus sit etiam Comes, & causam spectantem ad se iure Comitatus committat per ista verba, Ego talis, Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopus &c. valebit commißio: & non obstante illa qualitate, censebitur commisisse tanquam Comes. d. l. 3. sequitur Fel. in d. c. cùm ex officij. Ad idem quod not. Abb. cons. 93. in 2. vol. vbi si sit facta cōmissio alicui, expresso eius nomine proprio, & officij non habentis aliquam dignitatem, tamen valeret talis commißio & sententia, si aliàs ille haberet dignitatem. allegat notata per Bart. in l. si seruus communis ita. de stip. ser. vbi † si in dispositione fuerint expressæ duæ qualitates, & secundum alteram dispositio esse inefficax, debet regulari secundum aliam. d. l. 3. c. nisi essent. & ibi Abb. in 1. col. inf. de præbē. & per Moder. in c. cùm Abbas. de offic. deleg. Tertiò adde, quod not. Pau. de Cast. cons. 79. casus iste frequenter. in vlti. dub. in antiquis. vbi † si testator æger condens testamentum instituit partum, si vxor sua prægnans, esset dato, quòd tunc non esset prægnans, sed deinde post aliquot annos pepererit, censebitur iste institutus. Idem si tunc pepererit, & deinde etiam alios, quia censebuntur omnes instituti: & illa verba, si vxor prægnans esset, non censentur simpliciter posita in vim conditionis, sed quia credebat se testator moriturum de illa infirmitate, & consequenter non posse in futurum amplius generare. arg. l. placet. & l. Titius. §. 1. ff. de lib. & posthu. & l. fina. C. eod. tit. Et ista interpretatio secundum eum est capienda, quia aliàs sequeretur, quòd testator apponendo talem conditionem elegisset viam, per quam iudicium suum subuerteretur, contra d.

7

8

tra d.l.3. Et per eandem rationem idem tenet Bald. consil. 128. ad intelligentiam. in 1. vol. licet Iaſ. in d.l. placet, non referat fideliter dictam decisio. Paul. de Castr. Quartò adde quod notat Inno. in c. in præsentia. suprà, de renuncia. vbi

9 *voluit, † quòd si in sententia exprimatur vna causa falsa in iure, & alia vera, sustinebitur sententia ex causa vera. dict. l. 3. vt actus potius teneat. dict. l. quoties. sequitur Imol. in l. si plagij. ff. de verborum obligatio. Alexand. in l. qui Romæ. §. duo fratres. eodem titul. & est communis conclusio. vt per Iason. in l. si is ad quem. in penult. colum. ff. de acquiren. hæredit.*

¶ADDIT. Adde eundem Alex. consil. 113. incip. perspectis his. col. pen. lib. 6. vbi etiam subiūgit notabile dictum Ant. de Butr. in c. per tuas. qui filij sint legi. per illum tex. quòd si iudex mouetur ex duab. causis ad ferendam sententiam, quarum vna facit ad causam, alia nō, sustinetur sententia ex ea quæ facit ad causam, vbi aliàs redderetur nulla, si vna tantùm non faciens ad causam expressa fuisset. c. ex parte. & c. dilectus. de conces. præben. & ibi latius allegat concor. Vide omninò & Hipp. Mars. in sing. 617. memor existo. vbi magni facit dictum Innoc. in d. ca. in præsentia. & allegat plures concord.

Nec obstat ratio Alexan. in l. si donatione. in 3. col. C. de collatio. vbi allegat in contrarium: quia quando est aliqua causa quæ prodest, & alia quæ nocet, debet attēdi illa quæ nocet. l. 3. §. fi. vbi Bart. ff. ad Syllan. l. fin. qui ad libertatem perue. non possunt. l. Fulcinius. §. quid ergo. ff. ex quibus cau. in posses. Sed responde quòd illa regula non procedit, quando causa quæ prodest, est potentior. l. aufertur. §. si quis palàm. ff. de iure fisci. Alex. cons. 103. ex inspectione. in vlti. col. in tertio per Iaſ. in l. si is ad quem. & dixi in l. 2. in princip. de verb. oblig. In casu autem nostro causa vera est potentior, quia per eam actus sustinetur, iuxta supradicta. Quid autem si iudex apponat solummodò causam

falsam,

falsam, adiecta amplificatiua, Maximè: vide Gemi. in ca. venerabilib. §. fi. de sen. excõmu. in 6. Quintò adde notanter Bar. & cõmuniter Doct. in l. post dotem. in 1. quæst. ff. sol. matr. † vbi si maritus in instrumento dotali confessus est se habuisse & recepisse mille nomine dotis, quæ promisit patri restituere, præsumetur recepisse tunc tempore confessionis, non autem antè, ex interuallo: quia licet ista verba, habuisse & recepisse, sonent in præteritum, tamen fiet interpretatio per quam promissio teneat: quia aliàs non posset fieri restitutio patri, ex quo fuisset ius acquisitum filiæ. l. quoties. ff. solu. matrim. Et ista decisio magis mihi placet, per rationem d. l. 3. vt actus teneat. Vbi verò cessaret prædicta ratio, esset secus: nam non potest negari, quin illa verba, sint incerta. ergo qui dicit, debet liquidò probare, quia incerta probatio non releuat. ca. in præsentia. de probatio. & cùm præsumptiones oriantur ex signis, prout suprà vidimus, non video aliquod rationabile signum, vnde ista propositio possit oriri. Non obstat l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verborum obligatio. inducendo vt ibi per Modernos, & in d. l. post dotem. quia Iurisconsultus ibi non dubitat principaliter super eodem, sed præsupponit habilitatem. l. qui testamento. ff. de testam. cap. 1. de ætate & quali. Non obstat gloss. in l. 1. C. de fide instru. libro 10. quia loquitur in Notario attestante aliquid esse factum: nam nisi potuit fieri coram eo, non crederetur: sed nos loquimur in Notario non attestante de ipso facto, sed de confessione partium asserentium factum: & verisimile est, quòd si receptio fuisset tunc facta, quòd fecissent eam coram Notario, vt posset attestari nedum de confessione, sed etiam de veritate ipsius negocij. Præterea non debet talis confessio plus operari in instrumento, quàm si aliter probaretur: quia de natura instrumenti est vt probet, non vt inducat. l. 1. ff. de fide instrum. Sed si esset aliter probata talis

10

confeßio, puta per testes, tanquam probatio incerta non releuaret. d. c. in præsentia. ergo idem in instrumento. Posset tamen recipere † interpretationem ab ipso confitente. l. si quis intentione ambigua. vbi Bald. ff. de iudic. Bartol. in l. is qui reus. penulti. colum. de public. iud. Butr. c. ex literis. 1. in fin. de sponsalibus. Alexand. consilio 119. in causa inquisitionis. in tertio. & consilio 183. viso puncto, colum. 2. in quinto. And. Sicul. consilio 3. in pen. char. in secundo. vbi dicit, quòd debet fieri talis interpretatio quæ declaret, non quæ confeßionem perimat. Deci. consilio 189. in nona columna. & consilio 278. in vltima columna. & aliquid suprà tetigimus. Est verum quòd ista qualitas temporis nunquid antè, ex interuallo, vel statim sit numeratio facta, nõ videtur respicere obscuritatem confeßionis: & propterea talis incertitudo est aliter explicãda, quàm per declarationem confitentis. Cætera dic vt per Feli. in d. ca. cùm ex officij. in sexta conclus. Et ex † his infertur ad quæstionem: an si in aliquem sit compromissum tanquam in arbitrum & arbitratorem, & talis iudicet dicendo, Nos arbiter & arbitrator, &c. præsumatur pronunciasse tanquam arbiter, an tanquam arbitrator? Effectus est magnus: quia si iudicauit vt arbiter, non potest reclamari. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. secus si vt arbitrator, vt per Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Et Bal. in d. l. 3. videtur velle quòd censeatur iudicasse vt arbiter. sequitur Alex. in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. quia sentẽtia arbitri est efficacior, ergo debet illa præsumptio capi. d. l. 3. Item citius sortitur exitum. l. cùm antea. C. de arbi. Contrarium, quòd imò censeatur lata tanquam ab arbitratore, tenet Bald. & Angel. in d. l. si seruus plurium. Bald. in l. non codicillum. C. de testa. Ang. in disput. duo ad inuicem. vbi dicit, quòd ista opinio seruatur in practica. Aretin. in l. nemo potest. de leg. 1. Alexan. cons. 13. in 3. col. in 1. Felin. in

d. c. cùm

d.c.cùm ex officij.in secunda conclusi.in fin. & in sexta, vbi respondit ad rationes contrarias, de quo per eum. Tu aduerte, quia ex quo potest quis in eodem actu cognoscere vt arbiter & arbitrator, prout dicit Abbas in d.c. nisi essent. per illum textum sequeretur quòd non debeamus recurrere ad istam quæstionem, ex quo verba possunt propriè intelligi, quòd ex vtraque potestate cognouerit & iudicauerit. Et istud verius videtur. Distingue ergo concordando opiniones: quia aut pars quæ reclamat asserit se læsam & grauatam, & tunc concedetur reductio ad arbitrium boni viri, tanquam talis fuerit arbitrator, ex quo arbiter tenetur procedere de iure, arbitrator verò potest aliquid auferre de iure alterius, secundum tex. in l. si de meis. ff. de arbit. Si verò apparebit non fuisse grauatum, censebitur iudicasse vt arbiter: & sic ex post facto cognoscetur qua potestate sit vsus, & quò ad concedendam reductionem procedet communis opinio, & interim attendetur causa à petente adducta. c. vt debitus. & ibi glo. in verb. rationabiliter. vbi Doct. de appell. Et istud est æquius, & benè probatur in d. c. nisi essent. Adde quod not. Bald. in c. 1. §. inter pares. in 2. col. de c. Corra. vbi dicit, quòd si quis compromittit in aduersarium, censetur in eum compromisisse tanquam in arbitratorem, tum vt actus teneat, qui aliter non valeret. l. pen. ff. de arbit. tum quia nō præsumitur velle litigare ille qui se ponit in manibus aduersarij, & ideò nō præsumitur eum eligere tanquam disceptatorem, sed potius tanquam amicum. arg. l. creditor. §. pen. ff. mand.

PRÆSVMPTIO XXXVI.

1 Priuilegiatus in dubio præsumitur potius vti iure cōmuni quàm speciali: & quare. Limitatur multimodè nu. 4. 6. 7. 8. 12. 14. & 15.
2 Priuilegio an sit potentius ius commune.
3 Remedium extraordinarium quando concurrit cum ordinario, vtrunque est in consideratione.

4 Ius ſpeciale fauorabile, an ſit potentius iure communi, ita quòd in dubio illo iure ſpeciali videatur quis velle vti potius quàm iure communi.

5 Præſumitur in dubio quis elegiſſe illam viam quæ ſibi vtilior eſt, & fauorabilior.

8 Priuilegiatus cẽſetur velle vti priuilegio potius quàm iure communi, quando aliàs actus non teneret niſi ex priuilegio. Intellige nu. 10. 11. 12.

9 Princeps licet in dubio præſumatur vti poteſtate ordinaria, vt actus tamẽ teneat, cenſetur vti ſuprema.

13 Renunciare priuilegio facilius quis præſumitur, quàm iuri communi.

1 *TRigeſimoſextò. † Præſumitur priuilegiatus in dubio potius vti iure cõmuni, quàm ſpeciali. l. quanquam. C. de teſta. milit. l. centurio. vbi Pau. & Moder. ff. de vulg. & pupil. & aßignantur aliquæ rationes. Prima eſt, quia ius commune eſt potentius. l. eius militis. §. militia miſ-* 2 *ſus. ff. de teſt. milit. quæ ratio eſt dubia. Contrarium † videretur dicendum, ex quo priuilegium eſt ius ſpeciale: & iura ſpecialia ſunt potiora, ex quo derogant iuri communi. l. in toto. ff. de regu. iuris. l. ſeruus vrbanis. §. fin. ff. de leg. 3. ſicut in ſimili videmus, quòd ſtatutum quantò magis eſt ſpeciale, tantò eſt fortius: de quo per Alex. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de lib. & poſthu. Aret. conſi. 83. in 2. col. cum ſequen. Corn. conſi. 66. in primo. & facit tex. in c. 2. ſuprà, de offic. deleg. & quod notant Moder. in Rub. de officio delegat. Non obſtat d. §. ſi militia miſſus. quia ibi difficilius annullatur teſtamentum non ſimpliciter, quia iure communi factum, ſed quia maiori ſolennitate factum: & æquum eſt, vt quæ difficilius ineſſe producuntur, etiam difficilius tollantur. l. nolumus. C. de teſta. l. ab emptione. ff. de pactis. Secunda ratio aßignatur, quia priuilegium videtur eſſe quoddam ius extraordinarium, quod non debet haberi in conſideratione. l. 4. in 2. reſponſ. ff. de fideicommiſ.*

liber. & quod no. Spec. in tit. de inquisitionib. §. 1. Abb. in c. examinata. de iudi. vbi præsumitur potius datus iudex qui procedat secundum ius commune, quàm inquisitor, qui iure extraordinario vtitur. sequitur Deci. in l. in testamento. in vlt. nota. de testa. milit.

¶ ADDIT. Accedant notata per Bar. & omnes scribentes in l. 1. ff. de vulg. & pupil. in primo effectu vulgaris substitutionis, in quæstione illa, an si sit spes quòd institutus admittatur iure speciali seu ex priuilegio, vt quia erat minor, & poterat petere se in integrum restitui aduersus repudiationē, an interim substitutus possit admitti: & concluditur quòd sic, & istud ius speciale seu extraordinarium non habeatur in consideratione.

Sed etiam ista ratio in proposito est dubia : † quia vbicunque aliquod est remedium speciale, seu extraordinarium concurrens cum generali ordinario, vtrunque habetur in consideratione. l. 1. §. 1. de noui oper. nunc. vbi Bar. l. 2. C. de dolo. per Bart. in l. in prouinciali. ff. de noui oper. nunc. Et text. in d. l. 4. procedit quò ad hoc, ne dispositio ex sui natura certa, stet in pendenti: aliàs videtur quòd etiam extraordinaria debeant considerari. l. non quocunq. §. 1. ff. de leg. 1. l. intercidit. ff. de condi. & demon. per Andr. Sic. post Raph. quem allegat in c. Raynutius. in 30. col. 1. de testa. in primo effectu vulgaris substitutionis. Vnde dic quòd verior ratio est, quia ius speciale seu priuilegium tanquam deuians à iure communi, debet restringi. l. si quando. C. de inoffi. test. Bart. in l. 2. ff. de constit. prin. Et propterea † si essemus in iure speciali fauorabili, videretur quòd potius capienda esset contraria præsumptio tanquam benignior. arg. l. priuilegia. ff. de priui. cre. & quod not. Alex. in d. l. Gallus. §. fi. in 5. col. versi. item statutū pupillorum. Et facit, quia gratia, & sic conceßio fauorabilis, videtur potentior iure cōmuni, per tex. vbi Io. And. in c. si super gratia. inf. de offi. dele. in 6. Cōfirmatur, † quia debet præsumi quemlibet

3 4 5

bet intentasse illam viam quæ est sibi vtilior & fauorabilior.d.l.3.& per Inno.in c.auditis.suprà,de in integ.resti. quod notatur in l.cùm de indebito.ff. de proba. & per Bal. in l.2.C.de præd.mi. Et sic habetis primam limitationem

6 ad prædictam regulam. Secundò limitatur, † quando proprietas verborum magis infert ad ius speciale, quàm ad ius commune.l.1.& 2.C.de testamento milita.l.miles vnum ex fundo.& l.miles ita.in principio.ff. de testamento milita. vbi si miles instituat hæredem nisi in certa parte bonorum, præsumitur vsus iure militari, ex quo de iure communi talis institutio non teneret, prout fit, sed traberetur per ius accrescendi ad totam hæreditatem. Nec obstat quòd ius accrescendi habeat locum ex voluntate defuncti.l.si in testamento. vbi Bar.ff.de vulg. & pupill. quæ voluntas deberet maximè attendi in testamento militis: quia respondeo, quòd ista ratio procedit in paganis, qui cùm non poßint decedere pro parte testati, & pro parte non, si condunt testamentum pro parte, per ius accrescendi succedunt in totum, ita disponente iure communi, secundum quod præsumuntur accommodare voluntatem suam.l.si duo.ff. de acqui.hære. quæ ratio cessat in milite, vnde attenditur sola vis verborum, nec lex aliquid de eius voluntate isto casu præsumit. & ita intelliguntur notata per Alex. & Doctor.in d.l.1.& facit quod notat Cyn. in l. precibus.C. de impub.quem refert Alexan.in d.l.centurio: in quarta chart. vbi dicit, quòd miles videtur vti priuilegio, quando vtitur verbis directis, quæ secundum proprietatem verborum denotant priuilegium. sequuntur Moder. in d. l.in

7 testamento. Tertiò limitatur, † vt non procedat in actu, qui quasi priuilegiato committitur: quia qualitas secundum quam agit est attendenda.l.non idcircò. C. de iur.& facti ign.l.cùm proponas.§.1. vbi Ang.ff. de inof.testa. & ita procedit tex.in l.ex militari.ff.de testa.mili.& in l.si

quis

quis filio.§.irritum.ff.de iniust. rup.testa.Et istud maximè procedit, quia in casu d.l.ex militari. nō præiudicatur in aliquo iuri communi, ex quo qui habet facultatem testandi iure militari, multò fortius poterit testari iure communi, & renunciare priuilegio, si velit.l.si quis in conscribendo.C.de pact.fa.l.non eo minus.C.de testa. Quartò limitatur, † quando aliàs actus non teneret, nisi ex priuilegio: quia tunc debet potius præsumi, vsus priuilegio, vt actus sustineatur.l.3.ff. de test.mil.vt suprà vidimus. Et istud procedit, etiam si constaret quòd destinauisset vti iure communi, vt ibi probatur. Et propterea etiam † princeps licet in dubio præsumatur vti potestate ordinaria, tamen vt actus teneat intelligetur etiam vsus suprema, vt per Alex.in l.quanquam. cum concord. de quo suprà visum est, & attingunt Moder.in d.l.in testamento. & in repet.d.l. centurio. Quæ † tamen conclusio non videtur procedere, quando ex tali concessione posset resultare aliquod præiudicium parti: nam tunc potius deberemus interpretari quòd actus periret: quia, vt suprà vidimus, præsumptio pro validitate actus tunc cessat, quando inde sustineretur dispositio onerosa parti, secundum Fulg. in l.3.§.si insulam. ff.de eo quod certo loco. Item † cessat in odiosis, per tex.in d.l.continuus.§.cùm quis. & suprà diximus: quæ omnia videntur procedere in nostro casu. Confirmo istam opinionem per tex.in l.post mortem.§.fin. & in l.neq; absens.ff. de adopt.vbi si absens arrogetur, arrogatio erit nulla: & cùm talis actus competat soli principi.l.2.ff. de adop.non censebitur princeps vsus potestate absoluta, per quam arrogatio teneret, sed potius ordinaria, per quam actus corruit. Et quòd talis arrogatio non teneat de potestate ordinaria, probatur ex negatiua anteposita verbo, Potest, quæ abnegat omnem potestatem ordinariam.c.1. vbi Abb. & Doct. suprà, de caus.pos. & propriet. & quod notatur per Mod. in l.

8 9 10 11

in l. Gallus. in princ. de lib. & posth. Quintò limitatur,
12 *† quando aliàs actus nihil operaretur, intelligendo secundum ius commune: quia tunc debet potius censeri quis vti priuilegio. arg. l. si quando. ff. de lega. 1. Et pro hac limitatione facit gl. in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. & quod per eam notat Decius in c. 1. de iudicijs. vbi renuncians priuilegio sui fori, intelligitur etiam renunciasse iuri communi, vt verba aliquid operentur. Et propterea si aliquis promisisset certo loco soluere, & fecisset similem renunciationem, poterit ibi conueniri, quamuis ibi non reperiatur. ita est communis conclusio, de qua in l. Titium. §. tutores. ff. de admi. tut. & per Doct. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict.*
13 *om. iudic. Et ista decisio probatur à fortiori, quia † facilius quis præsumitur renunciare priuilegio, quàm iure communi. l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. But. & Imol. in c. 1. de transact. & est glo. in l. 2. in verbo, consensu. ff. de iudicijs.*
14. *Sextò limitatur, † quando via iuris specialis esset æquior: quia tunc caperemus illam præsumptionem, tanquam quæ tenderet in humaniorem partem. d. c. estote. & voluit Bal. in l. precibus. in 9. oppos. C. de impuber. vbi secundum eum ideò præsumitur miles in compendiosa substitutione vti iure communi intra tempora pubertatis, quia talis præsumptio est humanior, ne excludatur mater pupilli, eademq; vxor ipsius testatoris: nam præsumitur voluisse excludere à iure materno. l. fi. C. de instit. & substitutionibus. Ergo dato quòd priuilegium esset æquius, videretur potius ista via intentata.*
15 *† Vltimò potest generaliter limitari, quando aliæ coniecturæ inducerent contrariam præsumptionem, iuxta l. diuus. de in integ. restitut. veluti si actus gestus haberet formam sibi competentem de iure speciali, non autem de iure communi: nam ad cognoscendũ actum, potißimum iudicium resultat ex forma contrahendi, secundum Aret. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. fa.*

l. in-

l.insulam.ff.de præscr.ver.& l.si cum vno.ff.locati.idem si ex præcedenti tractatu hoc deprehenderetur, per not.in l.ita stipulatus magna.in prin.ff.de verb.obl. Idem si aliquis haberet aliquod priuilegium odiosum: quia renunciando generaliter iuri suo, intelligetur etiam de eo actum, vt notatur in l. sed & si quis. §.quæsitum. vbi Bald.ff. si quis cautio.& in d.l.1.ff.si quis in ius voc.& facit l.2.in fi. C.de priuile.scholast.

PRÆSVMPTIO XXXVII.

1 Filius natus ex vxore, præsumitur conceptus de marito, etiam si mater soleat alijs commisceri. Ampliatur nu.2.3.6.7.8. Limitatur nu.5.& seq.

2 Filium natum ex vxore præsumi conceptum ex marito, an sit præsumptio iuris & de iure, ita quòd non admittatur probatio in contrarium.

3 Concubinæ retentæ in domo filius, an præsumatur conceptus ex eo qui eam retinet in concubinam.

4 Filius natus ex ea cum qua quis habebat consuetudinem extra domum, non præsumitur conceptus ex illo, nisi probetur quòd nemo alius cum ea habuerit consuetudinem.

5 Ancilla reperta prægnante, an præsumatur contra dominum.

6 Filium esse illegitimum, non statur assertioni matris, nec mariti: oritur tamen magna suspicio pro dicto matris. Infertur ad notabilem quæstionem.

7 Filius si non assimiletur marito, sed cuidam adultero, an ex hoc præsumatur illegitimus.

8 Filius natus ex muliere quæ longo tempore cum marito remanserat sterilis, an præsumatur mariti.

10 Filius non præsumitur esse mariti, quando cũ confessione matris hoc confitentis concurreret fama.

11 Filius non præsumitur esse mariti, si vxor fuit concubina alterius, & partus fuit agnitus per concubinarium, maximè si filius sit natus in domo concubinarij vicinis scientibus.

12 Filius si instituatur hæres ab eo qui dicitur fuisse adulter

ter matris, non eſt leuis coniectura quòd ille filius non ſit mariti, ſed adulteri.

13 Filius non præſumitur mariti, ſi mulier fuit ſterilis, & aliquando diuertit à marito.

14 Filius natus ex meretrice vxorata quæ multorum libidini patet, an præſumatur mariti.

15 Mulier quæ mortuo marito ſtatim nupſit, ſi intra nouem menſes pariat, cuius præſumatur partus.

1 *TRigeſimoſeptimò. † Natus ex vxore, præſumitur conceptus de marito, licet mater interim etiam cum alijs conſueuerit. l. miles. §. defuncto. ff. ad legem Iul. de adult. quem tex. dicit ſingularem Bald. in Rub. C. de probat. in vlti. col. & in l. ſi matre. C. de ſuis & legit. & in l. fin. C. de communi ſer. manu. Ang. in l. ſeptimo. ff. de ſtatu hom. Paul. de Caſtr. in l. 3. ff. de libe. & poſthum. & per Moder. in c. per tuas. ſuprà, de probat. & in l. 1. §. ad quæſtionem. in vlt. col. ff. de quæſtio. & Franciſ. Cremen. ſing. 126. mortuo marito. Sed tu aduerte, quia tex. in d. §. defuncto. non probat iſtam opinionem: quia licet dicat, quòd poſſet illa eſſe adultera, & impubes defunctum patrem habuiſſe, non tamen ſequitur, ergo lex hoc præſumit: quia multa ſunt poßibilia, quæ tamen non præſumuntur. l. neque natales. vbi glo. C. de probat. Imò facta quamuis poßibilia, regulariter non præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & in illo textu tale indicium non debebat nocere filio, ex quo erat res inter alios acta. l. 3. §. cauſæ cognitio. ff. de Carb. edict. Melius ergo probatur iſta opinio per rationem huius regulæ principalis, quia talis eſt benignior præſumptio, & fauorabilior partui, ergo debet potius capi. d. c. eſtote. de reg. iur. Et facit quod not. Salic. in d. l. neque natales. in 1. col. vbi filius in dubio præſumitur natus poſt matrimonium contractum inter patrem & matrem, non antè: licet quandoque occurrat vt antè naſcatur. l. cùm quis. de nat. lib. & iſtud eſt fauorabilius pro ipſo filio. Cogitatamen, quia ſi*

iſta

ista præsumptio oriretur ex prædicta ratione tantùm, sequeretur quòd non procederet in casibus in quibus limitaui regulam d.l. meritò. & d.c. estote. quod esset summè notandum in actu practico. † *Ampliatur prædicta præsumptio, vt procedat nedum per viam simplicis præsumptionis, sed etiam per præsumptionem iuris & de iure, vnde non poterit probari contrarium, vt est de mente Pauli de Castr. in consi. 175. super primo videtur. in 4. colum. & And. Sicul. consi. 50. in primo dub. in 2. vol. & referunt se ita consuluisse Mod. in d. §. ad quæstionem. Sed istud dictum non est simpliciter verum, vt apparebit ex infrà dicendis limitationibus: & licet in aliquo casu non admittatur probatio in contrarium, istud non est, quia lex disponit super præsumpto, sed quia per rerum naturam talis probatio est impoßibilis, non admittetur. l. actor. C. de proba. & ita est de mente Abb. in d. c. per tuas. & firmat Bal. in d. Rub. C. de proba. in vlt. col. Secundò ampliatur,* † *vt procedat etiam in concubina retenta in domo: quia præsumetur filius eius qui eam concubinam retinet, non autem alterius, secundum glo. in c. Michaël. de filijs presbyt. & Abb. & cæteros in d. c. per tuas. And. Sicul. consi. 27. in 2. col. in primo vol. Et istud procederet, etiam si talis non retineretur in schemate concubinæ, secundum Ang. consili. 225. videtur prima facie. col. pen. Quod tamen intelligitur, quando talis eam pro arbitrio suo haberet, vt tradit Alex. consili. 157. in 5. Item quando eam retineret intra domum, ex quo verisimile est quòd non ita prostituerit alijs, sicut potuisset facere, si non habitasset in domo. Et propterea dicit Alber. de Ros. in l. filium diffinimus. ad fin. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur.* † *quòd si quis habuit consuetudinem cum aliqua extra domum, & nascatur filius, nō tamen præsumitur ex eo natus, nisi probaretur quòd ea cum nemine alio consueuisset. & ita dicit se obtinuisse, & mihi*

2 3 4

placet, licet Modern. dubitent in d. c. per tuas. Item intellige, quando constat quòd retinens eam in domo consuesceret cum ipsa: † alioquin si ancilla reperiatur prægnans, nō tamen simpliciter est præsumptio contra dominum, secundum Bal. in d. l. filium. Item intellige, dummodò talis mulier non fuerit absens eo tempore quo debuit à communiter accidentibus esse facta grauida, secundum Abb. in d. c. per tuas. de quo dic vt ibi per Moder. Tertiò amplia, † vt supradicta præsumptio procedat, etiam si tam mater quàm maritus negarent, & dicerent natum ex adulterio, per gl. in l. si posth. § fin. ff. de lib. & posth. & ibi Doc. Alex. in l. neq; professio. C. de test. Bartol. Rapha. Fulgos. & alij in d. l. filiam. vbi repræhendunt quendam filium regis, qui credens matri renunciauit regno. & optimè facit l. fin. ff. de probat. Dicit tamen Hostien. in c. officij. de pœniten. & remiss. quòd oritur magna suspicio pro dicto matris. Et propterea infert ibi Abbas, quòd si filius haberet ex hac ratione conscientiam læsam, quia in conscientia crederet matrem dicere veritatem, deberet abstinere à bonis mariti, aliàs ædificaret ad gehennam. c. per tuas. de simon. cum similib. Sed vidi in facto: Vidua veniens ad mortem, accersitis tribus filijs dixit, vnus vestrum est natus ex adulterio, & propterea indebitè detinet bona paterna: ego (ne moriar in isto peccato) intendo eum manifestare, nisi vos inuicem remittatis omne ius quod habet alter versus alterum. propter hoc ipsi, cùm quilibet dubitaret de seipso, fuerunt contenti. Nunquid mater sit isto casu tuta? Et credo quòd sic, per notata in d. c. officij. Et ad supradicta facit, quia non potest mulier etiam expreßè per pactū præiudicare statui liberorum suorum. l. transactione matris. C. de transact. nisi in possessorio per contumaciam. l. 1. §. si cui ventrem. ff. de vent. inspi. de quo dicendū est vt ibi. Et vide pulchrā quæstionem positam per Iac. But. & Floria. in l. quidam. & Fulg. in l. 1. ff.

1.ff.de proba. Quartò amplia, † etiam si filius natus non assimilaretur marito, sed alicui adultero. arg.l.fi.§.pen.ff. ad municip.facit l.quod si nolit.§. si mancipia ff. de ædil. edict. & quia istud potuit cõtingere propter cogitationem mulieris tempore conceptionis, vt per gl.in l.quæreret aliquis.ff.de verb.signifi.& consuluit Paul.de Cast.in d.consili.175.& quod not.Ias. allegando Hieron. & Quintil.in l.Gallus.in fine princ.ff. de lib. & posthu. vbi adde quod scribit Pius põtifex in Europa de Duce Plumbini, qui cùm inuitasset compatres, eius concubina peperit filium marrum & similem coquo, & remansit delusus. Vltimò ampliatur, † etiam si mulier per longum tempus fuisset sterilis cum tali marito, de quo per Abb.in d.c.per tuas. Et in isto casu esset non leuis præsumptio contra viduam quæ pareret post mortem mariti: quia verisimile est quòd valdè hoc curauerit pro consequenda hæreditate mariti, saltem per indirectum, vbi cessat supradicta præsumptio, concurrente sterilitate cum absentia per aliquod tempus. Limitatur supradicta præsumptio, vt contrariæ præsumptioni cedat, iuxta l.diuus.ff. de in integ.resti. Vnde licet in casu supradictarum ampliationum illæ coniecturæ ex seipsis non essent sufficientes, tamen possent ita adiuuari vel simul omnes, vel ex concursu aliarum, quòd esset sufficiens probatio ad informandum animum iudicis in contrarium. Et † sufficiens præsumptio esset, quando cum confessione matris concurreret fama, secundum Bald.in d.l.filiam.& est fama secundum eum, testimonium vulgi, dicti sui rationem non reddentis, sed opinantis: & illa communiter se adaptat rebus veris, vel vero proximis. † Item quando ista vxor fuisset cõcubina alterius, & partus fuisset agnitus per concubinarium: nam tunc non præsumeretur mariti, & præsertim si natus esset vicinis scientibus in domo ipsius cõcubinarij, vt latius deducit Bened. Capra in

8 9 10 11

consi.2.in 1.& 2.col. Et confirmo istam opinionem per tex. in d.l. filium diffinimus. in versi. non tamen ferendum. vbi tex. considerat, quòd maritus sit aßiduè moratus cum vxore: & sic innuit, quòd si raro eam adibat, præsumitur potius filius concubinarij, qui frequentius cum ea conuersabatur. Idem si iste filius solebat se appellare filium alterius quàm mariti, secundum Pau. d. consi. 175. Et licet confeßio absente parte facta non præiudicet, tamen secundum eum quando est frequens & pluries repetita, videtur transire in quandam publicam famam, & tunc nocet. Idem si in suo libro iste filius ita scripsisset, vt per eum. Et generaliter, cùm sumus in materia præsumptionum, multum residet in arbitrio iudicis, quid iudicet ex indicijs & coniecturis. Et † est non leuis coniectura etiam, quando talis institueretur hæres ab isto qui fuit adulter matris: nam nisi esset filius eius, verisimiliter eum non instituisset. arg. l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig. & per Bart. in l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. ag. & ita dicit Paul. in d. consi. & ista sunt etiam de mente Anch. in d. consil. 225. in vlti. col. Et facit etiam quod vult Abbas, Aret. & Fel. in d. c. per tuas. † vbi dicunt istam præsumptionem cessare concurrentibus duobus, & quod mulier diu fuerit sterilis, & quod aliquando diuertit à marito: nam potius præsumetur quòd interim cùm absentasset se à marito, sit facta prægnans. † Sed nunquid ista præsumptio procedat etiam in meretrice, & sic in muliere nupta, quæ tamen multorum libidini patet? iuxta tex. 35. di stinct. c. vidua. Et Mod. in d. §. ad quæstionem. videntur præsupponere quòd sic. Sed ego non puto istud verum: quia dato quod talis sit meretrix, sequitur quod filij inde nati propter incertitudinem sunt spurij. l. vulgò. ff. de stat. hom. § si aduersus. Instit. de nupt. Facit ratio: nam istæ præsumptiones accommodantur super verisimili, vt vidimus suprà in diffinitione: sed non est aliqua ratio verisimilitudinis, cur magis sit

(Margin numbers: 12, 13, 14)

sit natus ex marito, quàm ex aliquo adultero, ex quo plures cum ea concubuerint: & ideò talis præsumptio non debet procedere in isto casu, prout etiam fuit de mente Ang. consi. 191. in 2. col. Ex † supradictis etiam infertur ad quæstionem, quam ponit Bar. in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posth. de muliere quæ post mortem mariti incontinenti alteri nupsit, & peperit intra nouem menses, cuius præsumatur iste partus. Secundum supradicta videretur quòd capienda esset præsumptio fauorabilior pro filio: & sic si primus maritus erat ditior, præsumetur suus. argu. d. c. estote. de reg. iur. Tamen Bar. ibi, & Doct. concludunt standũ esse alijs coniecturis, quæ videbantur magis verisimiles peritis in arte. arg. l. 1. §. 1. ff. de ventr. inspi. & puto, quòd non modica esset præsumptio isto casu pro dicto matris. l. etiam. ff. de prob. & per Host. in d. c. officij. & Signor. consi. 55. si quæratur. Et licet mater poßit decipi. l. 1. §. si mulier. ff. de lib. agnos. tamen istud est de rarò contingentibus quòd mater affirmet, nisi sciat veritatem: & iura contraria loquuntur quando mater ipsa est suspecta vel propter inimicitias, vel propter spem succeßionis, vel alio modo: vnde cessante suspicione, videretur ei standum. Esset etiam aliqualis præsumptio, quando iste filius esset similis secundo marito: quando nõ esset verisimile, quòd tempore concubitus cũ primo, recordaretur secundi: puta, quia eum non agnosceret: & in his, vt suprà dixi, plurimum potest arbitriũ, & coniectura iudicis: de quo tamen latius habetur in d. l. Gallus. 15

PRÆSVMPTIO XXXVIII.

1 Matrimonium præsumitur inter duos ingenuos simul conuersantes.

2 Copula præsumitur secuta, si præcesserunt sponsalia, & transductio ad domum.

3 Matrimonium an præsumatur, si copula non sit secuta, sed conatus tantùm, qui effectum non habuit.

4 Vxor an præsumatur aliqua esse, ex eo, quòd vt vxor tractatur ab aliquo.

5 Filio ſatis eſt probare ſe vt filium tractatum, quia ſtabitur tractatui, niſi probetur contrarium.

6 An quaſi poſſeſsio quæ reſultat ex eo quòd quis tractatus eſt vt filius, ſit ſufficiens in deciſorijs petitorij iudicij.

7 Dominium non præſumitur ex quaſi poſſeſsione, etiam in iuribus incorporalibus, quando agitur de dominio principaliter.

8 Filius agens ad ſucceſsionem paternam, qualiter debeat probare ſe filium: & an ſufficiat probatio tractatus, ſiue quaſi poſſeſsionis iuris reſultantis ex eo, quòd vt filius fuit tractatus.

9 Filio petenti alimenta, ſufficit probatio quaſi poſſeſsionis tractatus vt filij: qui dicitur turbari in quaſi poſſeſsione filiationis, ex eo, quòd alimenta ei denegantur.

10 Filiationis quæſtio ſi emergat in præparatorijs iudiciorum, ſufficit filio probare ſe tractatum vt filium.

1 *TRigeſimooctauò.† Præſumitur in dubio matrimoniũ inter duos ingenuos ſimul conuerſantes. l. in liberi. ff. de ritu nuptia. de quo dic vt dixi in præcedenti regula principali, verſ. 5. Et iſtud videtur procedere etiã de iure Canonico,† quãdo ſponſalia præceſsiſſent matrimoniũ, tunc ex cõuerſatione, & tranſductione ad domũ, præſumitur certa copula, & conſequenter oritur præſumptio iuris & de iure pro matrimonio. c. is qui fidem, de ſponſa. & ita tenet Hoſti. & Io. And. in c. fin. eo. tit. Et licet Abb. & Mod. ibi videãtur tenere contra eos, tamen talis opinio procedit, quãdo conſtat nõ interueniſſe copulam. Sed vbi fuerit tranſlata in domũ, & ſint puberes, veriſimile eſt eã interueniſſe. l. ſi verò. §. ſi adoleſcens. vbi gl. ff. mand. & ita poſſunt concordari. Sed quid† ſi nõ ſit ſequuta copula, ſed nixus tantùm ſeu conatus qui nõ habuiſſet effectũ? Videtur idem: quia ex quo iſte non potuiſſet facere illũ conatũ ſine peccato, ad euitan-*

(margin: 2, 3)

dam

dam suspicionem peccati, debemus præsumere, quòd fecerit animo contrahendi matrimonium de præsenti, in quo solus consensus sufficit ad nuptias. l. nuptias. ff. de reg. iur. & ita dicit Cald. in d. c. fin. quem videtur ibi sequi Card. Alexan. Nec obst. ille text. quia secundum eũ debet intelligi quando sponsus non potuit perficere secundum naturalem cursum, quia erat impubes: non autem quando non potuit secundum accidentalem, puta quia mulier erat nimis arcta. & sic ille tex. intelligitur in impuberibus, in quo cessat ratio præsumpti consensus ad matrimonium. Sed iste intellectus communiter non tenetur, quia nimis restringit tex. & etiam impropriat, ex quo tex. loquitur in adolescente, & sic de puberibus: quia talis propriè dicitur adolescens, vt est tex. in l. Aurelio. §. 1. vbi Bar. de lib. leg. Nec obstat ratio sua, quòd debeat capi præsumptio ad euitationem peccati: quia ista ratio non procedit hoc casu vbi etiam agitur de periculo animæ. c. iuuenis. de spons. Nec text. in d. c. is qui fidem. se fundat simpliciter in hac ratione: quod apparet, quia ista ratio procedit secundum simplicem præsumptionem, dispositio autem dicti capituli, procedit per præsumptionem iuris & de iure, vt ibi habetur: & potuit illud esse introductum, quia lex præsumit quòd virginitas sponsæ non sit perdita cum sponso, nisi per viam matrimonij, & de tali voluntate vtriusq; præsumit ex actu subsecuto, & super præsumpto disponit. Nunquid † autẽ ex tractatu tanquam vxor, præsumatur mulier esse vxor? Videtur quòd sic, per tex. in c. illud. inf. eo. & latè per Sali. in l. quidã. ff. de probat. Et dicit Bal. in l. nõ ignorat. col. 1. C. q. accus. nõ poss. quòd præsumptio oriẽs ex tractatu, est longè efficacior illa quæ oritur ex simplici nominatione: quia per actus magis declaratur veritas quàm per verba, vt ibi per eũ: & iste tractatus videtur facere sufficientẽ præsumptionẽ, ita quòd onus probãdi trãsferatur in partẽ aduersam. Et 4

5 *propterea † satis est quòd filius probet se tractatum vt filium, quia stabitur tractatui, nisi probetur contrariū, vt dicit Butrig. in c. transmissæ. col. 3. & ibi Mod. qui filij sint legit. Iaco. But. in l. quidam. ff. de probat. Alex. in consil. 51 in primo. Decius consi. 54. & latius per Feli. in d. c. per tuas. versi. 2 conclusio. Dicit tamen Bal. consi. 180. mortuo*
6 *filio. in 3. vol. & in d. c. per tuas † quòd quasi possessio istius iuris, quæ resultat ex isto tractatu, non est sufficiens ad obtinendum in decisorijs petitorij iudicij. Et mouetur ratione: quia nos videmus in simili idem in rebus corporalibus, ad quarum detentionem non est satis probare de possessione, sed requiritur probatio tituli. l. circa. ff. de probat. & ibi notatur. Hanc opi. etiam tenuit Petrus, Cyn. Bald. Alber. & Salic. in d. l. non ignorat. Petrus & Cyn. in l. 1. C. vbi causa sta. Cyn. & Bal. in l. non nudis. C. de proba. & ibi idem tenuit Bar. in lectura noua, quem refert & sequitur Iason in l. neque professio. C. de testa. Et pro ista parte etiam facit doctrina Bar. in l. quidam in suo. ff. de cond. insti.*
7 *† vbi si principaliter agitur de dominio ex quasi possessione, non præsumitur dominium etiam in iuribus: de quo per Doct. in c. cùm ad sedem. de resti. spol. Ergo in casu nostro si principaliter agatur de iure ipsius filiationis, nō debet sufficere si probetur possessio: & sic debet distingui quod notatur in l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæstio. & in l. 2. ff. de lib. & posthu. cum simili. Ang. tamen in d. l. non ignorat. & Floria. in l. quidam. ff. de prob. videntur distinguere: Aut agitur principaliter de ipso iure filiationis: puta, quia pater vendicat filium, vel non vult eum agnoscere, & non est satis ista quasi possessio. aut incidenter, & tunc secus, quæ opinio benè concordat cum doctrina Bart. in d. l.*
8 *quidam. in fin. Sed ipsi non explicant, † quid iuris quando filius petit successionem. Et certè tunc ista qualitas filiationis est fundamentum principale intentionis suæ, vnde in-*

in tali iudicio sola probatio possessionis non videtur sufficiens. Et propterea teneo supradictam opinionem, quæ videtur verior & magis communis, si dicta Doctorum benè considerentur. Considera ergo aliquot casus. Primus casus est, quando filius agit principaliter contra patrem, & petit declarari eum patrem suum, & tunc non sufficit solus tractatus, secundum Angelum & Florianum suprà allegatos: & iste casus non habet difficultatem. Secundus est, quando filius petit hæreditatem paternam: & etiam tunc non est satis probare simplicem quasi possessionem seu tractatum, per supradicta, nisi concurrant aliæ coniecturæ, puta fama, vel confessio parentum, quia tunc videretur fieri satis valida præsumptio, & in probãda filiatione admittuntur probationes præsumptiuæ. l. Lucius. ff. de cond. & demonst. in d. l. filium. ff. de ijs qui sunt sui. & faciunt not. in d. c. illud.

Tertius casus est, † cùm filius petit alimenta tanquam filius: & tunc crederetur satis esse, si probaretur ista quasi possessio, quia ista alimenta respiciunt quasi possessionem: & si subtrahantur, dicitur filius quasi turbari in quasi possessione. l. si neget. vbi Bar. ff. de lib. agnos. Alex. in d. cons. 51. Quartus casus est, † cùm quæstio filiationis incidenter emergit in præparatorijs iudiciorum, & tunc probatio tractatus sufficit, vt est glo. quæ ita ibi communiter intelligitur, in d. l. non ignorat. Et in istis vltimis duobus casibus possunt procedere autoritates allegatæ per Feli. in d. cap. per tuas. Est verum, quòd malè loquitur, dum dicit, quòd tractatus probat filiationem: nam istud nunquam est verum, sed benè probat quasi possessionem filiationis, quæ possessio aliquando transfert onus probandi, aliquãdo non, secundum supradicta.

9

10

PRÆSVMPTIO XXXIX.

1 Aggressor fuisse presumitur is, qui ex duobus simul di-

gladiantibus mortuus est, ideò vnus est absoluendus. De veritate vide nu. 6. & sequen.

2 Aggressorem si quis occîdat, absoluendus venit: etiam non probato moderamine tutelæ inculpatæ: quia seruasse præsumitur moderamen.

3 Dans operam rei licitæ, præsumitur seruasse moderamen inculpatæ tutelæ.

4 Accusator si probet, quòd Titius occîdit Seium, Titius autem probet, quòd Seius fecerat insultũ aduersus eum, vel res suas, obtinebit reus: quia præsumitur, quòd incontinenti se defendit.

5 Aggressor quis fuerit ex duobus se inuicem vulnerantibus si ignoretur, an vterq; sit absoluendus.

7 Occidisse ad sui defensionem dicenti, incumbit onus probandi.

9 Rixosus præsumitur ad rixam prouocasse: & sic si sit mortuus, præsumitur aggressus occisorem.

10 Fortior & robustior præsumitur ad rixam ꝓuocasse.

11 Fortior dicitur is, qui est peritior in scrimia.

12 Exclamans petendo auxilium, verisimile est, quòd fuerit insultatus.

13 Mediator si interponat se inter duos qui se verberant gladio, vt eos diuidat, & occidatur, impunè occidetur: quia præsumitur ad defensionem occisus.

1 *TRigesimononò. † Præsumitur ex duobus simul digladiantibus, eum qui mortuus est fuisse aggressorem: & propterea vnus est absoluendus. l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadru. paup. fe. dic. Ioan. Fab. in §. ius autem gentium. in vlt. col. Inst. de iure natu. Et ista præsumptio est capienda fauore viuẽtis, ex quo etiam est humanior, per supradicta.*

2 *Et ex hac decisione primò habes notare, † quòd si aliquis occidat aggressorem, venit absoluendus, nec tenetur probare se seruasse moderamen inculpatæ tutelæ: imò præsumetur seruasse, nisi fiscus probet contrarium, vel ex qualitate aggressuræ aliter sit coniecturandum. & ita debet intelligi text. in l. 1. C. vnde vi. quod est summè notandum. Et confirmatur*

firmatur ratione, quia aggressor dedit operam rei illicitæ, iste verò defensor licitè agit: vnde potius in iudicio debet capi cõiectura contra aggressorẽ, & sic q licitè fuerit interfectus. Non aũt debet defensor grauari isto onere probandi, seruatum esse moderamen: quia † quilibet dans operam rei licitæ, præsumitur illud seruasse. arg. d. l. meritò. pro socio. & istud etiam est de mente Bal. in l. is qui aggressorem. C. ad leg. Corn. de sicar. & in l. multis. C. de lib. cau. & Anch. in Clem. 1. de homic. & ita etiam intelligitur Bar. in l. sed si quacunq. ff. ad leg. Aquil. & quod not. Aug. de Arim. in addit. Ang. in verb. & dictus Titius se defendẽdo. in 4. col. Alex. cons. 14. in 3. vol. Barth. Veronen. cons. 28. & consi. seq. in 3. col. Fel. in c. 3. in fi. de homic. Ias. in d. l. vt vim. in 1. col. de iustit. & iur. dum reprobat opinionem Barto. in l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. Quæ tamen opinio potest saluari in casu in quo non constaret de modo aggressuræ. Fortius dicit Alex. in l. non solùm. §. sciendũ. in fi. ff. de noui oper. nunc. quòd † si accusator probet qualiter Titius Seium interfecit, & è conuerso Titius probet, quòd Seius fecerat insultum aduersus eũ vel res suas, quãuis non fuerit specificè probatum, quòd incontinenti sit factum, tamen reus obtinebit, quia præsumetur defensionem incontinenti factam, & exceptio sustinebitur, iuxta l. 3. §. cùm igitur. ff. de vi & vi arm. allegat in argumentum doctrinam Bar. ibi, de quo per eum & Moder. in c. in præsentia. suprà. de proba. Secundò ex hac decisione aduerte, quia ista opinio potest procedere stante vera opinione glo. quam ibi Barto. sequitur in d. l. 1. §. cùm arietes. quæ vult, † quòd si ignoratur quis ex duobus se inuicem vulnerantibus fuerit aggressor, quòd vterq. sit absoluendus, propter incertitudinem. l. scientiam. §. cùm stramenta. ff. ad legem Aquil. Sed contra illam gl. tenuit Bald. ibi, & in repetit. d. l. 1. C. vnde vi. & Angel. de Aret. in dicto loco, in vlt. colum. & dicit,

3

4

5

dicit, quòd ita seruauit in facto: & sequitur Augustinus de Arim. ibi, per doctrinam Bart. in l. si in rixa. ff. de sicar. & respondet Angel. ad d. §. cùm stramenta. vt ibi per eum. Sed quicquid dicant isti Doct. ego non recederem ab opinione gl. Bart. & Ioan. Fabri. vbi sumus in dubio, quia nec per probationes, nec per coniecturas posset apparere quis fuisset aggressor: vnde in dubio erũt potius ambo absoluendi quàm condemnandi, ex quo posset accidere quòd alter esset innocens, & simpliciter se defendisset. l. absentem. ff. de pœn. l. duobus. §. fi. in gl. de iureiur. & quod not. Rom. cons. 401. ex præsupposito. Nec doctrina Bar. in d. l. si in rixa. quicquam facit: quia in casu suo omnes dabant operam rei illicitæ, & istud constabat: meritò omnes tenentur de vulnere letali, quamuis solum vnicum vulnus letale reperiatur. Sed hîc in casu nostro non constat, quòd vterq; daret operam rei illicitæ, quia potuit vnus se defendisse, & sic licitè tantùm egisse. d. §. cùm stramenta. Istud tamen declara, vt in-
6 *frà dicam. Tertiò est aduertendum, † quia ista decisio ita simpliciter intellecta, nõ est vera: quia in dubio præsumitur, quòd occisor fuerit etiam aggressor, secundum Io. And. in c. significasti. de pœnit. & remiss. Bald. in c. 1. in 3. col. de pace tenen. & in d. l. vt vim. in pen. col. & per Richardum Malumb. & Floria. in d. §. cùm arietes. Et propterea † di-*
7 *centi se interfecisse ad sui defensionem, incumbit onus probandi, vt per Bar. in l. Aurelius. §. item quæsijt. de libe. leg. Sed cùm hoc dictum procedat per viam præsumptionis, contraria quoq; præsumptione posset tolli. d. l. diuus. de*
8 *in integr. restitut. Et primò tolleretur, † quando merita præcedentis vitæ essent pro eo, qui est viuus. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & in isto casu præcisè loquitur Io. Fab. & Florian. in d. §. cùm arietes. Alex. in d. cons 14. in 3. vol. Felin. in c. dilecti. in penulti. col. infrà, de excep.*
9 *Secundò tolleretur, † quando esset probatum, quòd ille qui*

reperitur

reperitur mortuus, esset rixosus: quia præsumeretur talis prouocasse ad rixam, vt dicit Card. in Clemẽ. prima, in 33. q. de homicid. vbi si duo reperiuntur mutilati, nec apparet quis fuerit insultor, præsumitur contra magis rixosum. Tertiò tolleretur, † quando ille qui est mortuus, esset robustior vel potẽtior: quod potest esse ex qualitate personæ, vel loci, vel etiam armorum: nam in dubio præsumendum est, quòd fortior prouocauerit, secundum Richardum Malumb. & Floria. in d. §. cùm arietes. Nec obstat, quòd ab effectu apparet, quòd viuus est fortior, ex quo ille fuit superstes: quia istud potuit esse propter diuinum iudicium, quod noluit innocentem perire: sicut dicitur de Dauid, qui interfecit Goliam, vt per gloss. in c. 1. de purg. vulg. & c. sæpè contingit. & ita respondet Barth. Veronen. cons. 29. versi. 7. in quinta col. Et † dicitur fortior ille, qui est magis peritus in scrimia, secundum Cepoll. in d. cons. 28. in tertia col. vers. 8. Quartò colligitur ex probatione aliquarum coniecturarum: puta, si probatum esset, † quòd iste viuus exclamasset petendo auxilium: nam signum est, quòd ipse insultabatur, vt per Bald. in l. 1. C. vnde vi. Idem si in ipso congressu se retrahebat: nam hoc est argumentum se defendentis, non autem insultantis, vt ibi habetur, & per Veronen. in d. cons. 28. vbi latè cõsuluit in ista materia. Et cùm hîc simus in materia præsumptionum, multùm consistet in arbitrio iudicis, qui habet circa illas arbitrari, vt habetur in c. afferte. per Abb. 1. & in dubio videtur, quod debeat inclinare in partem humaniorem, & sic in fauorem viuentis. per supradicta. In contrarium tamen facit quod no. Bal. in c. 1. in prin. quib. mod. feud. amitt. Felin. in c. presbyterum. de homicid. vbi si medici inter se sunt discordes, quia aliqui dicunt vulnus fuisse letale, aliqui non, in dubio præsumetur letale: & sic capietur præsumptio contra superstitem. Facit quod idem Bal. notat de equo bulso, in Authen.

10

11

12

then. omnes peregrini. C. commu. de success. Sed respondetur, quod Bald. loquitur quando vulnus erat in loco valdè periculoso, vel erat valdè magnum: nam ista coniectura oriens ex ipsa re, præualebit alteri, ne attendatur humanior. & ita etiam declarat Veronen. in d. consil. 28. in vlt. colum. 13 *† Intellige supradictam præsumptionem vt procedat nedum respectu congredientis, sed etiam respectu tertij mediatoris, secundum Angel. in l. 2. per illum tex. C. de sicar. vbi duo sunt ad manus, & aliquis fortè bono zelo accepto baculo vult eos diuidere: si talis occidatur, præsumitur occisus ad defensionem, & sibi imputet, quia non debuit se interponere per modum, per quem defensio redderetur debilior. gloss. in l. culpa caret. ff. de regulis iur. & idem videtur sentire Bald. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. firm. in fi. Ang. de Aret. in loco suprà alleg. Moder. in d. l. vt vim. & facit decisio Ioan. de Ana. in c. ad liberandum. in secunda col. de Iudæis.*

PRÆSVMPTIO XL.

1 Seruus delinquens non præsumitur deliquisse de domini consensu, ideò non tenetur dominus, nisi vt seruum pro noxa dedat. Limitatur nu. 3. 4 5.

2 Famulus non præsumitur deliquisse de consensu patroni seu domini. Limitatur nu. 3. 4. 5. 6. 7.

4 Famulos improbos si quis accipiat in domum, præsumitur informatus de eorum conditione: ideò tenetur dominus, qui opera improborum famulorum vtitur, si ipsi famuli aliquod delictum faciant. Intellige vt ibi.

5 Caupo vel nauta tenetur de delicto famulorum.

6 Caupo an teneatur ad damna saltem & interesse, si famulus suus vulneret viatorem hospitantem.

1 *QVadragesimò. † Seruus delinquens non præsumitur deliquisse de consensu domini, & ideò dominus non tenebitur nisi dare seruum pro noxa, cùm aliàs teneretur in solidum. l. 2. ff. de noxal. Et idem †* 2 *est in famulis, & sic*

in libero

in libero homine, quia non præsumetur neq; ipse deliquisse de cõsensu patroni.1.q.4.ca.quia præsulatus.& ideò dominus in nihilo tenebitur, secundum Bal. & Ias. in l.1.in 2. notab.ff.ne quis eum qui in ius.& in l.1.in primo not.ff.si ex noxali cau.agatur.

¶ ADDIT. Adde quod voluit Lud.Bolog.in repet.Authē.habita.col.7.C.ne filius pro patre.quòd scholaris nõ tenetur pro delicto famuli & allegat Barto.in locis pluribus, vt per eum.

Limita primò † generaliter in casibus in quibus consensus præsumeretur, puta quia dominus consultus de delicto, vel videns illud fieri, tacuisset.c.Petrus.de homicid.c. Matthæus.de simo.Vel delictum habuisset causam continuam & successiuam, cui verisimiliter dominus potuisset occurrere.c.constitutis.1.vbi Abb.suprà,de testib. & quod not.Bal.in c.veritatis.in 3.col.de dolo & contu. vel aliter appareret de scientia domini, de quo per Bart. & Docto.in l.si quis mihi bona.§.iussum de acquir.hær.& in l.si ventri.§.fin.de priui.cred.cum concor. Secundò limita, † quando famuli essent aliàs homines improbi: quia verisimile est quòd perseuerabunt in delictis suis.c.semel malus. de regu. iuris.in 6. & dominus eos accipiens in domo, præsumitur informatus de eorum conditione.l.fi.§.seruorum.ff.nau. caup.quod nota contra istos nobiles, qui habent in domo pro famulis lenones & homicidas: nam ipsi tenentur ex delicto ipsorum, secundum Card.in Clemē.ne in agro.§.porrò. in 4.not.per illum tex.de stat.mona.Felin.in d.c.Petrus. in 3.fallentia.Moder.in l.2.C.de pact.facit l.fi. C.de abigeis. non videtur tamen quòd puniendi sint eadem pœna, sed mitius arbitrio iudicis, ex quo puniuntur per præsumptiones, secundum doctrinam Abb.in d.c.afferte.infr.eod. cum sim. præsertim quia in tali casu videtur potius argui culpa domini quàm dolus.l.culpa caret.ff.de reg.iu.& per Bald.in d.c.veritatis. † Tertiò limita in famulo cauponis

3

4

5

vel

6 *vel nautæ, secundum l.1.ff.naut.caup.stab.* † *Sed nunquid si talis vulnerat viatorem hospitantem apud dominum, teneatur dominus saltem ad damna & interesse? Ioannes de Anan.cons.secundo.dicit quòd non.sequitur Ias.in l.1. in 3.columna.C.de seruis fugit. quod mihi placet, quando cum vulnerasset extra hospitium: alioquin si eum vulnerasset in hospitio, dum confidit in custodia hospitis, videretur secus: quia si dominus tenetur de damno dato in rebus, vt habetur per totũ illum ti. multò magis de dato in personã.l.iustissimè.ff.de ædi.edi.& facit gl.32.q.3.c.offerebat.*

7 † *Quartò limita, vt factum famuli noceat domino quòad præstandam causam excusationis alicui contra dominum, qui aliter eam non habuisset, secundum Bart. in l.fin.§.fi. ff.quod vi aut clàm.& in l.de pupillo.§.si quis ipsi. in 10. quæst.de ope.nou.nun. Abb.& But.in c.si iussus. de appel. Quintò & vltimò fallit in familia delinquente in officio suo, pro cuius facto ipse prætor tenetur. Et idem de familia publicanorum.l.1.§.familiæ.ff.de public.& latissimè habetur per Felin.in d.c.Petrus.*

PRÆSVMPTIO XLI.

1 Præsumptio contra fiscum in dubio capitur, & cõtra eum iudicandum est.

2 Instrumenta duo si eadem die reperiantur cõfecta, alterum fisci, alterum priuati, præsumemus in dubio instrumentum priuati præcessisse.

3 Intellectus l.non puto ff de iure fisci.

4 Instrumentum dotis & fisci si reperiantur eodem die confecta, quod præsumatur in dubio prius factum.

1 Q*Vadragesimoprimò.* † *In dubio capitur præsumptio contra fiscum, & contra eum iudicandum est.l.non puto.ff.de iure fisc.Et per illum tex.ibi infert Dy. & Bar.*

2 † *quòd si eadem die reperiuntur confecta duo instrumenta, alterum fisci, & alterum priuati, præsumemus in dubio instrumentum priuati esse anterius. & idem tenet Alex.*

in l.1.

in l.1.in 1.col.ff.sol.matrim.Matthes. in notab.suo 72. Et dicta l. non puto. concordat cum eo, quod dicit Plinius in Panegyrico ad Traianum: *Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur fiscus, cuius mala causa nunquam est nisi sub bono Principe.* Et idem esset, quando concurreret instrumentum fisci & dotis, quia instrumentum dotale censebitur prius, secundum Bal.in l.dotis.C.de iure dot. Dicit tamen Iac.de Belui.in l.vnica.C.de cadu.tollen.quòd d.l. non puto.† debet intelligi quando fiscus venit ex causa lucratiua, & ita etiam sentit Raph.Cuma.Socin.Ias.Bulgarus, in d.l.1.Et confirmant hunc intellectum, quia ille titulus loquitur de bonis peruenientibus ad fiscum ex simili causa, ergo de tali debet illa lex intelligi.argu.l.Imperatores.ff.de in diem addic.& ita etiam tenet Feli. in c.pastoralis.ver.ad identitatē.de rescri.Ias.in l. de dic.in fi.prin. ff.qui satisd.cog.Dec.in c.ex literis.de prob.& in l. in ambiguis.ff.de reg.iur.vbi etiam refert alios intellectus satis abhorrentes à litera. Sed ista declaratio nimis restringit tex.in d.l.non puto.prout dicit Alex.in d.l.1.vbi per hanc rationem recedit ab opinione istorum, & sequitur Bar.indistinctè.Nec est verum, quòd ille titulus loquatur solùm in causa lucratiua.Nec obstat l.si is qui mihi.ff. de iur.fis. cum multis similibus referentibus varia priuilegia fisci: quia loquūtur in casibus claris, & in talibus lex eum priuilegiat:sed in dubio est secus.Præterea nō sequitur, fiscus habet multa priuilegia, ergo etiam istud gloss. in l.filium quem habentē.C.fami.ercis.Pro ista tamen opinione facit, quod scripsit Iulius Capitolinus in vita M.Antonij philosophi Imperatoris, vbi dicit, quòd in causis compendij, & sic vbi lucrum resultabat, nunquā ipse Imperator fauit fisco. Alium intellectum ad d.l.non puto .posuit Soc.& Bulg.in d.l.1.sed quia mihi non placet, non refero.

3

Sed tu circa illam decisionem Dy.& Bar.aduerte, quia

non videtur vera: nam dato quòd fiscus non sit fauorabilis in dubijs quæstionibus, non tamen debet esse deterioris conditionis quàm priuati: imò vbi lex præcisè non priuilegiat fiscum, tunc æquiparatur priuato, vt est glo. in l. item veniunt. §. Imperatorum. ff. de pet. hære. & optimè probatur in l. 1. C. de conduct. & procur. præd. fis. lib. 11. Sed si essent duo priuati, videretur, quòd propter incertitudinem alterum instrumentum alteri non præualeret. l. 1. §. 1. & ibi Bar. de bono. poss. secundum tabu. & propterea non videretur ita simpliciter præferendum priuatum. Tamen mihi placet opinio Bar. propter generalitatem d. l. & autoritatem Plinij in dicto Panegyrico.

4 *† Sed nũquid idẽ sit in dote? Admissa ista opinione, casus non habet difficultatẽ. Sed tamen in contrarium facit, quia dos & fiscus dari priuilegio ambulant. l. 2. vbi no. C. de priui. fisci. & per Bart. in l. 1. pen. col. ff. sol. matr. Vnde si sint priuilegiati pariter, deberet vterq; simul admitti. per regulam l. priuilegia. ff. de priuil. cred. per Bar. in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Fortius videtur fiscum solum admittẽdum tanquam magis fauorabilem. l. satis. C. in quib. causis pig. ta. contrah. & sic mulier non vteretur priuilegio contra fiscum. & ita voluit Bald. Nouel. in tractatu dotis, in 9. parte. in primo priui. per aliquas rationes, de quibus per eum. Sed mihi placet prima opinio, quòd tunc contra fiscum pronũcietur, per supradicta: quæ opinio videtur magis communis in d. l. 1. tanq̃ potentius sit in hoc casu priuilegium dotis. Ad text. in d. l. 3. & in d. l. satis. respondeo, quòd ibi non est simpliciter causa fiscalis, sed est primipili, in quo est speciale, quòd etiam bona vxoris sint obligata, & filij, quamuis non hæredes patris teneantur. l. 3. C. de primip. libr. 12. Et ratio specialitatis est secundum Abbatem post alios quos refert in c. ex parte. in 2. col. de consuet. propter magnum periculum quod in primipilarijs vertebatur: quia primi in hostem pro-*

stem prodibāt. Sed istud nihil est: vnde dic, quòd penes primipilares collocabantur stipendia, & annona militum, quàm inde ipsi illis diuidebāt: vnde nisi in tempore satisfecissent, vertebatur magnum periculum famis & penuriæ in exercitu. Et propterea fuit inductum, vt etiam vxor & filij pro tali debito tenerentur: & istud est clarißimum apud Vegetium lib. 1. rei militaris, & aliàs declaraui, in d. l. 3. C. de primip. & probatur in l. ordinariorū. & in l. speciebus. C. de cohortal. lib. 12. Cætera dic vt per Moder. in d. l. 1. & etiam infrà aliquid dicturus sum.

PRÆSVMPTIO XLII.

1 Actus ille è duobus eodem die factis præcessisse præsumitur, qui de die præcedere debuit, etiā si ordo scripturæ esset inuersus.

2 Prælato si fuerit data licentia dandi fundum in emphyteosim, & eadem die fuerit datus, præsumitur licentiam præcessisse.

3 Actus ille è duobus eodem die factis, qui de iure præcedere debet, an præsumatur præcessisse, etiam si non appareat quòd actus ille eodem die sit gestus.

QVadragesimosecundò. † Præsumitur ex duobus actibus eodem die factis ille præceßisse, qui de iure præcedere debuit. l. cùm in testamento. §. 1. vbi Bal. Ang. & Imo. ff. de testa. Quod procedit secūdum eos ibi, etiam si ordo scripturæ esset inuersus: & quod notat Rota in deci. anti. ti. de præsum. 1. & Alex. in l. diuortio. in 3. col. ff. solu. matr. & idem in consil. 81. in 4. col. in 3. vbi † si à superiore sit data prælato licentia dandi fundum in emphyteosim, & eadem die fuerit datus, præsumitnr licentiam præceßisse. sequitur Fel. in c. pastoralis. versic. ad identitatem. de rescriptis. vbi allegat quasdam alias decisio Rotæ, de quibus per eum, & per Ias. in l. fi. co. pe. C. de edict. diui Adria. Sed difficultas est, † nunquid ista præsumptio habeat locum, etiam si non constet actus eodem die esse gestus? Et videretur dicendum

istam præsumptionem adhuc procedere, per tex. iunct. gl. in l. secunda. C. de petit. hæred. vbi si non constet nunquid venditio facta fuerit post litem cõtestatam, vel antè, præsumetur in dubio facta ante litis contestationem: quia tũc benè valuit, & excusat emptorem, & est benignior interpretatio. Sequitur illam gl. Bar. & communiter Doct. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nunc. Secundò per notata per Bald. Ang. & Salic. in l. cùm proponatis. C. de codic. vbi si duo proferantur codicilli, in quorum altero dicatur, illum fundum Titio lego: in altero verò, illũ eundem fundum Titio non lego. & ignoretur quid sit prius vel posterius actum, præsumemus illud fuisse prius quod de iure debuit, & sic illud in quo fuit legatum: quia de iure non erat opus non legare, & sic in effectu adimere, nisi prius fuisset legatum. Tertiò, quia capi debet semper illa præsumptio, per quam actus secundum iura sustinetur. d. l. quoties. de rebus dubijs. vt ergo actus illi teneant, licet præsumi debitum ordinem præcessisse. Contrarium videtur esse de mente Alexan. & aliorum quos allegat Feli. in d. cap. pastoralis. & facit ratio, quia cùm prioritas actus sit fundamentum intentionis partis, quia sine ea actus non sustineretur, videtur quòd ei, qui dicit, incumbat probatio, iuxta gl. in Clem. fin. in verb. creatum. de rescrip. in c. venerabilibus. §. fin. & ibi Gemin. infr. de senten. excommu. in sexto. Potest distingui: Aut sumus in materia dependente à voluntate contrahentium, & procedat regula, quòd actus ille præcesserit qui præcedere debuit, etiam si non constet de eadem die. d. l. quoties. Aut actus non dependet à pura facultate disponentis, & tunc attendatur ista breuitas temporis, vt si in eodem die actus gesti reperiantur, præsumatur præcessisse qui debuit: & ita loquuntur Doctor. in d. §. 2. Alexan. in d. consil. & Felin. in d. c. pastoralis. aliàs non.

PRÆ.

PRÆSVMPTIO XLIII.

1 Si de prioritate duorum actuũ dubitetur, ne ex incertitudine vterq; vitietur, p̃sumimus pro benigniore.
2 Testamenta duo si producantur, & ignoretur, quod prius & quod posterius, præsumitur pro eo in quo instituti sunt venientes ab intestato, vel pia causa.
3 Quid si in vno sit instituta pia causa, in alio venientes ab intestato, & dubitetur de proprietate aut posterioritate, pro quo præsumatur in dubio.
4 Testamenta duo si reperiantur, & dubitatur quod sit posterius, an si institutus in vno possideat, præsumatur posterius testamentum illud in quo est institutus.
5 Instrumenta duo si reperiantur, quorum alterum sit dotis, & dubitetur de prioritate, præsumitur instrumentum dotis esse prius.
6 Instrumentum salarij Doctoris præsumitur in dubio præcessisse.
7 Inuestituræ duæ eodem tempore factæ si reperiantur, præualet illa quæ est plenior: intellige vt ibi.
8 Instrumentũ in quo apponitur dies & hora, an in dubio præualeat illi vbi non est hora.

QVadragesimotertiò. † Vbi dubitatur de prioritate duorum actuum, ne ex incertitudine vterque vitietur, præsumimus pro benigniore. ita probatur ex doctrina Bar. communiter approbata in l.1.§.1 ff. de bono. poss. secundum tab. & in l. edicto. in fi. C. de edict. diui Adri. toll. vbi † si producantur duo testamẽta, & ignoretur vtrum prius vel posterius, ex incertitudine vitiãtur. l. duo sunt. ff. de testa. tutel. l. eum qui duobus. ff. de acqui. hær. nisi in altero sint instituti ab intestato venientes, vel alter institutus possideat. Addunt Doc. idem si in altero sit instituta pia causa, arg. c. si. inf. de sent. & re iud. Circa primam declarationẽ, † quando instituti sunt venientes ab intestato, dubitatur, quid si in altero sit instituta pia causa? Et videtur venientem ab intestato potius admittendum, per rationem Bart. [1] [2] [3]

 dum

dum dicit, quòd dato quòd ambo testamenta propter incertitudinem non valerent, admitterentur ipsi ab intestato. vnde si volunt admitti ex testamento, tutius est vt etiam admittantur ad conseruandam voluntatem defuncti. Ista ratio videtur procedere, etiam dato quòd pia causa in altero esset instituta: quia isti venientes ab intestato, habent tantum iuris, quantum pia causa respectu testamenti, & vltra habent fundatam intentionem ab intestato: ergo in tali causa ipsi debent præferri tanquam habentes ius fortius. l. vtrum, §. fin. ff. de minoribus. Et ista opinio non haberet difficultatem, quando essent instituti filij, & haberent pinguius ius in illo testamento, in quo non esset instituta pia causa. c. fina. 17. q. 4. l. si quis ad declinandum. C. de epis. & cleric. Circa secundam limitationem, † quando alter possidet, ratio est, quia actor debet fundare intentionem vt obtineat. l. actor quod asseuerat. C. de proba. & fundamentum eius intentionis est, quòd suum testamentum sit posterius, ergo debet hoc probare: & nisi probet, non potest obtinere. & ista est ratio Doct. Ex qua videtur inferri, quòd talis præferetur etiam piæ causæ: quia non reperitur in hoc priuilegiata pia causa, vt releuetur à probando illud, quod est fundamentum intentionis suæ. & istud mihi placet. Non obstat, quòd Moder. in d. l. fin. teneant contrarium: quia secundum eos fauor piæ causæ præponderat fauori rei. d. c. fin. quia illud procedit in sententia, in qua est ratio differentiæ à processu: nam ex quo in processu pariter fauetur actori sicut reo. l. de die. vbi not. ff. qui satisda. cog. in fine verò magis fauetur reo. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. vnde causa pia facilius facit cessare fauorem, & sic in dubio sententiam obtinebit, qua poterit tollere ea, quæ alicui competunt, non solùm ex fauore, sed etiam stricto iure. facit in arg. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mili. Præterea in isto casu iste non est simpliciter reus, sed

ſed etiã poſſeſſor: vnde dato quòd cauſa pia præualeat reo, non debet etiam præualere, quando idem reus eſſet poſſeſſor. arg. §. commodum. Inſtit. de interd. regula, cùm ſunt partium. de reg. iur. in 6. Confirmatur iſta opinio per tex. in c. ſi à ſede. de præbend. in 6. vbi quando de prioritate beneficij pluribus collati non conſtat, potior eſt conditio poſſidentis. Nec obſtat ſi dixeris, quòd vtrinque eſt cauſa pia: quia reſpondeo, quòd ſi iſta ratio conſideraretur, non debebat diſtingui inter poßidentem vel non, ſed inter egentiorem & minus egenum, & ſic vt pauperior præferretur. vt eſt tex. §. ſi quis in nomine. verſic. ſi quis autem. in Auth. de eccleſ. tit. & ibi Ang. de quo per Salic. & Moder. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Cogita tamen, quia tex. in d. c. fin. non parum vrget. Circa tertiam limitationem de cauſa pia, quòd ipſa præferatur, facit in argumentum tex. in d. c. fin. & firmauit Lud. Rom. in repet. Auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. in 12. ſpeciali: & ita dicit ſe conſuluiſſe Iaſ. in quodam hoſpitali, quod fuerat inſtitutum in ſimili teſtamento. Sed tu aduerte vltra ſupradicta, quia tex. in d. c. fin. loquitur, quando conſtabat de voluntate vtriuſque, vnde in repugnantia fit interpretatio pro pia cauſa: ſed in caſu iſtius limitationis non conſtat de voluntate, ex quo ſolum vltimum teſtamentum habet pro ſe voluntatem defuncti. l. nolumus. C. de teſta. et ignoratur quid ſit illud vltimum, vnde in puncto iuris iſta limitatio eſt dubia, & plenius probatur per ſupradictam regulam generalem. Et ex ſupradicta regula etiam infertur † ad duo inſtrumenta, quorum alterũ ſit dotis, vt in dubio illud præſumatur prius, vt habetur in d. l. 1. ſol. matr. de quo ſup. dixi. & facit l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10. ſecundum communem intellectum, vbi ſi appareat duplex hypotheca eodẽ die facta, præſumetur prior q̃ eſt fiſci. Sed quicquid dicãt Doc. ille intellectus nõ cõgruit textui, q̃ voluit facere aliquã ſpecialitatẽ in fiſco, 5

 quod

quod probatur in fi. te.ibi,quod citra fraudem cred. & c.vbi te.inter cæteros creditores intelligit etiam de fisco: & sic præsupponit quantum ad illũ tex.esse parem causam omnium creditorum,aliàs illatio illa non esset bona. Et quod dicitur de dote & fisco, † procedit etiam in salario doctoris,secundum Bald.in d. l. 1. quia causa studij & dotis æquiparantur,vt colligit ibi Bart.ex glo.fi. Nec obstat quod dicunt aliqui Modern.quòd aliud sit loqui de ipso stůdio, & sic de disciplina,quæ benè est fauorabilis: aliud de mercede,quæ non videtur habere tot fauores.l.1.§. diuus.ff.de extraord.cogn. Vnde pro salario non est introducta à lege hypotheca, nec alia priuilegia quæ competunt dotib. Quia respondeo,quòd causa studij dependet à salario : quia præsumitur melius & libentius docere professor,cui salaria exhibentur.l.medicos.in fin.C.de profes. & medi. lib.10. Ad supradicta etiam facit,quod notat Bald.in c.1.in prin. in 5.col.quid sit inuest.quòd † quando apparent duæ inuestituræ eodẽ factæ tempore, præualet illa quæ est plenior. quod intellige,quãdo talis plenitudo non esset onerosa, per illud quod notat idem Bal.in l.falsus.pen.col. C.de furtis. vbi si producuntur duo mandata, stabitur illi quod concedit minorem facultatem. Intelliguntur supradicta simpliciter,data æqualitate vtrinq; : aliàs si in altero sit certius tempus,illud debet præualere.arg.not.per Marti. Sillim. Cyn.& Bald.in l.de rebus.C.de do.ante nup. Io. de Platea in d.l.1.C.de iu.fis.lib.10.Et propterea † si in vno instrumento sit expressa nedum dies, sed etiam hora, videretur illud præferendum,prout tenet Ias.& Moder.in d.l.1.ff. solut.matrim.Contrarium tenet Felin.in d.c.pastoralis.in vers.vnius horæ.de rescrip. cuius opinio est verior, per rationem suam,& clarius procederet, quãdo in talibus scripturis non soleret apponi hora. nam ista appositio insolita redderet scripturam suspectam,iuxta not.in cap. quàm

grauĩ.

graui.infr.de crim. falsi.Bald.in proœm.feud. cum simi. Nec Doct.allegati per Ias.dicunt in d.l. de rebus.illud ad quod simpliciter allegantur.

PRÆSVMPTIO XLIIII.

1 Præsumitur in dubio pro reo. Rationem habes ibidẽ. Ampliatur numer.7.cum seq. Limitatur nume.13. cum seq.

2 Actor licet successerit in ius alterius, si tamen succumbat, non excusatur ab expensis.

3 Iudicis officium magis exuberat in absoluendo: ideò absens absolui potest, si appareat de eius innocẽtia, licet non possit condemnari regulariter.

4 Vulneratus si quis fuerit ab vno plurium, & nescitur à quo, absoluendi sunt omnes, nec contra aliquem ipsorum procedendum est ad torturam.

5 Morientis exculpatio licet admittatur ad absoluendũ, non tamen admittitur morientis accusatio ad condemnandum.

6 Suspensus, si fracto laqueo cecidit in terram, præsumitur quòd miraculosè hoc factũ fuerit, si antequam suspenderetur fuit protestatus de innocentia: ideò venit absoluendus.

8 Crimen si fuerit probatum per duos clericos, & reus probauerit contrarium per duos laicos, fauore rei præualet probatio laicorum. Et quid in ciuilibus: num.9.10.

11 Accusator quando dicatur habere iustam causam litigandi, ita vt excusetur à præsumpta calumnia.

12 Reus absolutus à crimine, an possit agere contra accusatorem actione iniuriarum, ad damna, vel interesse, vel de falso, maximè si contra reum erant indicia sufficientia ad torturam.

14 Actori magis quàm reo fauetur in præparatorijs iudiciorum.

15 Reus potest suam ambiguam exceptionem interpretari, sicut actor suum libellum.

16 Actor & reus an in medio causæ sint æqualiter tractan-

di, ita quòd plus non faueatur vni quàm alteri.

17 Clerici litigantes in foro seculari, licet ligentur in ordinatiuis & præparatorijs iudiciorũ statuto laicorum, non tamen ligantur statuto, reijciente probationes.

18 Præsumptio est contra reum, in his quæ respiciunt fauorem animæ.

1 *QVadragesimoquartò. † In dubio fit præsumptio pro reo. l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. Et rationes istius præsumptionis ponit eleganter Aristo. in problem. par. 29. c. 13. Prima ratio est, quia actor semper potest & debet venire paratus. In reo verò non ita est, & ideò potuit fortè omittere aliqua spectantia ad eius defensionem: vnde fuit æquum vt in dubio pro eo præsumeretur. Probatur ista ratio in d. l. qui accusare. C. de eden. & 2. quæst. 8. c. sciant. & Specul. in tit. de præpar. iudi. §. 1. Et facit quod not. Barto.*

2 *in l. qui in alterius. per illum tex. ff. de reg. iur. † vbi licet actor successerit in ius alterius, tamen ista non est iusta causa excusandi eum ab expensis, quia debuit se præparare antequam veniret ad iudicium. facit quod notatur in c. 2. de dilat. vbi longiores dantur dilationes reo quàm actori. Et sic habes, quòd allegatio rei, qua dicit se non omnia dixisse, quæ ad causam suam spectant, sed aliqua per errorem vel obliuionem omisisse, est probabilis: pro quo facit tex. in l. minor autem magistratus. §. 1. ff. de minorib. Secunda ratio ponitur per eum, quia talis præsumptio suadet liberationem: ergo ista debet capi tanquam humanior. & hæc ratio optimè probatur in l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. Quòd autem sit humanior, ipse probat: quia in conflictu rationum melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare. l. absentem. ff. de pœnis, l. inter pares. de re iudic. Adde pro ista ratione primò quod no. But. in c. veniens. col. 1. post Io. And. de accus. & Barth. Veron. consil. 41. licet inuitus, col. fin. vbi dicit,*

3 *† quòd officium iudicis magis*

exuberat

exuberat in absoluendo: & propterea licet absens non possit condemnari. d. l. absentem. tamen si apparet de innocentia, potest absolui. Secundò adde, quòd † si inter plures personas aliquis fuit vulneratus, & fortè appareat vnum vulnus illatum, & nescitur quis fecerit, sint omnes absoluendi. d. l. absentem. & ita tenet Petr. Iac. in libello de actio. l. Aquiliæ. in versic. ex prædictis. Dic vt habetur per Alb. de Ros. in l. fin. ff. de sicarijs. & quod not. Imo. in c. I. de offic. deleg. Imò contra tales non erit neque procedendum ad torturam, secundum Alex. cons. 14. in 3. vbi † ampliatur et si mortuus inculpasset aliquem, quia licet attestatio morientis admittatur ad absoluendum, secundum Bald. in l. I. C. communia de leg. per l. Paulus. §. I. ff. de bon. liber. non tamen admittitur ad condemnandum, prædicta ratione, & etiam alibi diximus. & ita limitatur quod not. Angel. de Aret. in tractat. malef. in verb. fama publica. in 17. col. vers. quid autem, si sint quinq;. de quo etiam per Do. in d. l. si quis in rixa. ff. de sicarijs. Alex. cons. 15. in I. Tertiò adde † quod notat Lucas de Pen. in l. I. C. de deser. lib. 12. col. 9. vbi si dum damnatus ad mortem suspenderetur, fracto laqueo cecidit in terram, præsumendum est factum miraculosè, vnde est absoluendus, si ipse erat protestatus de innocentia. refert & sequitur Decius in d. l. fauorabiliores. Et sic istæ rationes Aristot. sunt bonæ. Sed tu adde tertiam rationem. Nam actor qui agit contra reum, in effectu arguit eius delictum vel culpam seu noxam, ex quo aliàs reus non compelleretur suscipere iudicium. l. si reus paratus. ff. de procu. §. fi. Instit. de perpet. & temp. actio. Sed ista culpa seu mora non præsumitur, nisi clarè probata. d. l. meritò. ergo in dubio pro reo præsumendum est, qui habet præsumptionem illam pro se. † Ampliatur ista præsumptio, vt procedat etiam in reo qui per accidens est actor: veluti quando reus intentaret remedium, de quo in l. diffamari.

4

5

6

7

C. de

C.de ingen.manu. putat si peteret imponi silentium alicui qui prætendit se creditorem, vel peteret cancellari instrumentum, secundum But.in c.in præsentia.in 6.col.de prob. bat.& per Moder.in c.ex literis.eo.tit. Ampliatur & secundò, vt talis præsumptio procedat, dato quòd pro actore 8 essent clariores testes. Et propterea † si pro parte accusatoris probatum sit crimen per duos clericos, & pro parte rei sit probatum contrarium per duos laicos, fauore rei præualebit probatio laicorum, secundū gl. in c.clerici.8.distinct. Bald.in l.data opera.C.qui accus.non pos.Rom.in l.1.§.fi. & in l.illa.ff.de verb.obli.Moder. in l. qui accusare.C.de 9 eden. Et illam † gloss.intelligunt Moder.in d.c.ex literis. procedere in causis criminalibus, secus in ciuilibus. Et ratio est, quia in criminal. vltra præsumptionem quæ generaliter est pro reo, concurrit etiam præsumptio quòd quis non deliquerit.d.l. meritò. quæ præualet. Sed certè ista ratio procedit etiam in ciuilibus, quia reus delinqueret retinendo rem alienam, regula, peccatum.de reg.iur.in 6. Nec obstat glo.in c.monachus.in verb.quorum.in 6. distinct.quæ vult, quòd tantum valet testimonium quatuor clericorū, quantum sex laicorum: quia illa gl.non probatur iure. Et dato quòd sit vera, erit tamen arbitrarium iudici qui hoc ponderet perscrutata qualitate personarum.l.3.ff. de test. & in dubio præualebit præsumptio oriens pro reo, præsumptioni orienti ex præsumpta probitate clericorum, se- 10 cundum gloss.in d.c.clerici. Ampliatur & tertiò, † vt ita præsumatur pro reo, quòd talis præsumptio operetur contra ipsum actorem, vt præsumatur temerè & per calumniam litigasse, & consequenter condemnetur in expensis, iuxta l.eum quem temerè.de iudi.& notatur in l.properandum.§.sin autem alterutra.C.de iudi. Quod intellige, nisi 11 actor habuerit causam iustam litigandi. Et † dicitur accusator habere iustam causam, quando saltem habet indicia

cia sufficientia ad torturam contra reum: vnde tunc excusaretur à præsumpta calumnia, secundum Angel. in l. vacantia. in 6. quæst. C. de bonis vacan. lib. 10. Et ista decisio videtur confundere illud quod notat Alex. consili. 11. incipien. circa primum dubium. in secundo dub. in 1. volu. vbi dicit † quòd reus, qui fuit absolutus, potest agere actione iniuriarum & ad damna & interesse, vel de falso contra accusatorem. & loquitur Alex. in casu quo reus fuerit positus ad torturam, & purgauerit indicia, & sic loquitur in casu quo prius extabant indicia, ex quo aliter non potuisset torqueri. l. milites. C. de quæst. & ita reprobat eum Picus in d. l. qui accusare. Sed ego intelligo decisionem Ang. in d. l. si vacantia. procedere respectu iudicis, ne teneatur in syndicatu, non autem respectu accusatoris. Et ratio differentiæ est, quia accusator non debet deferre nisi delictum quod potest probare. C. ad l. Iul. maiesta. & d. c. si autem. 2. quæst. 6. Sed iudex eo ipso quòd habet sufficientia indicia, debet procedere aduersus reum: vnde plus succurritur ex necessitate agenti. l. fi. §. iudicandi. ff. de mun. & hon. l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisdare cog. † Limitatur hæc conclusio primò, vt non procedat quando actor ageret pro causa fauorabili seu pia. c. fi. de re iud. quia earum fauor præualet fauori rei, vt ibi probatur. & in l. inter pares. ff. de re iud. & d. l. Iulia. ff. de manumiss. in l. si pars. ff. de inoffi. test. & per Moder. in d. c. ex literis. de quo dic vt suprà tetigi. Secundò † limitatur, vt non procedat ista regula in præparatorijs iudiciorum, quia in illis magis fauemus actori quàm reo. l. si quis intentione. ff. de iudi. l. de die. vbi Doct. ff. qui satisd. cog. & l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obli. Sed contra istam declarationem adducuntur aliqua fundamenta per Moder. in d. l. de die. & in l. exigendi. in 4. col. C. de procur. Et mihi non placet ista limitatio, quia rationes istius regulæ generaliter procedunt: & tex. in

12 13 14

d. l.

d.l.fauorabiliores.non videtur commodè pati istam restrictionem, quicquid etiam dicant Doct. in cap. cùm sint iura partium. de reg.iur. in 6. Non obstat d.l. de die. vbi stipulatio recipit diem ex potestate actoris: quia istud non est, quôd actor in præparatorijs sit fauorabilior reo, sed quia natura stipulationis hoc importat: cùm enim alijs promittit iudicio sisti, censetur promisisse sistere vsq; ad finem litis. l. Græcè. §. & post litem. ff. de fideiusso. Sed quia interim posset esse graue promissori si finis litis diutius protelaretur, vel peteretur quòd sisteret aliquo tempore importuno, iudex ipse moderabitur spacium: & actor stipulans non propter hoc censebitur sibi præiudicasse, quin tamen in potestate sua sit agere. l. 1. C. vt nemo inuit. Non obstat d.l. si quis intẽtione. quia quamuis actor ibi declaret libellum suum ambiguum, non tamen propter hoc videtur fauorabilior reo, ex quo † etiam ipse reus declarat exceptionem suam ambiguam, vt ibi habetur. & per Barto. in d.l. is qui reus. in penult. col. ff. de publ. iudi. & in d.l. inter stipulantem. §. 1. in 2. col. dum allegat l. certum. ff. de confess. Non obstat d.l. inter stipulantem. §. 1. quia ille tex. procedit speciali ratione ibi aßignata per Iurisconf. non autem quia in ordinatiuis plus faueamus actori. Tertiò † limitatur in medio causæ, quia tunc æqualiter tractamus & actorem & reum, non autem plus præsumimus pro reo, secundum Doct. in d.l. de die. & d.c. cùm ad sedem. de restit. spol. Sed contra hanc opin. obstat, quia reus non tenetur edere actori ad probandũm eius intentionem, & tamen actor tenetur edere reo ad probandum eius exceptionem. l. non est nouũ. C. de eden. & ibi ita inquit Ias. & etiam in d.l. de die. Sed ad istud argumentum respondent Moder. quòd istud est in probationibus quæ non vidẽtur simpliciter respicere media causæ, sed etiam decisionẽ, ex quo actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. Cõfirma istam solutionem,

(margin: 15, 16)

tionem,† quia licet clerici in præparatorijs & ordinatiuis ligentur statutis laicorum quando litigant in foro seculari, secundum gl. & Doct. in c. quod clericis. de foro compet. tamen non ligarentur statuto reijciente probationes, quia tales respiciunt decisionem, secundum Cald. qui ita disputauit, quem refert Salicet. in Authent. cassa. in 3. col. C. de sacrosanct. eccle. per Doctor. in c. ecclesia sanctæ Mariæ de const. quia quamuis ista solutio sit satis bona, tamen ista limitatio etiam ipsa nimis restringit regulam d. l. fauorabiliores. cuius verba possunt comprehendere etiam istam responsionem: vnde teneas regulam generaliter, quòd in dubio præsumimus potius pro reo. Si verò sumus in casu claro, tunc cessat præsumptio. nam aliquando ex aliqua speciali ratione reperitur in iure constituta differentia inter actorem & reum, vt per Iason. in d. l. de die. Sed illi casus non propter hoc tollunt regulam, quæ in dubio procedit. Quartò † limitatur in foro animæ, quia tunc fit præsumptio contra reum: quia talis via est tutior pro salute, vt per glo. in c. de scrut. de quo suprà dixi in prin. regulæ. & per Moder. in d. c. ex literis. in 3. col. Et ista limitatio optimè quadrat ad tertiam rationem suprà per me relatam. & procedit nedum simpliciter in foro animæ, sed etiam in foro canonico quò ad pœnam suspensionis ab altari. cap. presbyterum. c. significasti. 2. & c. ad audientiam. infrà, de homic. de quo per Comen. consil. 134. visis denunciationibus. in 5. colum. Quintò † limitatur, vt non procedat, quando est dubietas super iurisdictione, & iudex ante eam fundatam cognoscit, vt est gl. in c. cùm contingat. in 3. glo. de rescript. per Alex. & Moder. in d. l. de die. in fin.

17

18

19

PRÆSVMPTIO XLV.

a Præsumitur in illam partem per quã pœna euitatur. Declaratur nu. 7. & seq.

a Pœna

2 Pœna si fuerit apposita in contractu ex parte vnius, an præsumatur actum vt etiam alter teneatur.

3 Venditor si statim rem venditam accepit in emphyteosim, & deinde actor fecit pactum de luendo intra certum tempus, & emphyteota cessauit à solutione canonis, ita quòd cecidit à contractu emphyteotico, an etiam ceciderit à pacto luendi.

4 Exclusus ab vno capite contractus, non censetur exclusus ab alio.

5 Dispositio principalis licet extendatur, non tamen fit extensio quò ad pœnam. Intellige vt nu. 6.

8 Legis illa interpretatio quæ est benignior, licet præualeat, tamen in primis debet inspici & attendi verborum proprietas.

9 Condemnatus simpliciter ad pœnam capitalem, intelligitur de exilio & de excommunicatione, si condemnatus sit clericus. & nu. 10.

11 Infamiæ pœna an dicatur capitalis. & nu. 14.

12 Vasallus sicut amittit feudum si non defendit vitam domini, ita si non defendat eius famam.

13 Vitæ & famæ periculum æquiparatur.

15 Manus si cui amputanda sit, intelligitur de debiliori vel arida.

1 *QVadragesimoquintò. † Præsumitur semper in illam partem, per quam pœna euitatur. l. semper in obscuris. ff. de reg. iu. l. proximè. ff. de his quæ in testa. delentur. Raph. Cuma. consi. 134. in vlt. col. Et ideò † si in contractu* 2 *pœna sit pro parte vnius apposita, non præsumitur actum vt etiam alter teneatur, secundum Bal. in c. 1. qualiter dominus propriet. feudi priuetur. Et eodem modo substitutio quæ de vno casu ad alium extenditur, non habet locum si pœna apponitur. l. pater Seuerinam. vbi Bart. ff. de cond. & demon. gl. in Cle. 2. in verb sanctioni. de vit. & hon. clери. de quo per Moder. in c. secundò requiris. de appell. Et hæc faciunt ad quæstionem: † Aliquis venundedit domũ,* 3 *& incontinenti recepit in emphyteosim, & deinde emptor fecit*

fecit pactum de luendo intra certum tempus: iste emphyteota cessauit à solutione canonis, ita quòd cecidit à contractu emphyteotico, an etiam censeatur cecidisse à pacto luendi? Et And. Sicul. cons. 51. scripsit sapienter. in prima parte concludit quòd nō: quia istud cadere à contractu emphyteotico, est quid pœnale, ergo nō debet præsumi actū vt talis pœna procedat ēt respectu pacti de luendo, præsertim q̃a pœnæ non habent locū nisi à iure expressæ. §. cùm igitur. in Authen. de non elig. secundo nub. l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & per eandē rationem idem secuti sunt aliqui Mod. in l. in bonæfidei. C. de pact. & est de mente Ias. in l. 2. in 2. col. C. de iu. emph. Contrariū tenet Barth. Vero. in tract. de simula. contractuum. in 2. præsump. in vlt. col. in casu quo tale pactum esset appositū contractui emphyteotico: ergo si cadat ab emphyteosi, cadet ēt à pacto. Et istam rationem fecit ēt Ias. in d. l. 2. Sed tu tenendo primā opin. quæ videtur æquior, responde, ꝙ pœna respiciens ipsum contractum emphyteosis, nō debet trahi ad istud pactū luendi, per notata in d. l. in testamēto. cū si. Et licet tale pactū poßit dici pars contractus, istud est per fictionē. l. lecta. in verbo, inesse videntur. ff. si cer. pet. Nā propriè loquendo est contractus de per se, iuxta gl. in l. 1. ff. de act. & oblig. quæ proprietas debet attendi, præsertim vbi agitur de euitanda pœna, vt per Bal. in l. cùm proponas. col. fi. C. de hær. insti. & in c. 1. in fi. de milite vasal. qui contu. est. Cùm ergo propriè loquendo sunt duo cōtractus, pœna vni apposita non debet trahi ad aliū. fa. l. iurisgentiū. §. adeò. ff. de pact. Item, † quia exclusus ab vno capite contractus, non censetur exclusus ab alio, secundū Bal. in l. 2. in 8. q. C. de rescind. vend. Imò plus ego crederem, ꝙ iste dominus non teneretur vigore talis pacti, nisi ad transferendum directum dominium, reseruato vtili quod fuit consolidatum: quia illud pactum in luendo intelligitur secundū tempus contractus, & sic de directo tan-

4

tùm separato abutili: non aũt debet extendi ad ius interim quæsitum. l. Rutilia Polla. ff. de contrahẽ. empt. præsertim ex culpa ipsius paciscentis: nã ex quo incontinenti fuit factus contractus emphyteoticus, satis arguitur mens contrahentiũ, ut emptor haberet solũ directum dominium separatum abutili. arg. l. si ventri. §. fi. ff. de priuil. cred. Ad supradicta et facit quod no. Io. And. & Gemi. in c. dispendia.
5 de rescrip. in 6. ubi licet † dispositio principalis extẽdatur, nunquã tñ fit extensio quò ad pœnã, quia non præsumitur talis fuisse intentio disponentis. sequitur But. & Imo. in c. fi. de rescr. Abb. in c. 1. col. fi. de loca. Gemi. in c. si fortè. col.
6 2. de elec. in 6. Lãc. Dec. in l. 1. C. de in ius voc. Quod † intellige, nisi essemus in æquiparatis à regula iuris aliqua, iux. no. in l. si quis seruo. C. de fur. cũ concor. per Mod. in Auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. & ita intelligo gl. in c. 1. in gl. pen. suprà, de postu. præla. de qua per Moder. in c. nam concupiscentiam. in 2. lect. de const. † Declara supradictam
7 præsumptionẽ, ut procedat in dubio: aliàs si casus esset clarus, puta q̃ proprietas verborũ importaret pœnã, tunc staremus proprietati. l. cùm lege. ubi Aret. ff. de testa. & quod not. Cal. cons. 1. de consang. & affin. & per Moder. in l. semper in obscuris. in ult. col. ff. de reg. iu. Confirmatur ex doctrina Abb. in c. 1. de const. ubi dicit, ꝙ † licet in dubio præ-
8 ualeat illa interpretatio legis, quæ est benignior, tamẽ in primis debet attendi proprietas verborum, secundũ gl. in l. nõ possunt. ff. de legi. & per Dec. in d. c. pen. col. vers. tertia conclusio. Intellige hanc declarationẽ, ꝙ fiat lata interpretatio quatenus verba important, quando oĩa possunt commodè interuenire: alioquin si unum tantùm significatum adaptari posset, intelligeretur de leuiore. Et † propterea si
9 quis condemnetur simpliciter ad pœnam capitalẽ, intelligetur de exilio, ut per Abba. & alios in c. quanto. inf. de iureiur. gl. in l. 1. in verb. capitalis. C. ne hære. vel Iudæ. man.

Ang.

Ang, de Aret. in tract. malef. in verb. & caput ab spatulis. Aret. in c. qualiter & quando. §. fi. in 3. col. de accus. Rim. in l. transigere. in 4. col. de transact. Alex. cons. 104. limitando etiam vt per Imol. in l. 2. de publ. iud. Et si † condemnatus esset clericus, intelligeretur de excommunicatione, secundum Picum in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. pro quo facit tex. in c. 1. secundum vnum intellectum. inf. de homic. Adde quòd videretur, † quòd imò satis esset pœna infamiæ, quia talis dicitur capitalis. Vnde infert And. Sic. in addit. ad Bal. in c. 1. in prin. quibus mod. feu. amit. quòd † sicut vasallus amittit feudum, si non defendat vitam domini, ita etiam si non defendat eius famam: quia † periculum famæ, æquiparatur vitæ. l. iusta. ff. de manumissis vind. Sed tu † tene cõtrarium, per supradicta: & quia causa famæ non propriè dicitur capitalis, nec propriè æquiparatur vitæ, vt probatur in l. si adulterium cum incestu. in fi. ff. ad l. Iul. de adult. ibi, cuius famæ multò magis quàm vitæ parcendum est. Et propterea non teneo illam decisionem Añd. Sicul. quæ etiam est nimis inhumana. Comprobatur prædicta declaratio per gl. in Auth. sed nouo iure. C. de fur. vbi si † quis sit condẽnatus in amputatione manus, intelligitur de debiliori: imò si reus haberet vnam aridam, illa esset amputanda, secundum Iac. But. Alb. de Ros. Sal. & Pau. Ca. in d. Auth. sed nouo iure. Alber. de Ros. in tertia parte statutorum. q. 60. Et dicit Io. And. in addi. Spec. in Rub. de pœn. quòd hæc est communis doctrina, quicquid teneant Bar. Cy. & Bal. in d. Auth. de quo etiam per Ang. in tractatu, in verb. quis non soluerit. in 1. col. Idem etiam tenet Ange. in l. 3. §. Labeo. per illum tex. ff. arborum fur. cæs. & Maria. Socin. in c. sicut Iudæi. in 5. colũ. de Iudæis. vbi allegat text. 1. quæst. 1. c. sicut vrgeri.

10 11 12 13 14 15

FINIS.

TRACTATVS DE PRAESVMPTIONIBVS IVRIS tantum, & de Iure, excellentissimi vtriusque Iuris Doctoris Domini Henrici Boich.

1 Delinquendi non malus animus, circunstantijs coniiciendus.
2 Crimine sine circunstantijs inexcusabilis.

SICVT NOXIVS. Super gloss. fin. Si quæras, † vtrū omne maleficium, præsumatur malo animo actum, vel nō, distingue, aut huiusmodi præsumptio potest tolli ex varijs circunstantijs, seu verisimilibus coniecturis ipsum animum excusantibus, & tunc non præsumitur malo animo, factum, vt patet. 22. qu. 2. quod ait. & c. ne quis arbitretur. de con. di. 4 solet ita. ff. de act. & obli. l. 4. §. verborum. ff. de iure iur. l. illud. §. pen. 15. dist. illud. de sent. excom. c. illud. Aut non est † aliqua, circumstantia, seu verisimilis coniectura, per quam maleficium, poßit tolli. per quam animus facientis valeat excusari, & tunc semper præsumitur contra malefactorem, de malo animo, vt ff. ad l. Aquil. l. item si obstetrix. §. cum l. seq. hoc autem arbitrabitur bonus iudex, secundum Go. Innoc. Ho. & Io. And. hîc. & idem Archid. 1. dist. eum, qui. vbi de hoc.

1 Possidenti succedi.
2 Filiationem successurus probet.
3 Testamentorum duorum, vtrum potior.

AFFERTE. Ad declarationem glo. vlt. in fi. si quæris, quando vtraq; mulier, quarum quælibet, † vendicat puerum in filium, lite pendente, moritur, cui earum

puer

puer succedat, distingue aut altera tantū erat in possessione filij seu filiationis, & illi succedet. arg. Inst. de interdictis. §. commodum. & ff. de probat. ei qui dicit. secundum Vincen. & Laur. Ber. & Hostien. hîc. Aut neutra † erat in possessione filij seu filiationis, & tunc si vellet succedere alicui illarum, oporteret se probare filium eius, per l. alle. ei, qui dicit. ita di. Bar. Brixien. in q. dominicali, quæ incipit: cùm duæ mulieres. dicens etiam quòd similis est quæstio, si duo ostendant duo testamenta eadem die confecta, & in vno sit institutus vnus & in alio † alius. nam dicit post Hugon. quòd si inter se agant, melior est conditio possidentis. Sed si contra tertium agant, vel obtineant, quasi diuersæ scripturæ ab eadem parte prolatæ, secundum eum per hoc, quod scripsi suprà, tit. proxi. imputari. in fi.

2

3

1 §. Vetare sensus.
2 Tacens quando, an non, consentiat.
3 Regulam, qui tacet, &c. variè restringi.
4 Præsens tacens in quibus, an non, consentiat. & 5. 7.
6 Præsentem tacentem in exprimendis non consentire.
8 Tacens fraude consentit.
9 Tacens in iudicio quando, an non, consentiat. & 11.
10 Cap. si præstitum explicari.
12 Tacens obligandus non consentit.
13 Tacens quando alienationi consentiat, an non.
14 Tacentem liberationi non absentire.
15 Tacentem delicto quod vetare potnit, obligari.
16 Delicto multo quis tacens consentiat.
17 Negato vno, an reliquo tacens consentiat. & 18. & 19. & 20.
21 Regulam qui concedit maius limitari.
22 Cap. nónne explicari.
23 Regulæ, qui tacet locus.
24 Tacentem in damnosis non consentire.
25 Consentientem tacitè discessui eum non punire.
26 Alienata tacente capitulo reuocabilia.
27 Monachum tacente episcopo non posse exequi.

8 Pœnam ex inutili contractu non deberi.

NONNE BENE. *Si quæras, vtrum qui tacet, consentire videatur. Accur. distinxit. ff. de procura. l. filiusfamiliàs. §. inuitus. Aut tractatur de aliquo obligando, aut de præiudicio parendo. In primo casu habet locum illud generale, qui tacet, nō consentit. Sed fallit in quibusdam casibus ibi notatis. In secundo casu habet locum contrarium, scilicet qui tacet, consentit. Sed ista distinctio videtur calumniari per l. ff. de furt. l. qui vas. §. vetare.* 1 *† vbi non tractatur de aliquo obligando, sed de præiudicio parendo, & tamen habetur pro dissentiente. Sed ad hoc respondēt quidē dicentes, quòd cùm tractetur de præiudicio parando debet subdistingui, aut ambo sunt in pari causa, & tūc habet locū dictum illius gl. Si sint in dispari causa, vt* 2 *† quia vnus in dolo, alter in culpa. tunc ille non habetur pro consentiente, qui est in culpa. vt in d. §, vetare. sed ad hoc obstat. ff. de pig. ac. l. Caius. Præterea vbi tractatur de aliquo obligando, tacens habetur pro consentiente, vt ff. mandati. l. qui patitur. & l. qui fidem. Item pro hoc & cōtra dictam distinctionem facit expressè. ff. de fideiuss. tut. l. cùm ostendimus. §. vti. Sed Dyn. videtur dicere, aut tractatur de aliquo obligando, aut de præiudicio parando, vt dixi sup. secūdum Accur. Sed in primo casu videtur subdistinguere, aut tractatur de obligando alio extra personam tacentis, vt in primo casu habeat locū regula, qui tacet, cōsentire videtur. ff. de reg. iu li. 6. In secundo casu secus, vt ff. de re iud. l. tūc aūt. & ff. de arbi. l. sicuti. In secūdo casu subdistingue, prout no. ff. de pign. ac. l. nā si contradicendo. poterat impedire actū qui agebatur tunc tacens videtur consentire, vt ff. de pig. l. fideiussor. §. pater Seij. Si verò* 3 *† contradicendo nō poterat impedire tunc tacere aßimilatur cōtradictioni, vt in d. l. Caius. & de leg. 2. l. Titia. §. Lucia. & de re iudi. l. sæpè. Quidam verò Doctorum iuris ciuilis, vt Ia. de Ra. expediunt*

diunt istam materiam per regulam, & exceptiones à regula, & dicunt, quòd regula est, qui tacet, non consentit, nec dissentit, vt in regula, qui tacet. † *Sed hæc regula fallit in* 4 *quibusdam casibus singularibus, in quibus qui tacet, videtur consentire. Quandoq; ratione coniunctionis, & communionis actionis, vt ff. sol. matri. l. 2. voluntatem. Quandoq; ratione coniunctionis tantùm, vt ff. de adop. l. in adoptionibus. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. si seruus. Quandoque fauore publicæ vtilitatis. ff. ad munic. l. 2. Quandoq; fauore pupilli, vt ff. de fideiuss. tu. l. 4. §. fin. Quandoq; fauore vtilitatis eius, in cuius præsentia negocium agitur, vt ff. manda. l. qui patitur. & l. qui fidem. Quandoque fallit fauore matrimonij, vt C. de nup. l. 5. & ff. de sponsa. l. in sponsalibus. §. 1. & l. sed ea quæ patris. Quandoq; fauore clericatus, vt C. de epis. & cle. in Auth. si seruus. Quandoq; fallit odio probibere cessantis, vt ff. de noxal. l. 4. C. de commer. & merc. l. 2. lib. 10. Quandoq; odio fallentis, vt C. ad Vellei. l. fine. Petrus verò de Bel. perti. distinguit, inter iudicia, delicta, & contractus. In iudicijs dicit habere locum. ff. de re iudic. l. sæpè. In delictis dicit habere locum. §. alleg. vetare. In contractibus subdistinguit inter contractus, in quibus requiritur expressus consensus* † *& alius in quibus suffi-* 5 *cit, tacitus. In primo casu non sufficit tacere, ita, quòd qui tacet, non consentit, vt ff. de aut. tut. l. 1. 2. & 3. In secundo casu distinguit, aut præsens tenetur consentire, tunc in dubio consentit, vt C. de acquirend. posses. l. 2. Si non tenetur, consentire tunc refert, aut non potest contradicere, & non videtur consentire, vt ff. loca. & conduc. l. qui ad certum. Sed fallit in filia, cuius pater dotem repetit, vt in dicta l. secunda §. voluntatem. Aut potest contradicere, & tunc aut tacet in fraudem, & videtur consentire, vt in d. l. si sine. Aut sine fraude, & tunc aut credit ius suum vbiq; durare, & tunc non videtur consentire, vt ff. quib. mod.*

pign. vel hypo. solu. l. sicut. §. non videtur. Aut non credit ius suum vbiq; durare, & tunc non videtur consentire, vt C. de remis. pig. l. 1. & 2. & fi. secundum Pet. prædictum. Doctores verò iuris canonici communiter dicunt, quòd in facto appetibili, vel honorabili, seu meritorio, qui tacet consentire videtur, vt in regula iuris, qui tacet. cum suis concor. aliàs secus. & ita not. Inno. suprà, de elect. in Gene. gl. licet collacta. & etiam Host. idem Comp. eo. tit. quia propter. & Ioan. Andr. infrà, de elect. sicut cùm per formam. super verbo, per vnum. li. 6. & de reg. iur. c. is, qui tacet. eo. lib. & Archid. 54. dist. si seruus sciente. in glo. adde dicas, quod non contradictio, &c. & Card. in d. c. qui tacet. & de elect. cupientes. lib. 6. & Guil. de Montelau. in extrauag. Io. 22. suscepti regiminis. super verbo, voluerit. Ego verò Henricus nullam prædictarum opinionum reprehendens, credo sic probabiliter posse dici, Si quæratur nunquid præsens, seu sciens, & tacens consentire videtur, refert aut taciturnitas, quæ est medium inter duo extrema, scilicet consensum, & dissensum non inducit effectum proprium, & separatum ab altero, extremorum scilicet, quòd vbi tacens non reperitur consentire, quod dissentiat, vel econtrà. Aut taciturnitas inducit effectum proprium, & separatum ab altero extremorum, seu ab effectibus alterius extremorum. In primo casu refert, aut tacens nedum tacet, sed gerit, vel agit aliquid in ipso actu gerendo, aut non. Si sic, tunc dic, vt dixi suprà, de transac. ex literis. Si non agit aliquid in ipso actu gerendo, sed solùm tacet, tunc aut tacet simpliciter, aut de duobus sibi propositis, & illatis respondet ad alterum illatorum, vel de duobus suæ dispositioni subiectis super altero tantū statuit & disponit. In primo † casu refert aut agitur, & tractatur de actu, qui requirit expreßionem verborum, & expressum cōsensum, & vbi verborum expreßio est necessario, vt in stipulationibus.

5

nibus, & tunc tacens non consentit, sed potius dissentit, vt ff. de legat. 1. l. si ita legatum. §. illi si volet. & de verb. oblig. l. centesimus. §. fin. de ritu nupt. l. in eo iure. §. deinde ait lex. de auto. tut. l. 1. in fi. & 2. & 3. & in hoc concordat Pet. vt suprà patet. & hoc innuit glo. de reg. iur. l. qui tacet. lib. 6. item Instit. hæred. &c. & pro hoc faciunt ea quæ leg. & not. inf. de spon. & matri. c. fi. inter vir. & vxor. c. cùm apud. & c. tuæ. De hoc etiam potest ponere exemplum in seruitutibus † constituendis, vbi nudus consensus non sufficit, sed oportet stipulationem, vel alium contractum nominatum interuenire, vt Instit. de seruitu. §. 1. & ff. de vsufruc. l. 3. §. 1. hoc supposito facit. ff. de serui. vrba. præd. l. intuitu. si serui. vend. l. si cùm mens. & hoc idem potest dici in seruitute amittenda, vt ff. quemadmo. serui. amittatur. l. si stillicidij. ibi permisero, innuens quòd nisi exprimeret, ius non amitteret seruitutem. cum gl. ibi pro hoc facit ff. communia prædio. l. si precario. licet ibi in fi. sit gl. in contrarium. Item pone exemplum infrà, de his quæ fiũt à præla. sine consen. ca. c. 1. cum no. in c. 2. Est & aliud exemplum. 65. dist. si fortè. vbi de hoc per Io. in gloss. fin. Aut agitur & tractatur de actu, qui non requirit expreßionem verborum, & vbi verborum expreßio non est necessaria. & tunc aut tractatur de consensu furiosi, aut de consensu hominis sanæ mentis. Si de consensu furiosi tunc aut est tale negocium, quòd si esset sanæ mẽtis, contradicere non posset, & tunc habetur pro consentiente, vt ff. solut. matri. l. 2. §. voluntatem. Aut tale negocium, quod si esset sanæ mentis, contradicere posset. & tunc subdistingue, aut est tale negocium, quod consensu contrahitur, & in quo requiritur consensus, & tunc habetur pro dissentiente, vt ff. loca. & condu. l. qui ad certum. Aut est † tale negocium, quod solo consensu contrahitur, & in quo non requiritur consensus, & tunc habetur pro consentiente et sic obligatur, vt ff. de neg.

6 7

gest.l.ait prætor.§.curatori.de actio. & obli.l.furiosus. Si tractetur de consensu hominis sanæ mentis, subdistingue, aut tacens tenetur consentire, aut non. Si tenetur consentire, tunc habetur pro consentiente, vt C.de acqui.po.l.2.in fi.ar.ff.de acqui.pos.l.fundi.cum ibi not.ad idem quod no. Host.inf.de priuile.antiqua.in prin. ibi vniuersali synodo approbante, &c. vbi dicit, quòd vniuersalis synodus approbat statuta in ea, eo ipso quòd nullus contradicit 31.di.Nicena.ff.manda.si remunerandi.§.2. Si non tenetur † consentire, tunc refert, aut tacet in fraudem & animo decipiendi, & tunc videtur consentire, & sibi præiudicat. argu. ff.ad Vellei.l.si decipiendi.C.ad Vellei.l.si sine. & C.si res alie.pig.da.sit.l.2.& in hoc concor.Pe.vt suprà patet. Aut tacet sine fraude, & non animo decipiendi, & tunc aut tractatur de commodo illius, qui tacet & tunc consentire videtur, vt ff.man.l.qui patitur.de reg.iur.l.qui non prohibet.& l.qui tacet.& ita intellige opi.prædictam Inn.& suorum sequacium, & quod le.& no.27.di.c.1.in glo.fin. Aut tractatur de incommodo illius qui tacet, & tunc aut taciturnitas interuenit in iudicijs, aut interuenit in contractibus, aut interuenit in delictis. † Si in iudicijs, tunc aut tacens, est in iudicio, sicut pars, seu obtinens vicē partis, aut non. In primo casu refert, aut tacēs super sibi oppositis, seu propositis non est interrogatus, nec iussus respondere. Aut est interrogatus, sed nō est iussus respondere, aut est interrogatus & ēt iussus respondere. In primis duobus casibus tacens, non habetur pro consentiente nec pro dissentiente, vt patet de primo in illo, cōtra quem petitio est edita in iudicio, vt C.de lit.contest. Auth.offeratur.3.q.3.ca. induciæ.§.offeratur.sup.de libel.obla.per totum.& in illo contra quem fiunt positiones, qui eo ipso non habetur pro consentiente, nec pro dissentiente. De secundo patet etiam inf.de confes.c.si post præstitum.ibi, interrogatus iussuꝫ

8 9

lib.6.q.d.secus,si solùm interrogatus & non iussus. vbi de hoc per Guli. & Io.And.In tertio casu refert,aut est interrogatus, & iussus per iudicem respondere, aut est interrogatus,& iussus per alium quàm per iudicem. In primo casu refert,aut est magis damnosum tacenti, quòd habeatur pro consentiente,quàm pro dissentiente, & tunc habetur pro consentiente,vt in c.alle.si post præstitum. vbi hoc no. Gu.& Io.An.pro hoc.C.de iura.calum.l.2.§.quòd si actor. sup.de iur.calum.c.fi.in fi. Aut est magis damnosum tacenti,quòd habeatur pro dissentiente, quàm quòd habeatur pro consentiente, & tunc habetur pro dissentiente seu negante,vt ff.de inter.ac.l.de ætate.§.qui tacuit.& l.si alienum.& de procur.l.non solùm. in prin. & sic illud extremum accipitur contra tacentem quod est magis damnosum tacenti,secundum Gul.& Ioã. And. in c.alle.si post præstitum.Si est interrogatus,& respondere iussus per alium, quàm per iudicem puta per partem aduersam, vel etiã per nuncium iudicis citantem,tunc non habetur pro consentiente,nec pro dissentiente,vt probatur in c.alle.si post præstitum,† ibi quando dicit,interrogatus iussusq; à iudice. q. d.secus si ab alio,quod dic,vt ibi no.Gul.& Io.And.in secundo casu,scilicet,quando tacens est in iudicio non sicut pars seu altera partium, tunc aut tacens est ille nomine cuius agitur in iudicio,vt v.g. dominus videt causam suo nomine agi,vel defendi in iudicio per falsum procuratorẽ, & non contradicit,sed tacet, & tunc habetur pro consentiente.Nam de voluntate sua præsumitur falsus ille procurator agere vel defendere,cùm poßit dominus præsens eũ prohibere,& non prohibet.ff.de re iud.l.sæpè.Vude contra eum mandabitur sententia executioni,cùm credatur, eius mãdato agere,vel defendere,vt ff.de re iud.l. 4. quod dic, vt no.Inno.& Host.suprà,de rescrip.cap.ex parte Decani. glo.2.& de offic.deleg.cùm in iure. & Gul. inf. de procur. 10

c.qui

11 c.qui ad agendum.glo. 2. lib.6. Aut tacens † est in iudicio non vt pars, nec vt ille, cuius nomine agitur, sed alias: & tunc tractatur de aliquo tacente personaliter obligando, & tunc credo, quòd tacens non habetur pro consentiente. ar. l. alle. filiusfamiliàs. §. inuitus. ff. de procur. C. de procur. l. inuitus. Quæ iura possunt intelligi nedum in contractib. sed etiam in iudicijs. & est casus expressus in iudicijs. ff. ex qui. cau. in po. eatur. l. hæc autem. §. sin autem. ver. si autẽ negent. ibi, aut non negent, sed tacent, &c. nisi fortè in casu & fauore publicæ vtilitatis. arg. ff. ad munic. l. 2. & de fideiu. tu. l. cùm ostendimus. § final. pro quo no. per Gul. de Mon. lau. extrà de procur. c. 1. super verbo, videaris. in Cle. Aut tractatur de aliquo præiudicio tacenti parando in iure suo, & tunc aut tacens habet causam ab eo, qui deducit rem in iudicium, & tunc videtur consentire, & sibi præiudicat, vt ff. de re iud l. sæpè §. sed scientibus. Aut tacens non habet causam ab eo, qui deducit rem in iudicium, & tunc non videtur consentire, nec sibi præiudicat, vt in d. l. sæpè. 1. responso. & infrà, de re iudi. c. quamuis. vbi de isto articulo dicam latius.

Si taciturnitas interuenit in contractibus refert: aut tractatur de aliquo tacente personaliter obligando, aut de 12 aliquo præiudicio sibi parando. Si de † aliquo tacente personaliter obligando, tunc tacens non videtur regulariter consentire, vt ff. de procu. l. filiusfamiliàs. §. inuitus. de interrog. acti. l. de ætate. §. qui tacuit. Fallit fauore, publicæ vtilitatis, vt ff. ad munic. l. 2. & de fideius. tu. l. cùm ostendimus §. fin. de vetera. l. final. de decurion. l. honores. §. final. C. de fil. fac. & quemadmodum pater pro his tenetur. l. 1. lib. 10. in fi. & in hoc concor. Ia. de Ra. vt suprà dixi. Et iuxta hoc vide, quod no. Gul. de Mon. lau. extrà de procur. c. 1. super verbo, videaris. in Cle. & per hoc non credo, verum quod not. Spec. tit. de arbitrio. §. fi. 2. col. versic.

sed

ſed nunquid arbitrator. verſic. ſuſcepiſſe autem. vbi dicit quòd arbiter, vel arbitrator ſuſcepiſſe videtur arbitrium, eo ipſo, quòd præſens patitur in ſe compromitti contra quē facit, quòd dicam poſt Ioan. And. infrà, de teſta. tua. di. 1. Si tractetur de aliquo præiudicio ipſi tacenti parando, refert, aut tractatur de re tacentis alienanda, ſeu in alium transferenda, ſeu de aliquo præiudicio ſibi generando in iure ſuo, ſiue in re ſua, aut deliberationi danda per ſuam taciturnitatem. Primo caſu refert, aut tacens potuit impedire, & non fecit, aut non potuit impedire. † In primo caſu refert, quia aut tacens tacet in & ſuper actu, vel contractu qui agitur, vel diſponitur in perſona coniuncta tacenti & maximè ad eius commodum, & tunc tacens habetur pro conſentiente, vt ff. de adop. l. in adoptionib. de dona. inter virum & vxor. l. ſi ſeruus communis. 20. q. 2. puella. & in hoc concor. Ia. de Ra. vt ſuprà patet. Aut tacens tacet in & ſuper actu, qui geritur, vel diſponitur in perſona extranei, & tunc tacens non videtur conſentire, vt C. de remiſ. pig. l. 2. & no. gl. in d. l. ſi ſeruus communis. ff. de dona. inter vir. & vxor. Sed hoc fallit in certis caſibus fauorabilib. vt fauore libertatis, vbi tacens videtur conſentire. C. de remiſſ. pig. l. 1. C. de epi. & cler. l. ſi ſeruus. de re milit. l. ſuper ſeruis. lib. 12. de lati. libe. tol. in Authen. ad hæc. in Auth. de nupt. §. ſi verò ab initio. collatio. 4. vt liber. de cætero aureo. §. ſi quis autem. colla. 6. 54. diſt. ſi ſeruus ſciente & fauore, fiſci. vt C. de remiſ. pign. l. 1. & fauore legitimationis. vt ff. de lib. agno. l. 1. §. pœna. Si tacēs non poterat actū q gerebatur impedire, tunc nō videtur conſentire, vt qb. mod. pig. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. non videtur. vbi de hoc. 13

In ſecundo caſu ſcilicet vbi tractatur † de liberatione danda, ſeu præſtanda, tunc non videtur regulariter tacens conſentire. arg. ff. de ritu nup. l. in eo iure. §. deinde ait lex. de noua. l. Stichum. §. ſi. de exce. l. 3. Et eſt ratio, quia fortè 14

in tali

in tali casu requiritur expreßio verborum, & sic comprehenditur sub illo membro de quo suprà.

Si quæratur de delictis, tunc aut tractatur de præiudicio parando tacenti in re sua, vel in iure suo, & tunc non habetur pro consentiente, vt ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. l. pen. Est etiam specialis casus vbi expreßè consentiens habetur pro dissentiente, vt C. de fur. l. si quis seruo. Aut 15 *† tractatur de tacente, tanquam delinquente, seu participe, & cõplice delicti, & consentiente in delicto personaliter obligando, & tunc aut tacens potuit prohibere delictũ & prohibere neglexit, & tunc regulariter videtur consentire, vt ff. de noxa. act. l. 2. 3. & 4. cum concor. ibi alle. & de re mi. l. qui cum vno. §. qui post. C. de cõmer. & merca. l. 2. inf. de sen. exc. c. quantæ. Aut non potuit prohibere, & tunc aut iste tacens est superior ad quẽ spectat correctio, & punitio delicti perpetrati, aut non.* 16 *† Si sic, tunc tacẽs delictum negligens vindicare, consentire videtur, vt le. & not. 43. di. si rector. & ex eo permittitur securitas delinquendi. 83. dist. error. & c. seq. & sup. de offic. ord. irrefragabili. in prin. & no. Ber. ibi in gl. 1. quod verum est, quando tacet, & negligit delictum corrigere sine causa, secus, si tacet ex causa legitima, & maximè quando est princeps, vt Papa, vel Imperator. Ita intellige quod leg. & no. 86. di. c. tanta nequitia. 1. q. 7. c. tanta nequitia. Si verò superior non est, tunc regulariter non videtur consentire, nec ab initio quia non impedit, vt in iuribus alleg. nec ex post facto quia non denunciat, nec accusat præsertim, vbi probare non potest. ita intellige. 2. q. 7. plerunq;. cũ ibi no. per Io. in gl. 2. q. 6. illud. dicat tamen ei, quod prodesse põt, & non subesse. 22. q. 5. hoc videtur. & de hoc dic, vt le. & no. in d. c. quantò. & ibi plenius dicam. Et hæc vera sunt, quando tractatur de incommodo illius qui tacet, aut tractatur nõ de commodo, vel incommodo illius qui tacet, sed alterius à tacente, & tunc tacens*

cens non habetur pro consentiente, vt ff. de auto. tu. l. 3. de iud. l. tunc autem. de arbi. l. sicuti. & hoc membrum ponit Dy. inf. de reg. iur. c. qui tacet. li. 6. Et hæc sufficiãt quantum ad illum qui simpliciter tacet.

Si quæris de illo tacente, qui de † duobus sibi propositis & illatis respondet ad alterum illatorum & de altero tacet, vt fuit hîc: vel de duobus dispositioni suæ subiectis super vno tantũ statuit, & disponit, & de alio tacet, vt fuit. C. de procu. l. maritus. tunc refert, aut illud quod tacetur, est de simpliciter & in suo genere probibitis, aut est de simpliciter in suo genere conceßis, aut nec est de simpliciter probibitis, nec est de simpliciter conceßis. In primo casu, tacens nunquam videtur illud probibitum concedere, vt not. Io. An. extrà, de vsu. c. vnico. super verbo, facere. in Cle. vbi dicit, quòd si princeps, vel alius qui põt, statuat, quòd nullus pro vsura recipiat vltra duos denarios pro libra in mense, non propter hoc videtur concedere, quòd poßit recipere duos denarios vel minus: quia omnis vsura, etiam minima, est in suo genere probibita, vt inf. de vsur. super eo. & c. consuluit. ibi nihil inde sperantes. et c. quantò per eandem viam facit. sup. de treu. & pac. c. 1. vbi habes quòd certis temporibus conceduntur, vt ibi no. 17

In secundo † casu, tacens non videtur illud concessum denegare, & ideò statutum quod statuit, & concedit, quòd quilibet confiteatur proprio sacerdoti semel in anno peccata sua, non propter hoc negat quin pluries confiteatur, quoniã confiteri peccata est de simpliciter & in suo genere conceßis. inf. de pœn. & remis. omnis vtriusq;, in princ. vbi de hoc. Item statutũ quod statuit, & concedit, quod archieps, vel eps semel in anno visitet suam prouinciam, vel diœcesim, vt 10. q. 1. c. episcopum. & c. decernimus. & c. placuit. sup. de offi. arch. mandamus. non per hoc denegat, quin poßit pluries, & maximè toties, quoties opus fuerit visitare. 18

vt 10.

vt 10.q.1.regenda.18.q.2.visitandi.vbi de hoc per Archid. in glo.fi.& c.non semel.infrà,de censib. c.cùm venerabilis. vbi de hoc.

19 *In tertio vero casu,refert,† aut est eadem ratio in tacito,quæ in expresso, & tunc concessum vel denegatum in expresso intelligitur concessum vel denegatum in tacito. nam statutum pœnale, & odiosum, in casu certo factum ad consimile propter identitatem rationis extenditur,vt ff.de eden.l.quædam.§.nummularios.ad leg. Iul.de adul. l.si postulauerit.§.ratio.vt no.Gars.& Card.infrà,de elec. c.cupientes.in prin.lib.6.& Genz extrà, de rescrip.c.1.in Cle. Idem no. Arch.de pœn.di.1.§.pœnæ.glo.1.& Genz.de vi.& hon.cle.c.quoniã.super ver.videatur.in Cle.& de re. permu.c.vnico.gl.fin.in Cle.& plenius in extrauag.Io.22. super verb.personæ.& pro hoc facit expressè in Auth.vt hi qui obli.se habere perhi. res mi.§.1.colla. 6. vbi lex pœnalis facta in curatore extenditur ad tutorem,& censetur facta in tutore.Hoc colligitur ex c. alleg.cupiẽtes.in prin. iuncto ad illam decretalem,si postquam.§.vlt.eo.tit.& ex decretali, licet canon. eo. tit. iuncta ad illam decretalem vnicam.extrà, de offic.vica.in Cle. vbi habemus,quòd statutum illud pœnale licet canon loquens in rectoribus ecclesiarum parochialium extenditur ad vicarios. & hoc tenuit Accur.ff.de iudi.l.cùm prætor.in gloss. nota. quòd in fin. Aut non est eadem ratio in tacito, quæ in expresso, &*

20 *† tunc concessum vel denegatum in expresso non intelligitur concessum, vel denegatum in tacito. imò quod de vno conceditur,de alio videtur esse negatum, vt C. de procur.l. maritus.cum multis concord.ibi alle.vbi habes, quòd licet maritus poßit agere sine mandato,in rebus paraphernalib. vxoris,si tamen vxor mandauerit sibi agere in quibusdam rebus videtur prohibere in alijs, quia non est eadem ratio committẽdi omnia negotia sicut vnum solum & maximè maiora.*

maiora.arg.suprà,de rescrip.c.sedes Apostolica. & extrà, de procur.c.non potest.in Cle. cum ibi no. & in concor. hîc alleg.per Ber.per eandem viam facit ff.solut.matrim.l.si cùm dotem.in prin.de liber. & posthu.l.commodissimè.de donat.inter vir. & vxor.l.sed si mors.de pac.dota.l.pacta conuenta.de solu.l.quæro.& infrà,de rescrip.suscepto.lib. 6.cum ibi no. Ad idem facit,quod no. Ioan. And.suprà, de rescri.postulasti.vbi dicit,† quòd regula,quæ concedit maius,concedit & minus.inf.de decim.ex parte.3.qui fil.sint legit. ca.per venerabilem.Fallit in priuilegijs & dispensationibus,nam dispensatio in maiori, non extenditur ad simile vel minus.inf.de priuileg.sanæ. nisi illud minus sub maiori includatur, vt si concedatur illegitimo, quòd promoueatur in episcopum , & de reliquis sacris intelligitur concessum.inf.de conces.præb.ex literis.Vel dic,quòd illud argumentum in gratijs fauorabilibus posset habere locum non in odiosis.inf.de præb.quamuis.1.& c.cùm in illis.lib. 6.& econtrà,quod de vno negatur,de alio videtur esse concessum, vt ff.de iudi.l.cùm prætor.cum concord. multis ibi alleg.& † hîc per Ber.Christus enim super duobus interrogabatur ,scilicet vtrum esset Samaritanus, & vtrum haberet dæmonium. de quibus non erat eadem ratio,sed valdè diuersa:& ideò negando de dæmonio , videtur de alio concedere,vt hîc,& Io.Vin.& Tan. 21 22

Si quæris † de secundo membro principali , vtrum vbi taciturnitas quæ est medium inter duo extrema , scilicet, inter consensum expressum, & dissensum inducit effectũ, proprium separatum ab altero extremorum, & tunc habet locum regula iuris,quòd tacens non consentit , nec dissentit,vt inf.de reg.iur.c.qui tacet.lib.6.& pone exemplum, vt ibi in glo. per l.ff.de tribu.lib.1.§.scientiam.vt hîc not. Dyn.& Cyn.in c.alleg.is,qui tacet. & vide quod no. Ioan. And.in c.alleg.is,qui tacet.in Nouella.vbi ponit quatuor 23

quæstiones antiquas. Quarũ prima est venerealis. 29. qua quæritur: Aliquis electus fuit ad dignitatem episcopatus, eo tacente & præsente contulit præbendam illius, demùm cassatur electio. quæritur an præbendam repetere poßit, cùm videatur eam habuisse pro derelicta: quia potuit contradicere, & non contradixit. Hanc soluit Bar. Brix. dicẽs, Tan. dixisse, quòd iste non poterit præbẽdam repetere, cùm videatur eam habuisse pro derelicta, quia potuit contradicere, & non contradixit. Sed hæc solutio non placet Ioan.
24 *And. cùm in damnosis, seu onerosis tacere, non † sit consentire, vt in l. alleg. vetare. cum concord. vnde à simili decretalis, beneficium. inf. de regularibus. li. 6. dicit, quòd oportet assensus accedere, quod notat actum, non taciturnitatem. Itẽ beneficia non vacantia conferri non possunt. inf. de conces. præb. c. 2. & per totum. Sed qui dicit per taciturnitatem beneficium vacare, det mihi textum expressum: aliàs sibi non credam. 15. qu. 3. c. sanæ quisquis. §. vnde aut. ver. nec quisquam. Ad q. facit inf. de instit. cùm venissent. vbi non solùm tacere, sed etiam per verba generalia loqui non nocuit Archidiacono, qui promouebatur ab Archiepiscopo, benè facit etiam. inf. de præben. si beneficia. lib. 6.*

Secunda q. est dominicalis, quæ incipit: Presbyter quidam, & est talis, Presbyter, præsente, & non contradicentem episcopo, votum peregrinationis emisit: quod dum exequi vellet episcopus contradicit. sed ipse nihilominus iter arripuit, episcopus eo absente ecclesiam contulit alteri.
25 *Quæritur † an presbyter reuersus illam repetere poßit. Hanc soluit Barth. ꝙ episcopus tacendo fecit sibi præiudicium, nec debet vltra contradicere, nisi causa noua interueniat. Quæ solutio secundum Io. And. non est sufficiens, nisi per hoc intellexerit sacerdotem non potuisse priuari per epm, qui tacuit in remißione voti. Fatetur quòd inhonestè facit episcopus, qui tunc tacuit sine causa noua. Resistendo*

tamen

tamen inhonestius facit sacerdos eo cōtradicente itinerādo 71.di.c.vlt.de conse.di.5.non oportet, de voto, magnæ, circa medium. Remanet quæstio dubia quam soluendo dicit, quòd episcopus illum priuare non potuit. Sed hoc solo attento, quòd ille peregrinando se absentauit, etiam eo contradicente simpliciter, & si non monuisset eum, quòd se nō absentasset sub pœna priuationis, cui monitioni non parēs se absentasset, non putat, ꝙ taciturnitas episcopi excuset eum à pœna, quia ēt si expreßè conceßisset, non videtur, ꝙ eo inuito votum perficere posset. 33.q.5.manifestum.& ca. noluit. Posset etenim episcopus aliquid occultum nouiter sciuisse propter quod peregrinatio non expedit etiam saluti vouentis, facit infr. de temp. or. ad aures. Fortius ergo in terminis quæstionis. Si autem presbyter sic monitus non paruisset, ecclesiam, qua priuatus fuisset, non repeteret. Vbi verò episcopus contradixisset, vel vetuisset, sed talem monitionem non fecisset, dic priuationem fieri non potuisse, propter absentiam, vel non residētiam etiam ex iusta causa, nisi prius eo citato, & expectato secundum formam decret. ex tuæ. inf. de cle. non resi.

Tertia quæstio est dominicalis, & incipit: Episcopus quidam fecit. & Dama. 71. de his, quæ fi. à præ. de episcopo, qui fecit † alienationem tacente, & non contradicente capitulo, an successor illam reuocare poßit. Et soluunt, alienationem tacente, & non contradicente capitulo non valuisse, & sic reuocandam esse per capitulum sine exceptione, 12.q.2.& c.2.inf. de his, quæ fi. à prael. sine cōsensu cap. loquitur de collatione decimarū nomine beneficij personaliter facta, vbi sufficit patientia. Vnde dicit Barth. illā intelligi de cōceßione facta causa pietatis, vel de re minima, vel ad certū factum, vel ad certū tempus. Et vide quod ibi no. in 1. & 3. glo. & e. ti. cùm vos. Per quæ patet, quòd vera est huius quæstionis solutio, quòd necessario concluditur 26

ex præcedenti tractatu, qui necessarius est in alienatione. inf. de rebus eccle. non alie. c. dudum. lib. 6. ex quo sequitur taciturnitatem vel patientiam non sufficere.

27 Quarta quæstio est, an religiosus tacente, † vel patiente suo prælato poßit esse executor testamẽti, saltem in quo sunt multa relicta ad pias causas, & soluit quòd taciturnitas, vel patientia prælati hoc casu non sufficit, cùm enim religiosus velle vel nolle non habeat, & omnis talis actus, quem aggreditur, ante licentiam est illicitus, & per illum frangitur obedientia, & abdicatio propriæ voluntatis, facit Cle. religiosus. de procu. & quæ ibi no. in glo. repet. &c. patientia ergo non posset facere illum licitum. Vnde requiritur, quòd super hoc prius petatur, & obtineatur licentia, vt patet, inf. de testa. c. 2. lib. 6. & eod. tit. c. 1. in Cle. vbi de hoc no. gl. reprobatum. vide etiam quod no. ipse Io. An. inf. de reg. iur. qui tacet. lib. 6. vbi quærit, si constitutio Bonon. episcopi præcipit nullam alienationem immobilium rerum ecclesiasticarum fieri per clericos sine licentia episcopi

28 vitians † contractum & addens pœnam arbitrariam: & capitulum Bono. præmisso tractatu episcopi, episcopo vendant aliquas terrulas sine alia licentia, an locus sit pœnis statuti, & post multa argumenta, pro & contra, soluendo dicit episcopum non audiendum: & pœnis statuti locum non esse, quia si dicit contractum non tenere ex viribus constitutionis contrahendo consensisse, & licentiam dedisse dicetur, nam si tacens consentit, vt in cap. alleg. qui tacet. multo fortius agens. Si dicatur de autorizatione in facto proprio, hoc non est curandum, vbi de constitutione tãtùm quæritur, quæ non læditur data licentia qualitercunque verbo vel facto expreßè, vel tacitè & in scriptis, vel sine. facit ad ita Cle. de conces. præben. c. vnico. ver. quòd etiam. Si verò ex viribus iuribus communis dicatur contractum non tenere, hoc non procedit: quia secundum no. 12. q. 1. Abbatibus.

batibus. inferiores in inuitis non habet necesse habere consensum episcopi. Et si diceretur opinio contraria verior, adhuc venditio episcopo fieri non potuit ob hoc quòd in facto suo autorizare non potest, quia ca. quæst. 17. q. 4. & quod no. Io. in §. ibi præcedenti. loquitur, quando prælatus contrahit cum alijs ecclesijs, non cum ecclesia cathedrali. & sic etiam loquitur in Cle. vnica. de re. eccle. non alien. & vide quod no. ibi in gl. antepe. ad istam distinctionem facit, inf. de testa. requisisti, ad fin.

1 Priuilegium legis transmissibile. & 3. fallit. 2.
4 Priuilegium principis, quando personale, aut transmissibile. & 5.
6 Hæredes non, nisi expressi gaudent priuilegio.
7 Priuilegium reale transmissibile.
8 Priuilegium ad futuros transire.
9 Priuilegium ciuitatis perpetuum.
10 Priuilegium causæ transmissibile.
11 Iurisdictio mandato qui, & quando incipiat.
12 Leges aliquot enucleat.
13 Deus laudandus.
14 Laudare homines quatenus liceat, & 15.
16 Adulationum genera, quæque permissa.
17 Laus quæ famam minuat.

MANDATA. Si quæras, vtrum priuilegium trãseat ad successores vel non, distingue, sequendo pro parte Dy. inf. de reg. iur. c. priuilegium. libr. 6. Quia aut priuilegium conceditur personæ, aut conceditur rebus, aut generi personarũ, aut ciuitati, aut loco, aut causæ. In primo casu refert, aut priuilegium cõceditur, à lege mortua, aut à lege viua, seu animata. In primo † casu refert, aut priuilegium conceditur personæ attenta æquitate, seu ratione naturali, & tunc transit ad successores, vt patet in priuilegio, restitutionis, & in priuilegio dato mulieri, fideiubenti, vt ff. de in integ. rest. l. non solùm. de mi. l. minor. §. vl. & l. seq. C. 1

de temp.in inte.rest,l.ea quæ:& C.ad Velle.l.hæredes.Aut
2 *† priuilegium est concessum non attenta æquitate, seu ratione naturali, sed fauore personæ tantùm, & tunc refert, aut persona cui concessum est priuilegiũ est proxima causa priuilegij concedendi, & tunc persona extincta, extinguitur priuilegium, vt ff.sol.mat.l.maritum.& l.seq.& de re iud.l.sciendum.& l.si fideiussor.§.si maritus.Hoc etiam patet in priuilegio, quod habet pupillus in actione tutelæ, vt ff.de admi.tu.l.ex pluribus.ff.de priui.cred.l.vel dabimus.pro hoc etiam facit.C.de excu.mu.l.sordidorum.lib.*
3 *10.& inf.de reg.iur.c.priuilegium.li.6.† Aut persona est causa remota, & alia est causa proxima priuilegij concedendi, & tunc non extinguitur cum persona, sed transfertur ad successores, vt patet de decurionibus, qui multa habent priuilegia nõ ratione personarum, sed ratione & contemplatione officij, quod gerunt, quæ transferuntur ad liberos suos, vt C.de pe.l.decurionum filij.per eandem viam facit.C.de profes.& medi.l.grammaticos.lib.10.cum alijs concor.pro hoc sup.de offic.ordi.pastoralis.§.prætereà.ver.nisi forsan.& inf.de ma.& obe.c.vnico.lib.6.cum ibi no.*

4 *Si † quæris de priuilegio concesso per legem animatam, puta, per principem, qui est lex animata in terris, vt in Auth.de consu.in fi.colla.4.tunc aut priuilegium conceditur alicui, cum certa designatione, quòd sibi soli, & non successorib.conceditur: aut conceditur simpliciter, aut conceditur sibi & suis successoribus. In primis duobus casibus priuilegium extinguitur cum persona, vt hîc, & 7.q.1.petijsti.ff.de consti.prin.l.1.in fi.& de reg.iur.l.priuilegia.*

5 *In tertio † casu refert in modo loquendi, quia aut priuilegium conceditur sibi & posteris suis, vel sibi, & posteritati suæ, & tũc extenditur ad descendentes ex eo per lineam masculinam non ad descendentes per lineam fœmineam, vt ff.de iure immun.l.1.§.personis, & l.4.Et ratio*

huius

huius est, quia posteritas importat eos, qui sequuntur familiam, sed descendentes per lineam fœmineam ex eo, cui conceditur priuilegium non sunt in eius familia, sed in familia patrum suorum, vt Insti. de patr. po. in fi. quare &c. Aut priuilegium conceditur sibi & hæredibus, & sub appellatione hæredum: & tunc aut † conceditur sibi & hæredibus suis in plurali numero, & tunc quicunq; sunt hæredes gaudebunt priuilegio. ar. ff. de verb. sign. l. sciendum. & de reg. iur. l. qui per successionem. & maximè in præiudicium concedentis. inf. de dona. cùm dilectus. Aut conceditur sibi & hæredi suo simpliciter, & tūc posset dici, quòd de suo hærede intelligatur, & non de alijs. quia sic est in vsufructuario. C. de vsufr. l. antiquitas. & maximè si inciperet esse alijs damnosum. arg. inf. de deci. suggestum. 6

Si quæris in secundo casu, scilicet † quando priuilegium conceditur rebus, tunc transit ad succedentem in illam rē, siue succedat titulo vniuersali, siue titulo singulari, vt ff. de aqua quoti. & æst. l. 1. §. permittitur. de censi. l. ætatem. §. rebus. arg. ff. de serui. rusti. præd. l. via. §. quicunq;. Si autem sit dubium, an sit personale, vel reale, tunc dicit Spec. tit. de instru. edi. §. nunc autem videndum. ver. item quòd fuit concessum. quòd recurritur ad intentionem concedentis, illud. ff. de reg. iur. l. Neratius. inf. de insti. cùm venissent. 11. q. 1. §. ex his omnibus. quòd si non poterit concedens haberi, intelligetur reale, nisi contra. probetur. ff. de consti. prin. l. beneficium. inf. de præscri. ad audientiam. de dona. cū dilecti. 16. q. 3. placuit. Et ad hoc facit quod dicitur de pacto personali, & reali. ff. de pact. l. iurisgentiū. §. pactorū. & l. si tibi. §. pen. de proba. si pactū. & in hoc satis concord. Ber. in d. c. cùm venissent. gl. præsumitur, &c. 7

Si quæris in tertio casu, scilicet, quando cōceditur † generi personarum, tunc transit ad omnes futuros de illo genere cum distinctione tamen. Quia aut priuilegium 8

conceditur simpliciter, & tunc teneas, quod est dictum. C. de profe. & medi. per totum. ff. de excus. tuto. l. sed & milites. §. 1. vnde exemptio concessa canonicis extenditur nedum ad canonicos praesentes, sed etiam ad futuros, vt inf. de priuileg. c. per exemptionem. §. verùm. & §. seq. lib. 6. Aut conceditur eis vnà cum posteris suis, & tunc transit ad omnes descendentes per lineam masculinam, vt est dictum, & pro hoc, inf. de haeret. c. statutum. 2. & de poenis. c. vbicunque. lib. 6. Aut conceditur sibi & haeredibus, & tũc potest dicere, vt suprà dictum est.

9 Si quaeris in † quarto casu principali, scilicet quãdo conceditur ciuitati, vel loco tunc ad omnes in ciuitate, vel loco successiuè inhabitantes perpetuò extenditur, vt ff. de censibus l. forma. §. quanquam. 16. q. 1. hinc etiam est 25. q. 2. c. 1. & 2. & inf. de insti. c. cùm venissent. & infr. de priuil. c. per exemptionem. lib. 6. arg. quia idem videtur in poena indita ciuitati vel loco, vt inf. de sen. exc. c. fin. & c. si sententia. & c. se. Et est ratio idem populus est hodie, qui fuit in praeteritum, & qui erit in futurum, vt ff. de iudic. l. proponebatur.

10 Si quaeris in † quinto casu principali, scilicet quãdo priuilegium conceditur causae, vt est videre in causa depositi, & similibus, tunc priuilegium non extinguitur cum persona, sed transit ad successores, vt ff. de reg. iur. l. in omnib. & l. priuilegia. inf. de reg. iur. priuilegium. lib. 6.

Si quaeris, quando princeps creat iudicem ordinarium, qui solus hoc facere potest, à quo tempore incipiat habere iurisdictionem, seu exercitium iurisdictionis, distinguit Ioã. And. sup. de offic. deleg. quoniam Abbas. aut est ordinarius sine administratione, & talis ex tenore sui priuilegij recipit vires suas de ipsis, ergo non, nisi visis priuilegijs, possumus iudicare, vt patet. C. de man. princ. l. vna. suprà, de offic. deleg. c. cùm in iure. inf. de priuil. c. porrò. Aut cum

admini-

administratione, vt si in certa † prouincia, alicui hāc committat, & talis secundum omnes communiter à tempore commissionis iurisdictionē habet voluntariam, & à tempore ingressus vrbis contentiosam, & sic videntur loqui leges proximè sequentes. versic. & licet. Tu verò dicas, quòd voluntariam habet etiam antè, quàm ingrediatur prouinciam, quò ad exercitium, sed contentiosam non habet, vt ipsam exercere poterit, habet tamen eam quò ad commissionem, vnde & ipsam potest committere, vt expressè probatur in Auth. de colla. aliàs vt eccle. §. prohibemus ad hoc. & in prouincijs. & §. se. collatio. 9. Et licet domini legum aliter videantur sentire, tu tamen sic intellige. † ff. de offi. proconsu. & le. l. 1. & 2. & l. 4. § fi. & l. aliqdando. secundum Io. And. & in hoc concor. Host. suprà, de offic. leg. nouit. & Spec. tit. de legato. §. nunc dicamus. in prin. Per hāc decretalem dicit Barto. Brixi. in quæstione venereali, quæ incipit: esto, quòd dominus Papa, quòd commissio facta per Papam archidiacono, his verbis: Vices nostras in tali prouincia tibi committimus, est realis, nō personalis, quia hic Papa faciendo talem concessionem protestatur seu concedere personæ, & non loco, & ita videtur personalis, nisi protestatio obstaret. & hoc tenet per decret. cùm venissent. inf. de institutionib. licet Tanc. contra secundum eum. Ego credo opinionem Ber. esse veram, vbi commissio facta est Archidiacono non proprio nomine expresso, aliàs opinionem Tan. credo veram, per c. quoniam Abbas. suprà, de offic. leg.

11 12

Si quæras, vtrum laudare alium sit peccatum, † distingue, aut laudare Deum vel sanctos eius, & dic quòd non, sed meritorium. C. de offic. præf. præt. affir. l. 1. in prin. Vnde Dauid in Psalm. 107. & inf. de celeb. miss. c. 1. septies in die laudem dixi tibi. Et Ecclesiastic. 24. qui elucidant me vitam æternam habebunt. Et in Ps. Laudate dominū, &c.

13

Aut laudare hominem, & tunc dicit Asten. li. 2. ti. de amicitia post Thom. quòd contingit aliquem laudare benè & malè, scilicet, prout debitæ circumstantiæ vel seruantur,
14 vel prætermittuntur. Si enim aliquis † velit aliquem delectare laudando, vt ex hoc eum consoletur, ne in tribulatione deficiat, vel vt bona proficere studeat, alijs debitis circumstantijs seruatis, hoc pertinet ad virtutem amicitiæ, pro quo facit tex. hîc in fi. sup. de æta. & qual. tua. in prin. pertinebit. Aut ad adulationē, si velit aliquem laudare in quibus non est laudandus, quia fortè sunt mala, secundum illud Psal. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: vel quia non sunt certa, secundum illum Eccles. 27. Ante sermonē non laudes virum: vel ēt si timeri poßit, ne humana laus ad vanā gloriā ꝓuocetur, secūdum illud Ecclesiast. II.
15 Ante mortem ne laudes hominē. Similiter † velle placere hominibus propter charitatem nutriendā, & vt in eis spiritualiter proficere poßit. Hominib. aūt placere ꝓpter vanam gloriam, vel propter lucrum, vel etiam in malis, esset peccatum, secundum illud Psalm. Deus dißipauit ossa eorum, qui hominibus, aliàs omnibus placent. hæc Thomas.

Si quæris, vtrum adulatio sit peccatum mortale, dic vt 25. distin. c. vnum orarum. §. quæ autem sint. super verbo, adulari. vel dic vt Asten. vbi sup. dicens post Alex. Angli-
16 cum, quòd duplex est adulationis genus. † Vnum quo dicit malum, bonum fouendo. s. peccatorem in peccato, & hoc est peccatum mortale. 46. dist. sunt nōnulli. aliàs verò aliquis adulatur. Aut intendens alicui prodesse & nulli obesse, & tunc est veniale, aut alicui obesse licet alteri prosit, & tūc est mortale. Si autem nō obest, sed nec prodest, sed Dei generet cōtemptum propter aßiduitatem, tunc est mortale. Si verò quis laudat ex surreptione aliquem in bono: aut quem debet nec intentione placendi propter se tunc veniale est, & de tali adulatione loquitur Augu. in d. §. quæ autem

tem sunt. numerans eam inter peccata minuta. Et vtrum litigium sit maius peccatum, quàm adulatio, vide ibi per Astea. & per fratrem Io. in summa confes. tit. de liti. non ord. Item nota quòd † fama alicuius detrahitur, dum plus, quàm expediat, commendatur. 99. dist. ecce. & magno tristitiæ quis stimulo pungitur, dum bonum sibi attributum in eo non reperitur. 11. q. 3. inter verba. & no. Spec. ti. de aduocato. §. nunc dicendum. in fine. 17

QVANTO. *Si quæras, quæ, & quot sunt p̄sumptiões, vide per Ber. inf. de spon. c. is qui fidem. & ibi dicam.*

1 Matrimonium quando non nisi verbis probetur.
2 Matrimoniū cohabitatione, & fama probari. & quatenus verum. & 3.
4 Cap. illud. sensus.
5 Possessione quando non probetur.

ILLVD. *Si quæras vtrum per famam, seu per instrumentum donationis, vel dotis, & per quæ indicia matrimonium probari poßit, distingue aut † tractatur de probando matrimonio in præiudicium alterius matrimonij, & per quod fieret præiudicium alteri matrimonio, de quo liquidè constat, & tunc non probatur per instrumentum dotis, vel donationis propter nuptias matrimoniū ipsum. Nam in matrimonio necesse est interuenire verba, si contrahentes loqui poßint. infrà, de spon. tuæ. Item talia verba sunt necessaria, quæ mutuum conceptum exprimant. de præsenti. vt inf. de spon. cap. pen. & de spon. duorum. c. 1. secundum Innocen. & Hostien. hîc. Vnde per eandem rationem videtur, quòd fama vnà cum cohabitatione per longa tempora, & cum instrumento donationis propter nuptias, siue dotis, tale matrimonium non probarent. Item pro hoc illud generale, tene certum, & dimitte incertum. 14. dist. sicut. de pœnit. dist. 7. c. 2. de spon. c. iuuenis. & de homic. c. ad audientiā. Aut tractatur de probādo matrimonio,* 1

2 *nio, per quod non fieret † præiudicium alteri matrimonio, & tunc aut vir, vel mulier agit possessorio ad restitutionem coniugis, & tunc cohabitatio vnà cum fama viciniæ sufficiunt ad probandum, imò etiam sine fama, dummodò probaretur per duos vel tres testes, quòd vir cum vxore iacuit, vel stetit, volens in ea quærere, vel seruare ius possessionis, seu possessionem iuris, vel vinculi vxorij, et ipsa mulier hoc ipsum sciebat, quod hoc intendebat vir, adiudicabitur vxor viro restituenda, secundum Innoc. quæ opi. vera est, dummodò intentionem suam declarauerit coram testibus, aliàs testes de opinione eorum occulta deponere non possunt, sed soli Deo hoc reseruaretur. ar. C. de cond. ob causam. l. repetendi. ff. de verb. obliga. l. vbi autem non apparet. sup. de iud. nouit. secundum Host. & hoc crederem verum non obstante eo quod no. Innoc. hîc in fin. gl. suæ. ver. nobis videtur. vbi innuit contrarium. nec valet, quod not. Inno. in ver. nec sequitur absurditas. & c. qui quidem. ver. est contra text. sup. de re. spo. cap. ex transmissa. vbi est expressum, quòd mulier nūquam restituitur viro, nisi probet duo, scilicet matrimonium, & cognitionem carnalis copulæ, vt ipsemet Innoc. not. sup. de restit. spol. c. ex parte. Aut vir vel mulier agit petitorio, & tunc dicit Inn. hîc in ver. nobis videtur. quod fama viciniæ vnà cum diuturna co-*
3 *habitatione non probant. Host. verò dicit, quòd fama † vnà cum his duobus, scilicet quando in eadem mensa & paropside secum comedit, & eam sicut vxorem induit, & ad ecclesiam mittit, & in lecto suo recipit, matrimonium præsumptum inducunt. Quando autem tenet eam tanquam ancillam, nec eam tenet ad mensam, sed eam mittit ad aquam, & induit vestib. vilib., & habet lectum separatum à viro, ad quem declinat vir, quando placet, non ipsa ad suum, tunc stuprum præsumitur, vt 30. q. 5. cap. aliter. & secundum hoc verbum magis, quod est hîc in textu, comparatiuè*

ratiuè

ratiuè ponitur. & hic videtur verior intellectus. & † hoc teneas secundum eum dicentem, quòd hæc probatio etiam in recenti contractu locum habet, vt patet in eo quod not. inf. de spon. tuæ. Vnde ex hac præsumptione violenta omninò constat de matrimonio, & sic hæc decretalis & ius ciuile, & illud c. aliter ad concordiam reducuntur secũdum eum. Nec est bonum simile de domo, de fundo ad vxorem vel beneficium, de quib. per simile arguit Innoc. hîc in fin. quia nunquam verificatur, vel inquiritur contra possessores domorum, sicut fit contra rectores ecclesiarum, vtrum habeant verum ingressum vel non: similiter nec clerici ecclesiæ illi qui in veritate prælatus non est libẽter obediũt, sed potius contradicunt, vt no. sup. de causa pos. & propri. c. cùm super. & c. cùm olim. Nec parẽtes vt plurimum patienter tolerant, quòd ipsorum consanguinea saltem à suo pari vel inferiori, vt meretrix teneatur. inf. de iudi. c. consanguinei. Sed in possessione temporalium iudices non consueuerunt inquirere, an vnus subditorum in re quam alius subditus tenet ius habeat, in cuius repetitione etiam is, qui verè dominus est, frequenter negligens reperitur, vt not. extrà, de præscrip. c. vigilanti. & ideò ex sola † possessione temporalium cum fama viciniæ non potest ita præsumi pro possessore, sicut in ecclesia vel vxore, secundum Host. & vide quod no. Innoc. inf. de verbo. signific. c. veniens, in fin. & de glo. Innoc. hîc inquantum loquitur de beneficio, vide quod scripsi sup. de procu. c. ex insinuatione.

4

5

1. Cap. literis, explicari.
2. Præsumptione non damnandum.
3. Præsumptione torqueri.

LITERIS. Si quæras, vtrum iudex ordinarius vel delegatus poßit esse arbiter, vide plenè & distingue, vt dixi suprà, de arbi. c. cum tempore.

In textu, in versic. quocirca. Iste versus est in arg. quòd

† ex

1 † *ex præſumptione præcedentium minarum, vel inimicitiarum non debet quis de homicidio poſteà ſecuto condemnari. Circa quod diſtingue, aut quæris, vtrum talis præ-*
2 *ſumptio ſufficiat † ad condemnandum aliquem de homicidio, de quo aliter non conſtat, & dic quòd non, vt hîc. & quia in criminibus clarè debent eſſe probationes. C. de proba. ſciant. quæ lex eſt canonizata. 2. q. 8. ſciant. Nec per præſumptiones debet quis ad pœnam ſanguinis condemnari, vt ff. de pœ. l. abſentem. Aut quæris, vtrum præſum-*
3 *ptio † ſufficiat ad eum ſupponendum quæſtionibus & tormentis, & dic, quòd ſic, vt ff. man. l. ſi verò non remunerandi. §. econtrariò. ff. de dona. inter vir. & vx. l. ſi ſeruus cōis. & l. cùm hic ſtatus. §. ſi mulier. Idem eſt, ſi aliquis interfectus ſit, neſcitur tamen à quo, ſcilicet, probatur quòd Pe. erat inimicus ſuus & ab eo offenſus. ita no. Spec. hoc tit. §. 2. ver. ſed pone. & in hoc ſatis concor. Ioan. And. hîc.*

1 Cap. cùm in iuuentute. ſenſus.
2 Inquiſitionum genera, & ordo. & 3.

C*VM IN IVVENTVTE. In fi. tex. No. quòd ſi*
1 *† epiſcopus vel alius reperiatur diffamatus de crimine: procedendum eſt ad inquiſitionem veritatis. infr. de accuſ. cap. qualiter & quando. 2. primo reſponſo. Et ſic non*
2 *duplicem tantū fieri † inquiſitionem, quarum prima poteſt dici inſtructionis vt hîc, vel præparationis, vt infrà, de accuſa. qualiter & quando. 2. Secunda veritatis vt ibi. &*
3 *infr. de ſimo. licet Hely. §. 1. † Primò enim quærendum eſt de infamia, & poſteà de veritate, vt 2. q. 1. deus. ſecundum Hoſt. & de hoc vide plenè per Inno. ſup. de elect. bone. in gl. licet enim & per Hoſt. in ſumma tit. de accu. ſub Rubrica de criminibus ſine ordine puniendis. per Archidia. 2. quæſtio. 5. presbyter ſi à plebe. & per eum & alios. inf. de accu. c. 1. & 2. lib. 6.*

1 Recipiendus in eccleſia quid probet.

2 Iudici

2 Iudici recipienti considerandа.
3 Recipiendum vltra numerum probare debere.
4 Ecclesia in recipiendum quando probet.

DVDVM. Super 1. gloss. Si quæras vtrum impetrans se † recipi in aliqua ecclesia, seu in aliquo monasterio, teneatur probare ecclesiam ipsam seu monasterium ipsum esse soluendo. Ber. dicit hîc, quòd ille tenetur probare, qui dicit, quòd non est soluendo, ostendendo facultates, & reditus ecclesiæ. & idem Host. dicens, quòd facultates & reditus, & personarum † qualitates considerare debet iudex, & secundum hoc sciat vtrum sufficiant vel non. argu. ff. vbi pupil. edu. debe. l. 3. in Authen. vt deter. sit nu. cle. §. 1. colla. 1. inf. de præben. cùm secundum Apostolum. & ad l. contrariam hîc alle. C. de probat. l. ex persona. Sol. vt le. & no. suprà, de electio. c. bonæ. 1. §. contra legati. & de transla. episcopi. cap. 2. ver. & quod non est, secundum eum. Super tamen isto articulo videretur probabiliter posse dici, quòd aut in ecclesia illa, seu monasterio illo est certus numerus clericorum, seu religiosorum ex fundatione ecclesiæ, seu aliàs legitimè introductus, vel abpetrans tempore consuetus, aut non. In primo casu refert, aut in antiquo, petit se admitti † vltra numerum introductum consuetum, & tunc sibi incumbit probatio, vt suprà, de consti. c. cùm M. & præcedens præsumptio transfert in eum onus probandi. argumen. infrà, de præscript. cap. 1. libro sexto. Aut petit se admitti infra & iuxta numerum introductum, vel ab antiquo consuetum, & tunc illis, vel illi de ecclesia incumbit probatio. & sic potest intelligi opinio Bert. & Hostien. hîc.

In secundo casu. s. si in ecclesia seu in monasterio nō est certus numerus, tūc aut in illa † ecclesia non est, nisi vnus solus clericus, & tunc illi, seu ecclesiæ, & non impetranti incumbit probatio, cùm ecclesia non debeat consecrari, nisi

nisi duobus dos sufficiat. de consecr. distinctione 1. *nemo ædificet. infrà, de vita & honesta. clericor. vt quisque presbyter. Aut in illa ecclesia sunt iam duo, vel plures clerici, vel religiosi, & tunc incumbit probatio impetranti, quia ei qui dicit, &c. argu. C. de probatio. l. actor. 6. quæstio. vlt. actor. & ita posset intelligi lex ex persona pro contrario, allega. C. de probatio. & gl. quam ponit Innocen. hic vide clarius & breuius per Ioan. And. extrà, de offic. deleg. c. vnico. in Clemen.*

TRACTA-

TRACTATVS DE PRAESVMPTIONIBVS IVRIS tantum, & de Iure, excellentissimi vtriusque Iuris Doctoris Domini Guidonis Papæ.

QVIA præsumptio a iuris ab onere probandi quempiam releuare consueuit, cùm sit valida & liquida probatio, vt l.2.C.qui testamenta facere possunt. & l. si tutor.ff.de periculo tut. Et habeat vim testium & confessionis, in l. si qui adulterij.C.de adul. Et propterea onus probandi contrarium in aduersariũ transferat, vt l.non est verisimile.ff.quod me.cau.cum ibi not. & in l. siue possidetis.C.de probati. Ita etiam dicit Bar.in l.qui iudicium. ff.de cura.bo.dando. Dummodò in iudicio proponatur: quia quando aliquid de iure præsumitur, illud debet in iudicio & in libello exprimi, aliàs non prodest, nec releuat talis præsumptio, vt dicit Bart.in l.cùm quid.circa fi.ff.si certũ petatur. & probatur in l. si adulterium cum incestu. §.ijdẽ Pollioni.ff.de adulterijs. Ideò ego Guido Papæ legum Doctor, Consiliarius in Curia Parlamenti Delphina. Gratiopoli residens, vtili fore existimaui, tam iudicibus, quàm aduocatis practicantibus, scire iuris præsumptiones. Quæ licet multæ sint, cumulabo tamen eas, quas vidi, & videbo discurrendo materias in textibus, glossis, & dictis Doctorum vtriusq; iuris. Et quas propterea compilare inchoaui de hoc anno currente Domini 1450. de mense Ianuario, inchoando propterea hoc opus à digniori.

a Adde quòd præsumptio habetur pro charta liquida. l. pen. C.peric.tut.l.quicunq;. C.de apo.pub. lib.10. Bald. in Margarita.in ver. Notarius.& in l.1.§.1.circa finem.C. de rei vxo.act. Et quòd præsumptio non sit vera probatio,

vide Bal.in addit.ad Spec.in tit.depositi.ver.præsumptio. Cyn.in l. Lucius.de conditio.& demonst.Bar.in l.3.C.de fide instru.& iu.ha.fisci.lib. 10.vbi obligatus probare debet aliter quàm per præsumptionem iuris. Et quòd præsumptio non attenditur in re non verisimili, vide Bal.in l. fin. C.de hær.instit. Et an præsumptiones duæ simul concurrentes probent, vide Dy.in l.excusantur. §.ætas. & ibi Doct.de excu.tuto.

1 *Loquendo primò de præsumptionibus dignitatem regiam concernentibus, dico, quòd in Rege præsumitur liberalitas, argumento ff.de donat.l.filius.& notat Bald.in l. liberti.ff.de operis libert. Et Rex Franciæ, & similiter dominus noster Delphinus, & tales principes, qui eorum negocia per Castellanos, Procuratores, Fiscales, Thesaurarios, & similes eorum officiarios gerere consueuerunt, præsumuntur eorum facta ignorare: vt notatur in capit. ab excommunicato.extrà, de rescriptis. Quod secùs est in priuato, vt l.final.ff.pro suo.& notat Innocen. in cap.si proponente.extrà, de constitutionibus. & Barto. in l. non fatetur.ff.de confess. Nisi esset factum de longinquo, vt in l. quanquam.cum ibi notatis.per gloss.& Doctor.ff.ad Velleianum.& vide quæ dicit Bartolus in l.Celsus.ff.de vsucapio.& plenius in l.si res. in princip. ff. de legatis primo.*
2 *Et illa quæ faciunt Reges & Principes, præsumuntur cum iusta causa facere, in capit.quæ in ecclesiarum.& ibi not. extrà, de constitutionibus. & in l. 1.ff. de constitutioni. Princ.& not.Doct.in cap.nisi specialis.extrà, de officio de-*
3 *leg. Et illa, quæ non possunt expediri absque licentia principis, præsumuntur impoßibilia, vt notat Bartolus in l. constat.in principio. ff. de legatis primo. Et prosequendo hanc materiam respectu priuatorum, sciendum est, quòd duplex est præsumptio: s. p̄sumptio hominis, & præsumptio iuris. Præsumptio verò iuris subdiuiditur in duas partes: Quia alia est*

Diuisio præsumptionis iuris.

præsum-

præsumptio iuris tãtùm: Alia verò est præsumptio iuris & de iure. Præsumptio verò hominis est quidam cõceptus in mẽte, causatus ex aliqua cõiectura, vt probatur ff. de verb. oblig. in l. continuus. §. cùm ita. Et de ista præsumptione hominis non tangam in hoc tractatu. Præsumptio verò iuris tantùm est similitudo quædam sufficiens ad rem denominandam: quia creduntur credenda, vt probatur C. de contrahend. & com. stipu. in l. 1. Præsumptio verò iuris & de iure est, quando lex præsumit super certo. per glossam singularem, in l. à diuo Pio. §. sed & illud. ff. de re iudicata. Et vbi lex super præsumpto figit pedem statuendo, vt l. si non fuerit. ff. pro socio. & ibi not. & sic diffinitur præsumptio iuris & de iure: Quia est status promulgatus à iure ex indubia coniectura. ita dicit Bald. in l. ea quidem. C. de accusationi. Contra quam præsumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium, vt notatur per glossam, in l. finali. C. arbitrium tutelæ. quando videlicet super certo lex præsumit, vt dicit Baldus in l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. & allegat a l. prima. C. de rei vxor. actio. Si tamen fuerit per iudicem admissa probatio in contrarium, tenet probatio, vt dicit dominus Ioannes de Graßis, præceptor meus, in capit. quantò. extrà, de præsumptionibus. Potest etiam alio modo contrarium probari, videlicet, per confeßionem partis, iuxta ea quæ habentur, & notantur in Authent. sed iam necesse. C. de donationib. ante nuptias. & ibi Cynus. & in Auth. de æqua. dot. in §. 1. Vel per facti euidentiam, vt dixit dictus dñs Ioan. de Graßis, in d. c. quantò. de præsump. Et de istis duabus præsumptionib. iuris inferiùs tractabo.

4

5

Diffinitio.

Intrando ergo hanc materiam, dico, quòd ille qui probat de vetustiori posseßione, videtur habere iustam causam, vt notat Innocentius in ca. pastoralis. ext. de caus. poss. & prop. & alius

Nota de vetustiori posseßione.

præsumitur habere clandestinam, in l. vltima. C. vnde vi. & l. clàm possidere. ff. de acquir. poss. de hoc tetigi in apparatu statuti, si quis per literas. in glo. fin. circa principium. Item præsumitur, quòd vxor prædecesserit viro, quando est dubium, qui primò decessit, per gloss. in l. si possessor. ff. de reli. & sumptibus funerum. Item si in vtero matris simul nascantur masculus & fœmina, nec apparet, quis primò natus fuerit, præsumitur masculus primò natus. ff. de rebus dubijs. l. si fuerit. §. final. ratio, quia masculus fortior

6 præsumitur. Item quis præsumitur maior, nisi minor probetur. not. gl. in cap. in præsentia. de probationibus. & vide Archidia. in c. si eo tempore. de rescriptis. lib. 6. Sed an ille, qui contrahit cum minore, præsumatur eum sciuisse minorem, vide Bald. in l. fi. C. si aduersus credi. Aliquid meũ esse præsumitur ratione vicinitatis. no. Bar. in l. ideò. ff. de acquir. re[illegible]. do. Præsumitur infantem prius esse mortuum, qui vnà cum matre naufragio perijt. ff. de pactis dotalibus. l. inter socerum. & de rebus dubijs. l. si mulier. Præsumitur patrem esse ante filium mortuum, cùm ambo sunt in bello mortui. ff. de rebus dub. l. qui duos. §. cùm in bello. Et ibi etiam dicit Barto. quòd filius non dicitur superuixisse, qui simul cum patre decessit. Et plus ibi dicit Bar. quòd ille, qui dixit aliquem decessisse sine liberis, habet suam intentionem fundatam de iure communi: quia licet quis habuerit liberos ante eius mortem, non tamen præsumitur habere tempore suæ mortis. l. spadonem. §. qui solutus. ff. de excusatio. tuto. Vide tamen quæ circa hoc dicit Barto. in l. vtrùm. ff. de rebus dubijs. Vbi dicit, quòd vbi est dubium quem prædecessisse, melior est cõditio possidentis. Ita quòd ille, qui petijt, debet probare talem prædecessisse, si faciat

7 pro intentione ipsius agentis. Donatio facta in infirmitate præsumitur facta causa mortis, etiam si non dicatur, vt dicit Antonius de Butrio, in c. ex literis. extrà, de consuet.

tamen

tamen dominus Ioã. de Imola tenet contrarium, nisi in donatione fiat mentio mortis, per l. Titia. §. fi. ff. de donatio. causa mortis. & cum ista opinione videtur transire praeceptor meus dominus Ioan. de Graßis, prout reportaui sub eo, dum legeret d. cap. ex literis. Et si quis dicat, do vel dono, in dubio praesumitur donatio inter viuos: Sed si dicat, relinquo, tunc praesumitur causa mortis. l. 1. §. fin. ff. de tabulis exhibendis. & not. Dyn. in l. 1. C. de reuoc. dona. Praesumitur Notarius à partibus rogatus, vt instrumentum conficiat, si aliter non constet, vt not. Ioan. de Lignano. in ca. 1. de fide instrum. quod bonum est scire: quia instrumentum tabellionis non rogati non probat, vt dicit dominus Ioan. de Graßis, in d. c. 1. Voluntas semel declarata praesumitur durare, nec praesumitur mutata, nisi probetur, per l. non ad ea. ff. de condit. & demonst. & nota. per glo. in c. illud quoque. extrà, de praesumptionibus. Vtrùm autem voluntas praesumatur durare vsque ad mortem, vide l. sancimus. C. de testamen. & not. in l. cùm hic status. §. primo. super verbo forsitan. ff. de donatione inter virum & vxo. & vide l. 1. ff. pro socio. Si quis habet mulierem in domo, & eam tractet, tanquam esset vxor, praesumitur eius vxor, vt probatur in d. ca. illud. de praesumptionibus. Semel malus, in eodem genere mali semper praesumitur malus. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusat. a & in c. scribat. extrà, de praesumptionibus. Qui cum malis conuersatur, malus praesumitur: & sufficit quem probare cum malis conuersari, vt malus praesumatur, & vt suspectus repellatur. ff. de administratio. tutorum. l. si plures. §. si pares. Ratione consanguinitatis vel officij quis praesumitur aliquid scire. l. de tutela. C. de in integrum resti. mil. & in c. per tuas. cum ibi not. extrà, de probatio. & in l. optauit. C. vnde cog. Praesumitur bonus, qui virtutibus se ingerit: ita

8 9 * 10 11 12

a Et vide ple. de hoc p Bartol. in l. non solùm. §. si plures. ff. de no. oper. nũ.

summat dictus dominus Ioan. de Graßis. ca. ex studijs. extrà, de præsumptionibus. Quis punitur de dolo præsumpto, sicut de vero dolo. ita tenet dictus dominus Ioannes de Graßis, in c. sicut noxius. extrà, de præsumptionibus. Præ-
13 *sumitur in dubio fraus & dolus in delictis, vt probatur in dicto cap. sicut noxius. Quod secùs in contractibus, iuxta l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probationi. cum ibi not. per gloss. & Doct. Vtrùm filiusfamiliàs præsumatur habere ex profectitia, vel aduentitia causa, vide Specula. in titulo, de actore. §. 1. versicul. quid si dubitetur. & not. gloss. in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis. Item ex quo quis habet ecclesiam, eius bona præsumuntur esse profecta ab ipsa ecclesia: Aliàs secùs. ita dixit Hostien. de peculio clericorum. in §. final. Sed vtrùm de istis poßit clericus testari vel donare ab eius ecclesia profectis, vide Hostien. vbi suprà, & glo. in cap. final. extrà, de pignor. Et vide quæ pleniùs ego scripsi in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæstione 110. Ex quo quis portat instrumentum asserens se illum, de quo in instrõ fit mentio, præsumitur esse ille, de quo in instrõ fit mentio, ar. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cle. & ibi Bar. Cy. & Sal. ad hoc dictam legẽ inducunt, & facit gl. sing. in l. final. C. de pactis.*

Nota de illo, qui defert instrumẽtum, asserens se illum, de quo fit mentio in instrumẽto.

14 *conuentis, tam super dote, &c. Qui fuit condemnatus, præsumitur habere malam causam. gl. in l. Herennius. §. fina. ff. de euictionibus. Simplicitas personæ facit cessare præsumptionem doli. l. vbi. in princip. ff. de eden. vt est in rustico, vt dicit Bald. in l. scimus. C. de iure deliberand. Præ-*
15 *sumitur aliquid esse notorium a facti, eo ipso, quòd decem testes concorditer deponunt, nota decem homines faciant populum, vt cùm: C. de accusati. in l. ea quidem. ita dicit Bald. in Authenti. quod locum. in quæstio-*

a Adde de materia notorij, per ea, quæ dixit latiùs in appa-

ne, decimò quæritur. C. de collationibus. Qui poßidet tempore litis contestatæ, semper præsumitur poßidere, nisi contrarium probetur, vt no. dominus Ioan. de Graßis, super text. in cap. venerabile. extrà, de exceptionibus. & super hoc vide Bald. in l. non ignorabit. C. ad exhibendum. Et vtrùm illud, quod olim fuit, hodie præsumatur esse, vide distinctionem Cyni, in dicta l. non ignorabit. Et in l. cùm te. in principio. C. de probationibus.

ratu super statuto, si q̃s per literas. in gl. super verbo, notoriè. 16

17 *Præsumitur vicinus scire facta vicini. l. si vicinus. C. de nuptijs. & facit l. prima. ff. de fluminibus. & notatur in capit. quosdam. de præsumptionibus, per Doctor.* 18 *Si reperiatur error in instrumento, vtrùm præsumatur error Notarij, vel error partium? Dic, aut erratur in eo, quod pertinet ad officium Notarij sibi à iure commissum, puta in indictione: tunc præsumitur error Notarij. Aut in eo, quod pertinet ad officium partis, puta, in re, vel in confinio, vel in aliquo nomine: tunc præsumitur error partis: Nam pro tabellione præsumitur, quòd nihil aliud scripserit, quàm quod ei fuerit iniunctum, & quod, quicquid scriptum est de mandato eius, qui rogauit, fuerit scriptum. Nec præsumitur, quòd tabellio sciat aliter factum, nisi sicut fuit rogatus. Et non attenditur in instrumento scientia priuata: sed scientia, quam habet, vt tabellio. & pro his faciunt nota. ff. de verborum obligatione. l. sciendum. Et in Authentica, de tabellionibus. §. nos autem. quia Notarius non præsumitur exceßisse fines mandati, sed fideliter scripsisse: Nam publicum officium præsumptionem bonæ fidei inducit, vt ff. de probationibus. l. cum precibus. ita dicit Baldus in l. errore. C. de testamentis. Quod puto verum, vbi Notarius fideliter consueuit eius officium notariatus exercere, iuxta capit. illud. in fi. extrà, de præsumptionib. Circa tamen hanc*

quæstionem, vltra Bald. vide l. quotiens. §. sed si in corpore. ff. de hæred. instit. qui §. est multum notabilis pro excusatione notariorum, secundum Bar. ibi. Et de hac materia erroris Notarij, & si ille, qui produxit instrumentum, poßit petere errorem corrigi, vide quæ plen. dixi in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæstione 130. & quæstione 131. Præsumitur dominium ex poßeßione de præsenti, vt notatur in l. edicto. C. de edicto diui Adrian. tol. in ver. diui Adrian. in gloss. magna. & in l. penult. C. de condi. instit. & in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si seruitus vendicetur. & not. Bald. in l. ei qui iurat. C. de bonis auto. iudic. poßidendis. nota. etiam in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. Et alibi dicit gloss. quòd fama probat dominium. in l. atqui natura. in verb. committat. ff. de negoc. gest. Tamen in actione hypothecaria non sufficit, quòd testis dicat, quòd vidit debitorem rem hypothecatam poßidere tãquam suam, etiam si deponeret de triginta annis, secundum Ioan. Fab. Institut. de accusat. in §. Item Seruiana. & de hac materia, an poßeßione probetur dominium, vide quæ dixi in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæstione 28. Præsumitur donatio vel venditio facta in fraudem creditoris, si venditor, vel donator post instrumentum factum poßidet res donatas, vel venditas, vt notat Specul. in tit. de donationibus. in §. 1. versic. item pone, aliquis. Sed quid de illo, qui alienat in fraudem delicti, vide Ioan. Fab. Instit. de actionib. §. si quis in fraudem. ibi: quærunt Doct. Et vide infrà in versic. an donatio facta per delinquentem, &c. An debeat præsumi pro seruiente, vel executore referente, quòd exequendo mandatum iudiciarium pars, contra quam exequebatur, eidem dixerit aliqua verba opprobriosa, seu iniuriosa: aut quòd eum percusserit? Petr. Iac. in tit. de constituta pecunia dixit, quòd nõ, per l. ea quidem. C. de accusa. sed quòd solùm ei credendum super

Nota de hypothecaria.

super citatione, ex quadam consuetudine, vt ibidem dicit Petr. Iaco. Sed in hac patria Delphin. creditur super citatione seruienti Delphinali, non ex consuetudine, sed virtute iuramenti per eum præstiti in creatione sui officij. Admittitur tamen ille, qui dicitur citatus ad probandum contrarium, argum. C. de contra. & committenda stipulatio. l. optimam. §. final. Et fortè per iuramentum, inspecta conditione nuncij, & illius qui dicitur citatus & considerata qualitate negocij, vt ibidem dicit Pet. Iac. & tetigi de hoc in decisionibus Parlamenti Delphi. quæstio. 628. Præsumitur mortuus testator in eo ipso, quòd eius testamentum grossatum iudicialiter exhibeatur, vt dicit Bar. in d. l. edicto. C. de edi. diui Adri. tol. Hîc est prætereà, quod ipse Bar. ibi tenet, quòd ex quo hæres, qui vult vti beneficio. d. l. exhibet instrumentum, quòd debet mitti in possessionē, absque eo, quòd probetur testator mortuus, cùm præsumatur mortuus, vt prædixi. Qui probat possedisse in principio, & in fine, præsumitur in medio possedisse, vt dicit Iaco. de Butr. in l. cùm res. C. de probatio. & Spec. in tit. de probat. in §. 1. ver. sed quæritur qualiter, &c. & no. decima sexta quæst. 4. c. volumus. & dist. 53 c. legem. in glo. quæ dicit, quòd ex præcedenti & sequenti probatur mediū. & extrà, de cond. appo. in c. per tuas. in glo. 3. Et super hoc vide Hen. Boic. in c. accedentibus. de priuilegijs. & Doct. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. Si pater donet filio tanquam benè merito, nō præsumuntur merita præcessisse, nisi probentur per filium, vt no. in l. si donatione. C. de colla. quod credo verum, nisi appareant coniecturæ talium meritorum, vt ibi dicunt Doct. Imò plus ibi dicit Bal. quòd super probatiōe dictorum meritorum statur iuramento patris donantis. & de hac materia meritorum ple. dixi in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæst. 95. An eo ipso, quòd instrumentum debiti reperitur penes debitorem, præsumatur liberatus? Dic, quòd si al-

19 20 21 22

legat se liberatum virtute pacti, aut virtute solutionis: Si virtute pacti, nō præsumitur liberatus, nisi pbet, quòd fuerit sibi redditum per creditorem. l. Labeo. cum ibi notatis. ff. de pact. & ratio est in hoc casu, quia pactum de non petendo, habet vim donationis, quam quis in dubio non præsumitur facere. l. cùm de indebito. ff. de probationibus. & l. filiusfamiliàs. ff. de donationibus. Si verò virtute solutionis: Si quidem debitor sit domestica persona, non præsumitur liberatus: nisi probet redditum instrumentum, vt l. si de possessione. C. de probationibus. & in l. 1. §. ille autem. C. de Latina libertate tollen. Si verò non sit domestica persona, præsumitur liberatus, ex eo, quòd reperitur instrumentum penes se. l. qui chirographum ff. de probat. Sed per quot testes probetur redditio instrumēti? dic quòd per quinque testes. vt dicit gl. notabilis in d. §. ille autem. Item solennitas intrinseca præsumitur, iuxta l. quicunq. §. fin. & ibi notatur, per glossam & Doctores. ff. de Publiciana. Secùs in extrinseca, vt plenè per Bart. & Docto. in d. l. sciendum. ff. de verborum obligat. Debitor annuæ præstationis probando solutionem trium annorum præsumitur de annis præcedentibus soluisse. gloss. in l. 2. C. de iure emphy-
23 teutico. in gl. magna, circa fin. Non præsumitur dispositio seu confeßio erronea: nisi error probetur. not. Bal. in l. verba. C. de falsa causa adiecta le. De modo probandi errorem,
24 vide Bald. in l. errore. C. de testamentis. Item præsumitur fatuus, qui fatua dicit. ff. de condi. insti. l. cùm quidam. & ibi Doct. Item præsumitur donatio inter coniunctas personas, vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. seruus communis. Et inter tales etiam faciliter præsumitur remißio, in
25 l. Procula. ff. de probatio. Item quis præsumitur mente cogitasse, quod ore expreßit. l. Labeo. ff. de supellectili legat. Item si duo instrumenta reperiantur in eadē charta, prius scriptum præsumitur prius factum, & receptum. Bart. in

l. 1. C.

l.1.C.de nouo.C.componen. Item ecclesia non præsumitur habere patronum, episcopus tamen in ea habet ius episcopale, ita dicit Innoc. in c. venerabile. extrà, de except. Sicut non cadit præsumptio fugæ in eo, qui immobilia poßidet: sic nec eo, qui magna mobilia poßidet, quæ de facili occultari, vel moueri non possunt, ita dicit Bar. in d.l. sciẽdum. circa principium. ff. qui satisdare coguntur. Item instrumentum quòd notarius tradit parti, non præsumitur originale: sed præsumitur penes notarium remansisse, ita dicit Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. circa fi. ff. de eden. Quis præsumitur habilis ad generandum, not. Barto. tex. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel ali. iuris. An sufficiat libellum præsumptiuè concludere, vide Bar. in l. cùm quis. ibi, & ex hoc puto, & c. ff. si cer. pet. Et vtrùm quis præsumatur mutuare vel donare, vide Barto. in dict. l. cùm quis. ibi, pro huius declaratione, &c. Nemo præsumitur ignorare valorem rei suæ, seu facultatum suarum. l. quisquis. C. de rescin. vend. Præsumitur contra occultè dantes, vel facientes, vel iudicantes, vt in c. vnico. extrà, vt ecclesiæ beneficia sine dim. Minor eo ipso, quòd fideiubet præsumitur deceptus, vt dicit gl. sing. in l. ait prætor. §. non solùm. ff. de minoribus. Cùm apparent duo testamenta: nec scitur quod prius & quod posterius, illa adinuicem se confundunt, & sunt nulla regulariter, vt not. glossa & Docto. in fin. C. de edicto diui Adrian. tollen. & in l. 1. §. non autem. vbi per Bartol. ff. de bonor. possess. secundum tabu. & gloss. in cap. duobus. de rescriptis. libro 6. Hoc tamen fallit, vbi in vno ex testamentis apparet relictum ad pias causas, & in alio nihil: quia illud tunc præsumitur posterius, in quo ad pias causas est relictum, ita tenet per plures rationes dominus Ludouicus Pontanus, dictus de Roma. in Authen. similiter. C. de episcop. & cleric. in sua repetitione, in 6. col. vbi plenè tractat materiam piarum causarum, melius

26 27 28 29 30

quàm

quàm viderim alium. In materia legis, quotiens duobus. C. de rei vendic. si venditio fuerit facta duobus, & non appareat, cui primò fuerit tradita: certè præsumitur tradita fuisse illi, qui precium numerauit. ita notat Baldus in c. si facta de feud. si de feudo fuerit controuersia. Ex insolitis præsumitur fraus: ita dicit Bal. in l. si quis sub conditione.

31 ff. de condi. instit. Præsumptus inimicus potest à testimonio repelli. istud est dictum singulare in c. 1. & 2. extrà, de re iudicata. & vide Barthol. in l. 2. C. si contra ius vel vtil.

32 publicam. Et præsumitur inter litigantes inimicitia, in c. item cùm quis. extrà, de testi. spo. Quod facit pro repellendo aliquem à testimonio. vide tamen Spec. in titu. de teste. §. 1. versic. inimicus ergo. quod habet causam de inimicitia magna. Tamen, qualis repellatur à testimonio, dixi in apparatu, quem feci super statuto, si quis per literas, in gl. su-

33 per verbo communi æstimatione fide dignos, &c. Mandatum factum ex modico interuallo præsumitur ex verbis anteà dictis. Et hoc nota pro homicidio, quod si locutus fui tecum tacitè: & subitò occidisti hominem: præsumptio est quòd mandauerim. gl. est in l. si ventri. §. fina. ff. de priuil. creditorum. Et alibi dicitur, quod quis præsumitur dedisse auxilium eo ipso, quòd stet cum armis cum percussore, secundum Innocen. in cap. contumacia. extrà, de clerico percussore. de hoc plenius tetigi in Decisionibus Curiæ Parla-

34 menti, quæstione 437. An consensus adiectus in principio, & in fine, faciat præsumi fuisse in medio: & quid de dissensu, vide c. 1. extrà, de condit. appositis. Præsumptio potest haberi de aliquo facto per frequētiam actuum, vel exercitium eorum, qui adhærent & conueniunt illi facto.

35 27. quæstio. 1. c. vidua. Præsumitur instrumentum suspectum, si sit scriptum diuersa litera, in Auth. de triente &

36 semisse. §. 1. Præsumitur filius eadem persona cum patre, si est in potestate: ita debet intelligi l. fin. C. de impube. &

aliis

alijs substitu. secùs in emancipato, vt est gloss. in l. 2. C. qui ætate vel profess. lib. 10. & in l. si mater. §. si quis hominē. ff. de except. rei iudicatæ. Præsumitur semper pro notario mortuo, quòd ipse fuerit notarius, adeò quòd non est necesse probare de titulo suo, sed solùm de sua quasi possessione vtendi officio notariatus, secùs si viueret, secundum Innocen. in cap. veniens. extrà, de iureiuran. & vide Bar. in Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Præsumitur in dubio electio concessa legatario. ff. de legatis 2. l. Lucio. in glo. quæ alibi non reperitur, vt dicunt Doctor. Præsumuntur omnia solenniter acta in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, quando interpositum est decretum iudicis. ita dicit & tenet Speculat. in tit. de emptione & venditione. in §. nunc dicendum. versic. & breuiter scias. & Ioan. Fa. C. de rescindenda venditione. in l. si quis. & Innocent. in c. fi. extrà, de cle. qui furtiuè ordi. Et quando etiam factum est de antiquo, præsumuntur omnia solenniter fuisse acta. Bar. in d. l. sciendum. ff. de verborum obligatione. Vtrùm filius præsumatur scire testamētum patris, & quod in extraneo hærede, vide Bart. in l. is potest. ff. de acquiren. hæred. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligation. Hodie præsumitur excommunicatus, qui olim fuit excōmunicatus. no. Cy. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. & glo. in c. proposui. extrà, de clerico excommunicato. vide tamen circa hoc Ioan. de Lignano. & Io. And. in d. c. proposuit. de clerico excommunicato. & Cyn. in l. siue possidetis. C. de probat. in quæstione fin. ibi in quæstione de electione facta in episcopum, de quodam excommunicato. Vera probatio tollit præsumptionem. not. glo. in l. penulti. ff. de in integrum restitutione. super verbo, æstimari. & nota. Specul. in titul. de probat. in §. final. vers. & not. quòd vera

[Margin: 37; Nota pro notario mortuo.; 38; 39; 40 De excommunicatione.; 41 De vera pbatione.]

probatio,

42 probatio,&c. Duæ contrariæ præsumptiones possunt habe-
43 ri circa idem factum. 57. distin. cap. 1. Dolus faciliter præ-
sumitur, vbi est causa lucri: non autem vbi cessat. l. elegan
44 ter. §. final. cum l. sequent. ff. de dolo. Præsumitur dolus &
metus cessare, quando aliquid fit præsentibus parentibus
& amicis. l. transactionem. C. de transact. Episcopus infeu-
dauit aliquod castrum, vel aliam rem immobilem: si non
cõstat: cuius fuerit res infeudata, præsumitur fuisse eccle-
siæ, secundum Hostien. in c. cùm in officijs. extrà, de testa.
quem sequitur Bal. in feudis. in titulo, de clerico, qui inue-
stituram fecit. in fine. Si sit dubium ex verbis instrumen-
ti, an partes se compromiserint in aliquem tanquam in
arbitrum, vel arbitratorem, præsumi debet, quòd tanquam
in arbitratorem. not. Bald. in feudis. in tit. de lege Corradi.
in § inter pares. in tertia col. Eo ipso, quòd quis in iudicio,
vel in aliquo actu, quem gerit, se dicit tutorem, ipsum de-
bet, quòd faciat actum tutorio nomine, licet ita non dicat,
secundum Angelum de Aretio, in tractatu suo, de malefi-
cijs. in gl. super verbo, nec non ad querelam, &c. ibi. tertiò
45 non admittitur, &c. An testator præsumatur scire rem
legatam esse alienam, vide Bal. in l. cùm alienam. circa fi.
C. de legatis. & ibi Cyn. & gloss. in c. filius. extrà, de testa-
46 men. Præsumitur testatorem rem legatam velle adimere,
eam alienando. l. rem legatam. ff. de adi. le-
ga. Ea quæ in facto consistunt non præsu-
muntur. l. cum filio. ff. de curatore furiosi. l.

De his quæ consistunt in facto.

1. C. quæ sit longa consuetudo. Potissimùm cùm sit con-
tra ius. l. quod non ratione. & l. quod contra. ff. de legibus.
47 Ratione familiaritatis quis non præsumitur culpabilis, in
c. cùm ad sedem. extrà, de restit. spol. & no. Bal. in l. 1. C. de
48 ser. fug. Ex modicitate precij præsumitur fraus. l. per diuer
sas. C. mandati. no. Cyn. in l. fi. C. plus valere quod agitur.
Ea quæ cursu temporis mutantur, non præsumuntur esse
in eo-

in eodem statu, vt no. per gl. & Docto. in l. spadonem. §. qui solutus. ff. de excu. tut. Præsumitur clericus in ecclesia sua residere, & maritus cum vxore sua. hinc est, quod Doc. dicūt, quòd contra ipsos sufficit citatio ad domum: quia si ibi non reperiantur, præsumuntur se malitiosè absentasse, argu. in c. 1. extrà, qui ma. accu. poss. & in c. tua. de cle. non residen. ita dicunt Doct. in c. quoniam frequenter. vt lite non contest. in §. si verò. Et de hac materia citationis ad domum, si valeat, vide Innoc. in c. si aduersarius. extrà, de eo qui mittitur in posses. cau. rei seruandæ. & per Barto. in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. infect. & in l. quamuis alienus. eod. tit. & eundem Bar. in l. quod si dubitet, & ibi loquitur Bart. de illo, qui habet duas domos, qualiter intelligatur facta citatio. ff. de acq. hær. Et per Henr. Boic. in c. 1. de raptorib. De materia citationis etiam scripsi in decisionibus Curiæ Parlamenti Delph. q. 445. De quo operetur iuramentum, si contractus de iure præsumatur simulatus, vide Doct. in l. fi. C. plus valere quod agitur. Confessio facta per testorem in suo testō, non valet nec probat, nisi iurauerit: quia tunc non præsumitur immemor suæ salutis, ita dicit Humb. de Bonenc. in Auth. sacramēta puberum. C. si aduer. ven. in sua rep. in materia causæ formalis. in fi. Vtrùm præsumatur aditio hæreditatis potius, quàm repudiatio: vel econtrà, vide Bar. in l. gerit. ff. de acq. hær. & Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & pleniùs in l. si certis annis. C. de pact. Nemo præsumitur immemor suæ cōditionis, in l. si quis procurationē. C. de decur. & fil. eor. lib. 10. Prima præsumptio tollitur per secundā. l. si qui. C. de adulterijs. & argumen. in l. illud. ff. de periculo & commo. rei vend. Quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus, non tamen sic est in bona fide, quia ad hoc, vt præsumatur bona fides, requiritur aliud probari, vt not. per Archidiaconum,

[Margin: 49 — De iuramento testatoris. — 50 — 51 — 52 — 53 — Nota de bona fide.]

in c.

in c.episcopum.de præsumpt.lib.6.in gl.super verbo, bona fides.& per Innoc.in c.2.in gl.magna.circa fin.de in integrum rest. & de præscriptionibus.cap.si diligenti.Sed quæ requirantur in probanda bona fide, dic quòd iustus titulus: vel,quòd probabilibus rationibus acquisierit possessionem: vel quòd longo tempore possederit.ita dicit Archid.vbi suprà.& not.in suo Rosario.1.q.1.c.nullus.& vide quæ dixi
54 circa hoc infrà,in versic.præsumitur mala fides, &c.Et ex titulo putatiuo præsumitur bona fides: nisi aliqua præsumptio in contrarium appareat. in l.penul.C.de præscriptio.longi tempo.& ponit dominus Ioan.de Graßis,in c.si diligenti.extrà,de præscription. Et non præsumitur bona fides,nisi in iudicio allegetur per partem.not.Insti.de act. §.aliæ. Quia est facti & animi: ideò debet allegari antequam præsumatur,secundum Bald.in feudis.in titulo,si de feudo contro.fuerit.in c.si quis per 30.Sed qualiter probetur mala fides illius,qui poßidet cum titulo,ponit Bart. plen.in l.nunquam.ff. de vsucap. In ijs quæ dependent ex animo,statur iuramento,nisi in cōtrarium sit præsumptio. l.inter omnes.§.rectè.ff.de furtis.& not.per Doct.in l.1.§. 3.ff.de aqua plu.[a] & æstiu. Mulier contrahens matrimonium sine expressa constitutione dotis,præsumitur omnia bona sua in dotem viro suo constituisse.glo.in l. mulier bona.ff.de iure dotium.quod verum puto,si interueniat traditio: aliàs non.sic intelligitur d.gloss.in d.l.mulier bona. Ex hoc sequitur, quòd nomina debitorum, quæ non traduntur,sed ceduntur,non præsumūtur in dotem dari.l.fi.C.de pact.conu.& l.fi.ff. de repu.ita tenet Bald.in c.1.an mari.succedat vxori in beneficio. & de hoc etiam tetigi in decisionibus Parlamenti,quæstio.468.
55 in fin.Dolus præsumitur à lege eo ipso, quòd quis habet res suas

[a] De hoc etiã tetigit in apparatu statuti, si quis per literas. in gl. super verbo, clandestinè. ibi,sed qualiter probatur ille animus.

suas saluas, & amisit alienas. l. quod Nerua. ff. depositi. Idem si in loco tutiore ponere potuit. l. vtique. ff. de damno infecto. Qui refutat salutare aliquem, præsumitur eius inimicus. 63. dist. c. cùm Adrianus. & est glo. in l. ad hoc. C. de appellat. Præsumitur vxorem primò mortuam, cùm perit simul cum marito suo. ff. de rebus dubijs. l. qui duos. §. inuitus. Præsumitur in fraudem creditorum fecisse, qui omnia bona sua alienauit. l. oẽs. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credi. Et vide Bar. in l. post contractum. circa princ. in versic. vt plenè habeas, &c. ff. de donat. Et de illo, qui alienat in fraudem delicti, vide Ioan. Fab. Inst. de acti. §. item si quis in fraudem. ibi, quærunt Doctores. Præsumitur quis dignus, nisi probetur indignus. l. seruus. ff. de manu. testa. Si fuerit appellatum in scriptis, nõ præsumitur fuisse appellatum infra 10. dies, nisi constet de sententia, vt dicit Io. And. in Nouella. in cap. Romana. de appel. lib. 6. Præsumitur, quòd quis sit perpetuò furiosus, qui est furiosus, vt probatur C. de vsufruct. l. ambiguitatem. Præsumitur de præterito ad præsens. ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur. l. sicut. §. superuacuum. Præsumitur mulier ex alio concepisse, quæ post mortem viri, post 11. menses peperit, vt in Authen. de restit. & de ea quæ parit, &c. §. mulier. & videtur probari in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthum. Præsumitur debitor liberatus, qui habet penes se instrumẽtum incisum. ff. de probat. l. qui chirographum. Præsumitur inuitus, nisi probetur volens fecisse, qui omnia bona sua alienauit. ff. quæ in fraudem credit. l. omnes. §. Lucius. & §. qui omnia. Præsumitur, quòd quis velit sibi prospicere, qui dotem dedit, vt sibi restituatur, etiam in illum casum, qui non fuit expressus, nisi contrarium probetur per mulierem. l. si extraneus. ff. de condit. causa dati caus. non secu. Præsumitur bonus, qui natus est de bona progenie. ff. de ædil. edic. l. si seruus communis. §. qui mancipia.

56 57 58 59 60 61 62 63 64

65 cipia. Præsumitur mulierem stipulantem dotem sibi reddi, vbi extraneus dederat pro ea, nisi appareat extraneum stipulatum fuisse. C. de rei vxo. acti. l. 1. ff. sol. matr. l. quo-
66 ties. Præsumitur falsarius qui suspecta scriptura vtitur in
67 iudicio, vt fides adhibeatur. l. iubemus. C. de proba. Præsumitur traditio rei, cuius possessio habetur. Nota in l. quædam mulier. ff. de rei vend. & in l. 2. C. de acq. poss. no. Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. ibi, quæro quòd proben. &c. Præsumuntur anni continui, si quis articulando dicat se possedisse decem vel viginti annis, vt dicit Bar. in d. l. Celsus. in fi. sui cōmen. de hoc latiùs dixi in apparatu meo super statuto Delp. si quis per literas. in gl. super verbo, probata pos-
68 sessione, &c. in quæstione 1. Præsumitur mala fides multis de causis, vt dicit Bal. in l. 2. C. de repud. hæred. Primò quando quis emit per interpositam personam. Item quando clàm. Item quando omnia bona sua vendidit siue vna venditione, siue diuersis: & super hoc vide Bar. in l. post contractum. ff. de dona. Item ex modicitate precij. Item quando res est pro parte vēdita, & pro parte donata. Itē qn̄ nō interuenit precium, sed sola confessio. Item qn̄ interuenit preciū, sed clàm redditum fuisse ꝓbatur. quia non dicitur interuenisse, quod non permansit, vt ꝑ Bal. in loco præal. ꝗ in quolibet dictorum casuū allegat leges & fundām̄a in iure, quæ hîc omitto recitare causa breuitatis. Item ēt ꝓsumitur malam fidem habere illi, qui mercatur cōtra iura, sicut emptor rei ecclesiæ, vel rei minoris, sine auctoritate superioris vel curatoris, ita ꝙ non possunt tales præscribere, vt plenè per Dyn. in c. qui contra iura mercatur. de regu. iuris. lib. 6. Etiam præsumitur mala fides, vbi solennitas debita non seruatur: ita dicit gloss. in l. 1. super verbo, malæ fidei. C. de fid. instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. & ponit Bart. in l. cùm plures. §. qui bona. ff. de administra. tutor. & ex mala fide semper adesse præsumitur

Nota de mala fide.

sumitur dolus. Fraus etiam præsumitur ex causis, quas posuit Bart. in d. l. post contractum. & Dy. in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, qui in fraudem credit. Et vltra illos casus ex multis alijs causis fraus præsumitur: videlicet quando quis in contractu, vel extra iudicium confitetur debere, quod ab eo petitur: nec aliàs constat de debito petito: nisi per ipsam confeßionem, & tradat in solutum, vel obliget aliquā rem. l. 1. §. si mutuam. gloss. super verbo, spopondit. ff. si quid in fraudem patro. alie. fuerit. Si tamen quis conuentus iudicialiter, & libello oblato confiteatur, quod petitur, secùs. vt notat Bartol. in dict. l. 1. §. si mutuam. & quæ sit ratio, ibidem ponitur per eum. Præsumitur etiam fraus ex modicitate precij, si res magni precij tradatur in solutum, vel cedatur pro modico precio. l. per diuersas. iuncta gl. C. mandati. Præsumitur etiam dolus ex assertione, quam quis facit, quæ nō est vera. l. si quis adfirmauerit. ff. de dol. Præsumitur etiam dolus ex omissione illius actus, qui fieri debet, & non fit. l. si procurator. §. dolo. ff. mandati. Præsumitur etiam dolus, si fiat actus de se prohibitus: nisi probetur contrà. l. 1. & l. si non cōuicij. C. de iniurijs. Præsumitur etiam fraus siue dolus ex frequentia actuum illicitorum. l. inciuile. C. de seruis fugit. Præsumitur etiam fraus, si fiat emptio, vel alius contractus, per interpositam personam. arg. l. 2. C. de nat. liber. & l. 3. eod. tit. & l. si is qui. ff. de acq. vel repud. hære. Præsumitur etiam fraus ex actu aliquo, si fiat incontinenti post contractū vel actum prohibitū. l. si venter. §. fi. ff. de priui. cred. & no. Bar. in l. si te paterna. C. de repu. vel absti. hær. & in l. dolum. C. de dolo. Præsumitur etiam fraus, quando quis non præstat tantam diligētiam in alienis negocijs, sicut in suis. l. 1. §. is quoq;. ff. de actio. & obligat. l. hæredes. §. non tantùm. ff. familiæ herciscundæ. & l. quod Nerua. ff. depositi, & ibi est textus, & ita etiam ibi notat Barto.

69 70 71 72 73 74 75

De præsumptio. doli.

in versic. qui incipit: alij moderni, &c. Præsumitur etiam dolus, si quis intricat peculium, vel rationem, quam reddere debet: Vel si transferat in alium id, de quo suspicabatur contra eum agi. Isti duo casus habentur, & notantur per Bartolum in l. summa. in principio. ff. de pecul. Item fraus præsumitur in filio, quando se abstinuit ab hæreditate paterna, & inuenitur posteà aliquid poßidere de bonis paternis. nam quod in continenti fit ante præmachinatum præsumitur, iuxta notata per Dynum & Doctor. in dicta l. post contractum. ff. de donation. Si pater testamento confiteatur aliquid filio suo spurio, etiam sub colore alicuius actus de se liciti, præsumitur in fraudem fecisse, nisi spurius probet confeßionem esse veram. tex. cum glossa in l. qui testamentum. ff. de probationibus. Sed quid si pater emit à spurio, & confitetur precium sibi fuisse solutum. gl. in d. l. qui testamentum. super verb. modum. dicit quòd valet confeßio, sed illa glossa reprehenditur per Barto. post Iacob. de Are. per l. Aurelio. §. 1. ff. de libera. legata. Præsumptio dolositatis inducitur ratione vicinitatis actuum, facit quod nota. Spec. in tit. de donatio. §. 1. versic. item pone aliquis. & not. per Bald. in dicta l. secund. C. de repud. hæredit. Et ex multis simul iunctis dolus præsumitur, secundum glo. in l. dolus. C. de rescin. vend. Et ex omißione eius, quod quis facere debebat, dolus præsumitur. l. Iulianus. §. si tibi decē. ff. ad exhibendum. & de admin. tutorum. l. tutor qui repertorium. in princip. & de re. iuris. l. quæ non facit. Dolus qualiter præsumitur, ponit Hostien. in tit. de iureiurand. §. quomodo. versic. Papa autem. Contra aliquem præsumitur ex eo quod facere consueuit. l. solutum non videtur. §. fi. & l. vel vniuersorum. ff. de pig. actione. & l. sed Iulianus. §. quod dicitur. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legatis primo. Ex celeritate actuum fraus præsumitur. l. si vota. §. fin. ff. de priuileg. credito. vide Barto. in l. eandem.

C.de fideicōmiſ. Ex cautelis in aliquo actu appoſitis fraus præſumitur.notatur in l.1.ff.de condi.inſtit.Præſumitur ſimulatum,vbi lex præſtat impedimentum.Bald.in l.neque natales.C.de probatio.in fin. Præſumitur in dubio pro 76 grato,& nō pro ingrato, in his, quæ ſunt honoris:ſed in his, quæ ſunt oneris,præſumitur pro ingrato.ff. de legatis primo.l.Lucius.§.Lucius. & dicit Bald.in l.voluntas.C.de fideicommiſ.Ex quo quis abſens fuit per longum tempus, præſumitur ab initio habuiſſe animum non poßidendi, vt dicit Henric.Boic.in c.querelam.de electione.Præſumitur 77 contracta ſocietas inter fratres, qui eorum bona longo tempore communiter tenuerunt, & vixerūt communibus expenſis:probatur ff.pro ſocio.l. cum duobus.§.fratres.& in l.Procula.ff.de probationibus.& not.Bald. in l. prim.C. qui teſtamen.face.poſſunt.vide Ioan.Fab. Inſtit.pro ſocio. in princip.& Bart.in l.Titium & Mæuium. in §. altero, & ibi pulchrè.ff.de adminiſt.tutorum.vide Ioan.Fab.Inſtitu.quibus modis ius patr.po.ſol.in §.penult.vide etiam tractatum de duobus fratribus compilatum per Bartol.qui tractatus non fuit per eum completus, ſed eum compleuit Bartol.in duabus legibus,videlicet in l.ſi patruus.C.communia vtriuſque iudicij.& in l.filiæ.C.famil. herciſcundæ.Item etiam ſi duo fratres teneant ſeparatim aliqua bona paterna,præſumitur diuiſio inter eos fuiſſe facta,ſi per 10.annos quilibet ſeparatim tenuerit.gloſſ. in l.ſi minor. C.communi diuidund.Præſumitur matrimonium,ſi mi- 78 nor annis moretur cum alio,cum quo contraxit vſque infra legitimam ætatem. 27. quæſtione 2. c.priuſquam.ſecùs,ſi ſeorſim.30.quæſtio.2.ca. vbi. Eo ipſo, quòd quis eſt electus, præſumitur melior alijs. 61.diſtin. c. miramur.licet alibi dicatur, quòd non debet plus præſumi pro aliquo, eò quod habet dignitatem.8.quæſtio.1. ca.illud. Non præſumitur 79 mater ſi non diligat filium.2.quæſtio. 6.cap.ſi quis putanerit.

uerit. quod intelligendum est, si dubitaretur, cuius esset filius. 80 Præsumptio potest haberi de aliquo facto, vel per frequentiam, vel exercitium eorum, quæ adhærent & conueniunt illi facto. 26. quæstio. 1. c. vidua. Aliquis ab alio percussus moritur, an præsumatur ex illo vulnere perijsse, Vide plenè in tractatu percussionum, compilatum per dominum Odofredum, quem tractatū penes me habeo. 81 a Si quis in strata reperiatur mortuus, præsumitur occisus ab illo, qui multùm frequentabat dictam stratam, secundum Barto. in l. iusto. in principio. ff. de vsucapio. & talis potest torqueri. Quod intelligit dominus Angelus de Aretio, Doctor actu legens de præsenti Ferrariæ, in suo tractatu, de maleficijs, in glossa super verbo, quod fama publica præcedente: si talis homo frequentans stratam erat malus homo. Quid autem si sint quinq; in vna domo: & vnus reperiatur interfectus, an ab illis in domo existentibus præsumatur interfectus, vide de Aretio, vbi suprà in dicto suo tractatu. 82 Incarceratus reperitur mortuus in carcere, & ignoratur, quomodo, & à quo. dic quod præsumitur contra Commentariensem, qui nisi probet, quòd non dolo, vel culpa eius fuerit mortuus, tenetur. gl. est singularis in l. cùm res. §. si species. ff. de legatis 2. ita dicit dictus dominus de Aretio in dicto suo tractatu, vbi suprà. 83 Si quis positus in carcere, pro aliquo delicto frangat carcerem, habetur pro confesso: quia præsumitur crimen commisisse: licet non constet eum commisisse: & potest contra eum procedi. allegat idem de Aretio, vbi suprà, tex. cum glossa.

a Vide etiam dominum Iacobum de Aluarotis, in lectura sua feudorum, in c. 1. quibus mo. feudū amittatur. ibi. q̄ro vtrum domin9 præsumatur, &c. & Pet. Iac. in tit. de lege Aquilia. an ex præsumpta inimicitia vasallus priuetur feudo, & qualiter & quō. vide dictū Ia. de Aluar. vbi sup. in §. item si fidelis.

Incarceratus repertus mortuus in carcere, præsumptio mortis

gloss.in l.reos.ff.de custod.reorum. & l.final.eodem titulo.Filius aut filia non præsumuntur scire fideicommissum relictum in testamento patris, ita dicit Bartolus, in l.qui Romæ. §. duo fratres.ff. de verborum obligationibus. in quæstione, quæ incipit: quartò quæro, &c. Ex pluribus præsumptionibus quandoque iudicatur, vt ponit Innocen.in cap.illo. de pignor. Non est licitum secundò appellare ab eodem grauamine etiam infra 10.dies, & si contrarium fiat, præsumitur renunciatum primæ appellationi & grauamini, secundum Innocent.in capitul.solitudine.de senten. & re iudicat.in fin. ideò cauti aduocati, quando volunt reformare eorum appellatio.subiungunt: non desistendo à prima appellatione, & cætera. quæ protestatio in hoc operatur, vt plenius dixi in tractatu meo, de appellation. 85 *Hæres non conficiens inuentarium præsumitur res hæreditarias subtraxisse, vt in Authentica, de hæred. & fal. §. scimus. vnde sumitur Authentic. sed cùm testator. hinc est quod aliqui Doctores, in Iure scribente, dicere voluerunt, quod hæres rogatus, si non conficiat inuentarium, perdit Trebellianicam, vt de hoc plenè per Bartolum, in l. Marcellus.ff.ad Trebellian. & dixi in decisionibus Curiæ Parlamenti Delphinat. quæstione quinquagesima tertia.* 86 *Eo ipso, quòd quis habet castrum, præsumitur habere iurisdictionem. not. Bartolus in l. prima.ff. de offic. præfecti vrbis. & pro hoc gloss.in l.quicunque.gloss.secunda.C.de fundis limit. libr. vndecimo.not.Innocent.in cap. ex literis.de iure patron. in gloss. super verbo, excepto. versicul. sicut est villa.*

[Margin, 84:] est contra Commentariensem, nisi Commentariensis probet, quòd nõ dolo, vel culpa eius fuit mortuus.

[Margin:] Incarceratus pro delicto & carcerem frangens habetur pro confesso.

[Margin:] Nota de castro & iurisdictione.

vel castrum,&c.no.etiam per Barto.in l.1.ff.de iurisdict. omnium iud.versic.ex hoc quæritur,&c. vide Ioan. And. in ca.1.de sententia & re iud.lib.6.in nouella. vide etiam

87 in cap.cùm ad sedem.de restit.spol. Illud etiam dicitur notorium,quod resultat ex præsumptione iuris.in Authent.de restit.& ea quæ parit.§. vnum. & ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.filium. ita dicunt Docto.Canonistæ in materia notorij,de qua materia notorij plenè scripsi in apparatu, quem feci super statuto Delphina.incipiente:si quis per literas, &c.in glo.super verbo,notoriè.

Nota de notorietate.

88 Duæ præsumptiones vincunt vnam. Not.Ioan.And.in cap.ad decorem.extrà,de institutionibus. Præsumitur ignorantia ex facto de longinquo: vel ex facto antiquo:vel quando factum de recenti est multum intricatum, & implicitum,vt dicit Barto.in l.si res. §.1.in princ.ff.de legatis primo.Et istud facit ad materiam verborum derogatoriorum adiectorum in primo testamento, ita quòd si illa verba derogatoria sint multùm implicita, testator secundò testando præsumitur illa oblitus fuisse, & valebit secundum testamentum, vt plenè de hoc tetigi in decisionibus Parlamenti.quæstione 127.Non præsumitur debitorem creditori suo legasse animo cōpensandi:nisi debitor ita legando declarauerit.Et si non declarauerit,incumbit onus probandi, quoad animum compensandi,illi qui dicit.l.creditorem.& ibi Bar.ff.de leg.2.& l.Lucius. de legat. 1.secundum Oldradum. & vide quæ leguntur &

De præsumptione animo compensandi.

89 notan.in l.si compensandi.C.de hæred.insti. Minor præsumitur ignorare.no.gloss.in l.si quis patrem. ver.proindè. ff.ad Senatusconsul.Macedo. In dubio testamentum præsumitur nuncupatiuum,quando testator deduxit illud in noticiam testium.l.hac consultißima. C. de testamē. & l. hæredes palàm.in prin.ff.de testa.ita dicit Salice.in l. errore.C.

rore. C. de test. Quilibet præsumitur sanæ mentis, nisi probetur contrarium, in l. ne Codicillos. C. de Codicillis. Quæ præsumptio naturæ transfert onus probandi contrarium in aduersarium: vt ibi, quod facit ad quæstionem eius, qui bouem vagabundum retinuit in suo stabulo, vt expensas quas asserit ei fecisse, teneatur ei dominus resarcire, cùm præsumptio naturæ sit, vt nō vixerit de vento: tamen iudex debet taxare. ita dicit Bald. in d. l. ne Codicillos. Possessio semel quæsita, semper præsumitur retenta, nisi perdita probetur, secundum Cyn. in l. pen. C. de præscript. long. temporis. Non præsumitur pluralitas testamentorum. l. locum. §. 1. ff. de tab. exhib. & l. 1. §. si quis duobus. ff. de bon. poss. secund. tabul. In generali sermone, vel actu, non præsumitur quis loqui vel disponere contra illos de suo genere seu sanguine, ita dicit Bald. in l. 1. circa medium. ff. de statu hom. Quis præsumitur de facto suo recordari vsq; ad decem annos, & non post: vt legitur, & nota. in l. peregrè. ff. de acquir. posses. & nota. per aliquos in l. 1. C. de confess. Quis præsumitur scire factum inter vicinos suos. 24. q. 1. c. paratus. Pone, quòd ille qui recepit 300. Francos ad medium lucrum, & mediam perdā, soluit per plures particulares solutiones centum: creditor dicit, quòd est pro lucro: debitor dicit, quòd imò pro principali sorte. quæritur cui credetur? Respondetur, quòd aut dum soluitur, exprimitur iuxta l. 1. & 2. ff. de solutionibus. aut simpliciter soluitur: & tunc, quia per plures particulares solutiones soluitur, præsumptio facit pro creditore, quia præsumptio est, ꝙ creditor lucretur, cùm quilibet anhelet ad lucrandum, vt notatur in l. cura. §. 2. ff. de mun. & hon. & per Doct. in l. fin. C. de pactis. Quia donatio omnium bonorum præsentium nihil retento, benè valet: quia præsumptio est, quòd lucretur, & acquirat. argu. C. arbitrium tutelæ. l. si defunctus. & sic præsumptio est,

90 Nota de possess.

91

92

quòd fuerit solutum pro lucro. Prætereà nemo præsumitur velle facere suum incommodum. l. cùm de indebito. ff. de probatio. not. gloss. ad Velleianum. l. sed si ago. in fine. sed particularis solutio affert incommodum. l. cùm hi. §. causæ. ff. de transact. & l. planè. ff. famil. hercíscundæ. Et per consequens, nõ est præsumptio, quòd creditor receperit particulares solutiones, pro principali sorte: sed duntaxat pro lucro, quod particulatim solet solui. Talia sunt subiecta, qualia prædicata. Ex quibus infertur, quòd si debitor dicat, quòd soluit pro principali, quòd eidem incumbit probatio. hanc quæstionem reperi scriptam manu propria recolendæ memoriæ patrui mei, domini Petri Papæ, legum Doct. in suis notabilibus, & alibi eam non vidi. Contrà penitùs illiteratum est vrgens præsumptio, quòd non sit clericus, ita dicit Ioan. Andr. in c. si iudex laicus. de sent. ex-

93 com. li. 6. in Nouella. Allegata præscriptione præsumitur titulus allegatus, et bona fides: etiam si non dicatur. ita tenet Archid. in c. 1. de præscri. lib. 6. in fi. & est gl. in l. cùm de in rem verso. ff. de vsuca. & in l. si certis annis. C. de pa-

94 ctis. in ca. peruenit. extrà, de cen. Præsumitur metus inter subditum & dominum, secundum Innoc. in c. si diligenti. extrà, de præscri. & vide quæ circa hoc plenè dixi in decisionibus Parlamenti, quæst. 407. circa medium. ibi ratio, quia præsumitur, &c. An minor adeundo hæreditatẽ præsumatur læsus, vt restituatur in integrũ aduersus aditionem hæreditatis, vel si debeat probare hæreditatem onerosam, vel si sufficiat, quòd minor probet credita esse in hæreditate, vide quæ plenè dixi in decisionibus Parlamenti, q. 141. & q. 142. Aduersus tutorem sufficit minori probare præsumptam læsionem, secund. Bal. in l. fin. C. si aduer. ven. De dispensatione super iuramento fienda ratione doli vel metus præsumpti, & de eorum præsumpta probatione, vide no. per Host. in Summa, in tit. de iureiur, §. quomodo.

in vers.

in verſ.ſi enim metus,&c.& de hac materia tangit Humbert.de Bonenco,in Auth.ſacramenta.C.ſi aduer.vend.in ſua repetitione in cauſa finali.& ibi tangit plenè de diſpenſatione iuramenti.vide etiam quæ dixi de diſpenſatione iuramenti in deciſionibus Parlamenti, quæſtione 140. Si fecero expenſas pro aliquo,præſumitur, quòd de meo fecerim,& non de alieno.l.ſi ventri.§.fin.ff.de priuil. cred.ſecun.Bal.Eo ipſo quòd quis emit rem alienam, ſciẽs eam eſſe obligatam,præſumitur eſſe in mala fide, adeò quòd non eſt neceſſe diſcuti prius principalem debitorem.ita dicit Hoſt. in ſumma,in tit.de pig.§.quæ actio. Si legetur eccleſiæ,& dubitetur,ſi eccleſiæ,vel ſacerdoti, cui præſumetur in dubio relictam:ſic diſtingue: Aut non eſt nomen ſacerdotis appoſitum: & tunc præſumitur eſſe relictum eccleſiæ. ff. de rebus dubijs.l.ciuibus. & ff. de annuis legatis. l.annua. §.Titia.Aut eſt nomen Proprium appoſitum:& tunc voluerunt quidam dicere:ſi nomen Proprium præcedat, aut ſequatur:primo caſu ſacerdoti præſumitur fuiſſe relictũ. Secundo caſu eccleſiæ,argument.ff. de ſtipulat.ſeruorum. l.antepen.Sed dici poteſt,quòd illa loquitur in modo quærendi.Et ideò aliter diſtingue: Aut habebat noticiam cum ſacerdote,iure affinitatis,vel aliàs, & tũc præſumitur ſacerdoti relictum.ff.de reb.dub.l.qui habebat.& in Authẽ. licentia.C.de epiſc.& cler. aliàs in dubio pro eccleſia præſumitur.argum.C.de iure deliberan.l.cùm aliquis.& iſtud tangit gloſſ.fina.in l.non plures.C.de ſacroſanct. eccleſ.& habetur per Doct.in l.1.eodem titulo. Si quis legauerit eccleſiæ,& non dixerit,cui eccleſiæ,qualiter fiet. Dic, aut eſt vna eccleſia Cathedralis in loco,in quo ipſe moratur:& tunc illi Eccleſiæ præſumitur relictum,vt in Authẽ.de eccle.titulis.§.ſi quis in nomine Domini. Aut ſunt plures eccleſiæ Parochiales: & tunc vult ſepeliri in vna: & tunc illi in dubio præſumitur relictum, argumento ff. pro

ſocio.

socio.l.nec adiecit.& ff.mandati.l.si verò non remunerandi.& ff.de annuis legatis. l. Seiæ. Si verò nec in vna, nec in alia velit sepeliri: & tunc præsumitur illi ecclesiæ quæ est pauperior. in Authent.de ecclesiasticis titulis. §.si quis autem omnium sanctorum. facit ad hoc C. de episcop.& cler.l.si quis ad declinandam. §.fi. Si verò vna ecclesia non est pauperior quàm altera: tunc præsumitur relictum illi, in qua magis habebat accessum.argumen.ff.de lega.3.l.legatum.§.si vnus. & ff.de fundo instructo. l.si quis eodem instrumento.& de Castrensi peculio.l. cùm allegas. & ff. de rebus dubijs.l.si fuerit.Si verò vtraque ecclesia sit æqualis,& in accessu,& in alijs: tunc præsumitur, quòd æqualiter ambabus reliquerit,& diuiditur inter ipsas.ff.de legatis 1.l.si quis Titio.§.penultimo.& C.de episcop.& cle-
95 *ricis.l.si quis ad declinandam. In dubio potius statur appellationi, quàm sententiæ: quia præsumitur, quòd propter grauamen appellauerit.ita dicit Archidia.post Gofredum in cap.si à iudice.de appellationibus.libro 6. Aliquis soluit triginta annis aliquam pẽsionem super domo sua, an præsumatur hypothecata? Credo quòd non: quia non probat hoc esse,&c.l.non hoc.C.vnde legitimi.ita etiam tenet Specu. in titulo, de condictio. ex lege de iure emphyteutico. vide tamen quæ pleniùs dixit Pet. Iaco.in titulo, de rei vendicatio. quæ de consuetudine approbatur, in versic. ideò circa*
96 *hoc aduertendum,&c. Præsumitur seruitus constituta ex titulo allegato, licet non probato, si allegans possederit per decem vel viginti annos, argumento ff.de vsur.l.cùm de in rem verso.& ponit Pet. Iacob. in titulo, de confessoria in rem pro seruitute personali vsusfructus.& scripsi in decisionibus Parlamenti, q. 408. Præsumitur diuisio facta de re communi, quãdo quilibet partem suam poßidet, onus & commodum sustinendo & percipiendo: vt notat Petrus Iacob. in titulo,*

De seruitute.

De diuisiõe.

in titulo, de rei vendicatione. quæ de consuetudine approbatur, ibi: sic debet intelligi, quòd si quilibet fundum possideat, &c. An præsumatur res alienata in vtilitatem ecclesiæ, si in instrumento venditionis ita dicatur, vide quæ plenè dixi in decisionibus Parlamenti, quæstione 151. Bona, quæ tenet episcopus, præsumuntur de mensa episcopi, nisi contrarium probetur, vt plenè dixi in dictis decisionibus, quæstione 154. Infeudatio de nouo facta consanguineo præsumitur facta in fraudem ecclesiæ, per ca. quisquis. 12. quæstione 2. vbi episcopus non potest donare de rebus ecclesiæ Principibus, vel agnatis: quòd si per calliditatem facta fuerit donatio, sit irrita, vt dicit Archid. in cap. non licet. duodecima quæstione secunda. turpe est alienare res ecclesiæ: & mortaliter peccat, qui res ecclesiæ vult consumere in turpem vsum, vel consanguineos ditare: vt eos diuites præ alijs faciat. Negatiua probatur per præsumptiones, probando amicitiam, vel affinitatem occidentis alium. ita dicit gloss. in l. 1. C. de Sicar. Et pro tanto probat occisor negatiuam: quia intentio actoris est fundata propter crimen commissum: nam qui facit, quod facere non debet, dolus in eo præsumitur. ff. ad legem Falcidiam. l. dolo. ideò ipso facto intentione actoris, notoria iuris præsumptione, Nota. probatione non indiget, vt dicit Cyn. in dicta l. 1. C. de Sica. Qui semel fuit in possessione, semper præsumatur esse: quia constat nos possidere, donec aut nostra voluntate recesserimus: aut expulsi fuerimus, vt nota. Hostien. in cap. cùm ad sedem. extrà, de restit. spoliatorum. & l. 3. §. nam constat. de acquirenda possessione. Non præsumitur animus in cessando soluere, sicut in soluendo, secundum Cyn. in l. si certis annis. in septima quæstione, in fin. C. de pactis. Et istud potest induci ad quæstionem: aliquis spoliatus possessione sua, vel quasi, qui non perdidit possessionem ciuilem: sed semper animo eam retinuit, stetit per decem annos, absque eo, quòd

97

98

eo, quòd petierit se restitui in suam quasi possessionem, an lapsis dictis decem annis, poterit intentare interdictum Vnde vi recuperandæ? Credo quòd sic, quia per dictam taciturnitatem dicti temporis non debet præsumi perdidisse animum poßidendi, per id quod dicit Cy. vbi suprà. & faciunt pro hoc ea, quæ notantur per gloss. & Doctor. in l. vi pulsos. C. vnde vi. consulunt tamen aliqui, quòd hoc casu cautiùs fiet, si intentetur condictio ex Canone reintegranda. 3. quæstione 1. Sed, si lapsis dictis decem annis spoliatus poterit intentare remedium statuti Delphin. si quis per literas, &c. Dic quòd non: imò nec post decem dies, si violentus possederit notoriè decem diebus, vt plenè dixi in apparatu, quem feci super dicto statuto, si quis. in gloss. super verbo, per decem dies. in principio, & in glossa super

99 verbo, clandestinè. De differentia inter præsumptionem, & indicium, vide Bald. in l. secunda. ff. de excusat. tutorum. Si res furtiua reperiatur in domo alicuius, an præsumatur ille furtum commisisse? vide Bald. & Doctor. in l. final. ff. de hæred. instit. Per verisimilem præsumptionem potest Princeps, vel Præfectus prætorio, quem releuare à desertione appellationis, secundum Innoc. in c. ex literis. in fin. de restitutione in integ. & scripsi latiùs in decisionibus Parla-

Nota de desertione appellationis.

100 menti, q. 184. Vbi sunt difficiles probationes propter longinquitatem temporis, sufficit præsumpta probatio. & vide plenè per Bald. in Auth. quas actiones. C. de episc. & cler. Et vide quæ dixi super hoc in decisionibus Parlamenti. q. 193. circa probationem confinium. In instrumentis antiquis non est necesse probare, notarium fuisse notarium, vel in quasi possessione notariatus: quia ex facto ita antiquo oritur præsumptio, vt dicit Innocent. in capit. veniens. de verborum significatione. & ponit Bald. in dicta Authen. quas actiones.

De probationibus antiquis.

nes. Præsumitur pro minore, quòd sit læsus in odium fœnerantis.l.1.C.si aduersus credito. Et sufficit quem probare minorem, per coniecturas, vt dicit Bald. in dict.l.prima. & Bartolus in l. Lucius.ff.de exercitoria. Propter dolum vel insidias tutoris, siue sit dolus verus, siue præsumptus, minor restituitur.l.final. & ibi Bald.C.si aduersus vend. Non præsumitur vnio, siue annexatio, nisi probetur, facit c.quia sæpè.de præben.lib.6.vide c.cùm in ecclesia.eodem tit. Nunquam in dubio præsumitur donatio inter coniuges: imò statur instrumento cuiuslibet contractus initi inter eos, donec probetur donatio, per l.quod autem. §.si maritus.ff.de donat. inter vir. & vxorem. & glo.in l. vtrùm.ff.eo. & per Bartolum.in l.quæ dotis.ff.solut.matrimon. Si pater vendat filio naturali, an præsumatur fraus.gloss. mouet hanc q. in l.qui testamentum.ff de probation.dic quòd non, per l.1.C. de natu.liberis.& l.si filij.C.de donatione inter virum & vxor.& l.vxori.ff.de lega.3.ita tenet Specu.in tit.de success.ab intest. vers.quid si pater eis vendiderit: Idem dicendum est in filio naturali & legitimo filij spurij, cui etiam non potest relinqui, nisi filius esset emancipatus, secūdum Rofred.per l.quæritur.ff.de bonis liberto.& tenet Specul. in titulo, de successione ab intestato.versicu. quid si habens filium, &c. Res præsumitur esse de iurisdictione domini, cuius est territorium, nisi contrarium ostendatur, argum. 8.distinct.c.quo iure.& 23.quæst.7.c.1.arg.tamen contra. C.de episco.& cler.l.nulli.vers.quòd si vel inuito.ita dicit Spec.in tit.de iurisd.om.iud.§.1.versicu.quòd est in argumentum, &c.super hoc tamen vide no.per Host. & Innoc. in c.dilecto.extrà, de offi. Archid. melius per eundē Archid. in suo Rosario. 16.quæst.7.c.nullus.& Hostien.in cap.nimis.extrà, de iureiurando. Reperitur aliquod instrumentum, vel aliqua litera, sigillo domini episcopi Grationopol.

De probatione minoritatis.

101 102 103 104 105

vel

vel dominorum Decani & Capituli ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Grationopolis sigillatum, vel sigillata, nullo tamen loco in tali litera, vel instrumento, subiuncto, propter cuius loci omißionem dicitur talem literam, vel tale instrumentum non valere, iuxta l. optimam. C. de contrahenda & committenda stip. Et nota in l. generaliter. C. de tabularijs. lib. 10. vtrùm benè dicatur? Credo, quòd non: & est ratio, quia considerato, quòd capitulum non est de se mobile: sed residet in ecclesia Grationopolitana, in dubio præsumi debet, talem literam fuisse confectam, & sigillatam in hac ciuitate, in qua residet dictum capitulum sic, quòd propterea talis locus censetur esse insertus. pro hoc videtur bonus text. in l. si locus. ff. de iudic. vbi sententia in dubio præsumitur lata in loco, in quo tribunal iudicis teneri consueuit, & benè facit quod ponit Bartolus in l. si vt proponis. la 2. C. quomodo & quando iudex. & in l. is potest. in versicu. qui incipit: venio ad alias qualitates, circa finem. ff. de acquir. hæred. vbi dicitur, quòd quis præsumitur esse in ciuitate, vnde est, nisi contrà probetur. Quidam intrauit quandam domum, & post modicam horam auditus est clamor mulieris & viri, & statim visus est, qui intrauit exire cum gladio sanguinolento: visa est mulier vulnerata, aut vir vulneratus, dubitatur an sit probatum, illum talem hominem habentem gladium euaginatum, maleficium commisisse? videtur quòd non: quia non fuit in vulnerando visus. l. testium. C. de testi. & quia non probat hoc esse, & c. l. neq; natales. C. de testibus. potuit enim esse, quòd mulier aut vir se vulnerauerunt: tamen in hac quæstione dicendum est, istud delictum sufficienter fore probatum, quia non præsumitur, quòd mulier aut vir se vulnerauerint, sed vulneratum fuisse ab intrante, secundum Nicol. Materell. quem sequitur Bal. in l. sciant. C. de probat. vbi format hanc quæstionem, in versic. qui incipit: exemplum

emplum in quæstione facti, &c. quos ibi sequitur Saly. Qui subtrahit instrumenta ab aduersario, præsumitur habere malam causam, ita dicit Barto. in l. sicut. C. de probationi. & in l. 2. §. 1. ff. de iure fisci. Idem de illo, qui subtrahit testes, vel eorum attestationes, qui etiam præsumitur fouere malam causam, in c. constitutus. extrà, de testibus. ita dicit Hostien. in tit. de testi. cogendis. in §. 1. versi. quid si aduersarius. Confeßio vnius latroni, valet contra alium latronem ad præsumptionem, ita dicit Innoc. in c. 1. de confess. Mater tutrix liberorum, tutela durante, certa bona immobilia acquisiuit, & precium soluit: finita tutela, liberi volunt talia bona vendicare, asserentes, precium de eorum pecunijs fuisse solutum, an benè dicant? Circa hanc quæstionem dico, quòd considerari debet industria talis tutricis: ex qua poterat anno quolibet lucrari tot florenos, vel si haberet ex se patrimonium aliquod: tunc isto casu præsumi debet precium de suo proprio fuisse solutum: & hoc voluit dicere text. in l. si defunctus. ibi, dum dicitur, nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonij, quod laboribus, &c. C. arbitr. tutelæ. vbi verò ipsa nullam talem haberet industriam, vel patrimonium non haberet, præsumendum esset precium de pecunia suorum pupillorum fuisse solutum, argument. l. etiam. C. de donatio. inter virum & vxorem. & l. Quintus Mutius. eo. tit. Ita dicere voluit glo. in l. cùm oportet. circa princ. C. de bon. quæ liberis. & licet Bart. ibi dicat, quòd vbi præsumeretur, aliquem fuisse lucratum de bonis alterius, sequeretur delictum, quia præsumptio talis fieri non debet, vt dicta l. si defunctus. istud dictum Bart. credo verum, apparente, vel probata industria. ita voluit tex. in dicta l. si defunctus. sed vbi cessaret, vel non appareret talis industria, vel aliàs patrimonium aliquod non haberet: tunc isto casu

106

107

Nota de confessiõe vnius latronis, quæ valet cõtra aliũ latronem.

 procede-

procederet, quae suprà dicta sunt. Ex quibus infertur, quòd liberi talia bona acquisita possunt vendicare. l. 3. ff. quando ex facto tutoris. & l. curatores. C. arbit. tutelae. ita tenet gloss. in l. si vt proponis. C. de rei vendic. Etiam precio non oblato. l. si praedia. C. de praedijs minorum. & l. si mater tua. C. de rei vendicat. ita dixi & consului ego Guido Papae dum practicabam, antequam fuissem assumptus in officio Consiliarij Curiae Parlamenti Delphina. Gratianopoli residentis. Vbi simul concurrunt duae praesumptiones contrariae, se ad inuicem impediunt. l. diuus. ff. de in integrum restitutio. Per praesumptiones possunt aliqua probari, quae non possunt directò probari. l 2. quaestione fin. ff. de adulterijs. & ibi Barto. facit c. praetereà. extrà, de testibus. An ex praesumptione praeteritarum inimicitiarum vel minarum quis debeat condemnari. vide Henr. Boic. in cap. literis. in 1. dist. de praesumptionibus. Et ibi dicit indistinctè, quòd tales minae, vel inimicitiae praecedentes inducũt praesumptionem ad torturam, quando est singulare. & vide quae dicit Spec. in titulo, de praesumptionib. circa princ. & ponunt aliqui Docto. in l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confugiunt. Si quaeras, vbi aliquid agitur, vel disponitur de re tua, te praesente, nunquid tibi praeiudicet, distingue: Aut es praesens in actu gerendo, & nihil agis: aut aliquid agis. Si nihil agis, tunc si es cõiuncta persona, praesumeris consentire: sic intellige ff. de donatio. inter virum & vxor. l. si seruus communis. vbi habes, quòd si maritus habẽs rem communem cum fratribus suis, eam donat vxori, praesentibus illis fratribus, & non contradicentibus, illi fratres sibi praeiudicant, quò ad partes suas in re illa communi, & praesumuntur tacitè consentire, argument. ff. de adoptio. l. in adoptionibus. An ille, qui reuocat eius testamentum in minus solenni voluntate, praesumatur velle eius haereditatem relinquere venientibus ab intestato, vide

108

109

quae

quæ plenè dixi in decisionibus Curiæ Parlamenti. q. 200.

110 Vendere cum reacheto non est vsura: nisi in fraudem vsurarum esset illa venditio facta, quod præsumitur ex his coniecturis, videlicet ex eo, quod modicum est precium respectu valoris rei venditæ. Item ex eo, quod aliquid soluit vltra summam receptam: puta res fuit vendita pro centũ: & est in pacto, quod, quando fiet reuenditio, vt reddantur 100. & 20. Item ex eo, quòd emptor consueuit vsuras exercere, probãtur ista in c. ad nostram. extrà, de emptione & vendi. & in c. illo vos. extrà, de pigno. ista sunt verba formalia fratris Raymundi in summa sua, de casibus in titu. de vsuris. in §. item quid si vendidi. & tetigi pleniùs in tractatu, per me compilato, de contractibus, qui sapiunt vsuram, & qui vsurarij dici possunt, per no. in §. quid si vendidi tibi domum, &c. Notarius præsumitur falsarius eo 111 ipso, quod probatur aliter lectum quàm scriptũ. no. Bart. in l. quotiens. ff. de hær. inst. Sed si pars, quæ produxerit tale instrumentũ, aut ipsemet producens poterit tale instrumentum de falso in aliqua parte redarguere. Inno. quòd non, in c. cũ olim. extrà, de censib. & de hoc vltimo casu vide quæ dixi pleniùs in decis. Curiæ Parlamenti, q. 503. Notarius præsumitur scribere verba importãtia voluntatem defuncti, quanquam sit idiota. not. Bart. ff. de testa. tute. l. si quis filiabus. Si quis dicat, do vel dono, in dubio præsumitur donatio in viuos. Sed si dicat, relinquo, tũc præsumitur causa mortis. l. 1. §. fi. ff. de tab. exhib. & no. Dy. in l. 1. C. de reuoc. don. Aliqua sententia producitur in iudicio, quæ est de antiquo, nunquid in ea præsumitur fuisse obseruata, quæ in qualibet sententia seruari debent? dicit Innocent. quòd sic. in cap. Albericus. extrà, de testibus. Sed Hostien. dicit, quòd post biennium præsumitur pro sententia & processu, in capit. in præsentia. extrà, de renunciatione. ita ponit Baldus in capit. primo. de

De scriptura antiqua.

milite vasallo, qui fuit contumax. Vide Spec. in titulo, de sententia §. fin. vers. fina. in fine. Et alibi dicit Ioan. And. quòd breue tempus dicitur, quod est ante bienniũ: & post biennium dicitur longũ, vel vetus tempus. ita dicit Io. And. in c. clerici. extrà, de vita & honestate cleric. in gloss. super verbo, breuiori. Scriptura enim antiqua, & libri antiqui faciunt fidem, vt probatur in c. cùm causam. extrà, de probationibus. & in c. ad audientiam. extrà, de præsumptionibus. & ibi tex. iuncta glo. & ponit Spec. in titulo, de Emphyteusi. §. nunc aliqua. versic. 57.

Quid dicatur breue tempus.

112 *Quæritur. Maritus volens castigare vxorem, eam percutit de vno baculo, sic quòd eam sanguinare fecit: An ipse maritus absque denunciatore possit inquestari? Videtur quòd sic, in l. 1. in fin. C. de emend. propinquorum. Contrarium credo, ex eo quod præsumi non debet, quod dolosè, vel animo iniuriandi eam sic percusserit, considerato, quòd sunt coniuncti, & socij diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de crimin. expila. hæred. & quia vna caro sunt l. quia parentes. iuncta glo. ff. solu. matrim. pro hoc l. si non conuitij. & l. 1. C. de Sicarijs. non obsta. l. prima. sunt in contrarium allegata: quia intelligitur, vbi cum enormitate fit castigatio animo doloso: qui dolosus animus præsumitur ex atrocitate vulneris, vt §. atrox. Institu. de iniurijs.*

113 *Maritus nomine vxoris aliquid acquirit, & soluit: an videatur donare? dic quòd ex nobilitate viri, & diuitijs eiusdem, ac modicitate pecuniæ præsumitur donatio: aliàs non. l. vtrùm. in principio. ff. de donationibus inter virum & vxorem. ita dicit gloss. in l. & si filij tui. C. eodem titulo. idem gloss. & Bartolus in l. vxori. §. fin. ff. de leg. 3. Et hoc propter prohibitionem talis donationis, de qua in l. 1. & 2. ff. de donat. inter virum & vxorem. & ipse maritus, vel eius hæredes pecunias repetere poterunt. l. etiam. & l. si filij tui, allega. De hæredibus tamen est*

men est aduertendum: quia si maritus non reuocet, seu super hoc querelet in eius vita, donatio confirmatur morte mariti: ideò hæredes non poterunt repetere. Si maritus iocalia per eum data vxori posteà oppignoret, An præsumatur donationem iocalium reuocasse, vide Bartolum in l. si maritus. la secun. C. de donationibus inter virum & vxorem. Vxor præsumitur scire facta viri: Et similiter consanguinei facta sibi coniunctorũ, vt dicit Andreas de Isernia, in libro feudorum. in titulo, de natura succeßio. feudi. circa finem. Si vnum fuerit dictum per contrahentes, vel per notarium, dum verba contractus recitabat, & aliter reperiatur scriptum, non præsumitur falsè scriptum, sed erroneè: nisi ex alijs circumstantijs aliud appareat, secundum Bartolum in l. quotiens. in tertio notabili. ff. de hæred. institu. De teste, qui dicit, se nihil scire de contentis in instrumento, vide Bartolum in l. coràm. ff. de verborum significatione. & Panormitanum in c. cùm Ioan. Eremita. extrà, de fide instrumentorum. Et si testes contradicant instrumento, cui potiùs erit standum, an notario, vel testibus? vide Specu. in titulo, de instrumen. edit. in §. restat. versicu. quid si dum attestatio publicãtur, &c. & descripsi in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæstione 540. Si laicus commiserit crimen, & posteà efficiatur clericus, coram quo iudice debeat conueniri. distingue: aut factus fuit clericus per dolum, aut non. si primo casu per dolum fuerit factus. distingue, aut iam erat citatus, aut non. Si erat citatus, tunc præsumitur fecisse per dolũ: & põt conueniri coram iudice seculari. ꝑ hoc ff. de iudi. l. si quis posteà. Si aũt non erat citatus: tunc nõ præsumitur fecisse ꝑ dolũ: et tunc nõ debet conueniri coram iudice seculari: sed ecclesiastico. l. 2. ff. de bon. eorum, qui mortem sibi consciuerunt. ista sunt

114 115 116

Nota pro excusatione notarij.

De illo qui efficitur clericus post crimẽ commissum.

verba domini Oldradi, qui pro decisione huius quæstionis induxit l.1.C. de his, qui ad eccles. confug. Si quis dicat, ap-
117 pello, non declarando ad quem, præsumitur appellasse ad immediatum superiorem, & non ad Papam, secundū Archid. in c. si delegato, de offic. deleg. in gl. fin. lib. 6. Si mortuus ex interuallo, præsumatur mortuus ex vulnere, vide Bar. in l. si in rixa. ff. de Sicar. & suprà plenè scripsi secun-
118 dum dominum Ang. de Aret. Præsumitur quis intestatus decessisse: ideò dicit Bar. in l. is qui potest. ff. de acq. hær. in versic. qui incipit: Quintò dicit glossa, &c. quòd vbi ego dico aliquem nō fecisse testamentū, seu ab intestato decessisse, quod mea intentio est fundata, nisi per aduersarium aliud probetur. aliàs gloss. de proba. & ratio, quia homo non nascitur cum testamento: sed requiritur, quòd sit pubes, antequā possit testari. l. qua ætate. ff de testa. Inst. quib. non est permis. fac. testa. §. præterea. Et quòd sit sui iuris. l. senium. C. qui testa. fac. pos. Et ideò, nisi ista & alia necessaria ad testamenti factionem, de quibus in l. hæredes palàm, mentio habetur, probentur vel appareant, præsumi debet via intestati. & faciūt quæ no. Bar. in materia istarum præsumptionum, in l. si prius. ff. de noui oper. nun. Testator præsumitur dominus eorum, quæ possidebat tempore suæ mortis, per l. 1. C. de priuil. fisc. & ibi glo. facit etiam gl. super verbo fuerit, in l. 1. C. de edic. diui Adr. tol. Et ex hoc dico, quòd legatarius non habet necesse probare rem legatam fuisse in dominio testatoris: sed sufficit probare, quòd testator tanquam rem suam possidebat temporibus eius vitæ & mortis, per suprà alleg.

Nota, quòd quis præsumitur intestatus nisi probetur testatus.

119 Cancellare est per modum crucis pennā seu calamum super scriptura ducere, ita dicit gloss. in l. inductum. C. de solutio. & in l. si quis libertatem. §. 1. ff. de petit. hæredit. ponit Bartol. in l. cancellauerat.

De cancellatura.

uerat. ff. de his quæ in testamento delentur. Ex quibus insurgit decisio, quòd si reperiatur in libro rationum aliqua particula cancellata, quòd illud præsumitur solutum. facit l. chirographum. ff. de probationibus. & dict. l. inductum. Licet probatio in contrarium admittatur, vt ibi dicit. & per Bartol. in dicta l. cancellauerat. Et cancellatio tollit dispositum vel actum, vt l. si præses. in versiculo, circumduxerit, id est, cancellauerit. & ibi Bald. quomodo & quando iudex. De qua cancellatione, & interlineatura, vide Ioan. Ferrari. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento. in gloss. vbi abolitum nec cancellatum. Et vide in forma opponendi contra instrumenta, in gloss. tunc quia est abrasum. Et nota, quòd cancellatio, & superlineatura, maximè in loco suspecto facta, vitiat instrumentum. textus est in cap. cùm venerabilis, circa medium. extrà, de religio. domib. & in l. si vnus cum gloss. C. de testam. & ibi Bart. & Bald. & idem Barto. in l. 1. §. inter filium. ff de falsis. De instru. autem, quod reperitur penes debitorem cancellatum, si præsumatur solutio, suprà dixi, & habetur per Cyn. in l si de possessione. C. de probatio. & per Bar. in l. tullo. §. qui tabulas. ff. de furtis. Si dote per matrem constituta, maritus patri adhibeatur ad stipulandum dotem sibi reddi, si filia sine liberis moriatur. præsumitur donatio per vxorem suo marito patri filiæ facta, vt probatur in l. quæ dotem. cum ibi nota. gloss. & Barto. ff. solut. matrimon. in prima opinione. & facit l. cùm maritus. §. fi. ff. de pact. dota. Ex quo sequitur, quòd non valet dicta stipulatio, respectu mariti, cùm nõ valeat donatio inter virum & vxorem: vt iuribus vulgatis, nisi morte vxoris esset cõfirmata, vel iuramentũ interuenerit, vt plenè, de iurameto, in l. si qs pro eo. in prin. ff. de fide instru. per Bar. et per eundẽ Bar. in l. Nesennius. ff. ad l. Fal.

Quilibet tenetur edere instrumenta fisco etiam con- 120

tra se facientia, & si recuset, præsumitur subtraxisse.l.2. §.diuus.lo primo.ff.de iure fisci.& ibi Bart. Minor in dubio præsumitur læsus eo ipso, quòd permittit labi tempus ad appellandum, ita dicit & tenet Bart.in l.fin.C.in quibus cau.in integrum restit. non est necess.licet ibi Bald.teneat contrarium. vide super hoc quæ dixi in decisionibus curiæ Parlamenti, quæst.31. & qu.141. Filius, qui est in quasi possessione sui iuris, præsumitur sui iuris, & patri incumbit onus probandi contrarium.l.Titia.ff.sol.matr.licet contrarium videatur in l.emancipatione. C.de fide instrum. facit l.moueor.ff.de seruis exportandis. Recognitio feudi simpliciter facta, nulla causa adiecta præsumitur facta, & homagium inde secutum censetur præstitum, vt dominus defendat recognoscentem, secundum Spec.in titu.de feudis.§.1. vers.quintò quæritur, circa fin.& ita non obstat.l. cùm de indebito.§. fin.ff.de probatio. Pone, quòd in aliqua priuata scriptura, seu apodixa, inserta est promißio, sicut plerunque fieri solet inter mercatores, an præsumatur stipulatio interuenisse, sicut dicitur in l.sciendum.ff.de verb.obligat. aliqui dicunt, quòd ad hoc, vt solennitas, de qua in d.l.sciendum. mentio habetur, præsumi debeat, requiritur quod verbum Promitto, sit adiectum in aliquo publico instrumēto, manu publica confecto: & non in priuata scriptura. maximè, quando ex ea non apparet, illum, cui promittitur, fuisse præsentem. hoc probatur in §. si scriptum fuerit promisisse aliquem. Institut. de inutilibus stipu.in gloss.super verbo, scriptum.in fin.ibi, vt instrumenta, quæ à Iurisperitis fiunt, vel etiam in scriptura priuata de se valida, ex qua iudicari potest, illum, cui fit promißio, fuisse præsentem. & ita habetur in §.Item verborum.ibi, aduocatos Cæsarienses: ab imperatore scriptum fuisse, &c. Inst. de inutil.stip. & ideò in casu huius quæstionis, si apodixa vel scriptura

Nota de minore.

priuata

priuata non sit valida, nec ex ea iudicari poßit, illum, cui fit promißio, non fuisse præsentem, solennitas prædicta nõ potest nec debet præsumi interuenisse, secundum aliquos. Et ex hoc apparet vna limitatio ad dictam l. sciendum. de iure Ciuili, sed de æquitate Canonica crederem cõtrarium, per ca. Innocens credit. 22. quæstione 4. & per c. primum. extrà, de pactis. cum ibi nota. per Docto. Notarius ponit in instrumento hæc verba, ex certa scientia, & benè consultus, non vi, non dolo, neque metu inductus: an ex tali assertione præsumatur talis esse contractus. dic quòd sic: quia ex instrumento oriuntur tres præsumptiones. Prima, quòd sit verum instrumentum. Secunda, quòd sit solenne. Tertia, quòd verba prolata à notario, fuerint à partibus prolata, iuxta l. cum precibus. C. de probatio. ita dicit & tenet Bartol. in l. rem maioris precij. C. de rescindend. venditio. & illud est notabile: attamen credo, quòd admitteretur probatio in contrarium: quia dicta præsumptio non est iuris, & de iure. In contractu cesionis requiritur, quòd interueniat numeratio pecuniæ, aliàs præsumitur simulata ceßio, vt probatur in tex. l. per diuersas. ibi, non solutarum pecuniarum. & c. C. mandati. iuncta gloss. & iuncta l. seq. ibi: vero contractu. ex quo sequitur, quòd non sufficit, si in instrumento ceßionis cedens confiteatur, sibi fuisse solutum, nisi re vera sibi solutum probetur. Et hoc verum, quantum ad eum, contra quem ceditur: sed quantum ad ipsum cedentem, noceret illa confeßio, secundum Iacob. de Bello vis. in Authent. de æquali. dotis. §. 1. Sed alij dicunt quòd confeßio in aliquo non præiudicat cedenti, & est ratio, in odium ceßionis: quæ regulariter fit in potentiorem, causa opprimendi aduersarios. l. 1. C. ne liceat poten. Testis examinatus, parte aduersa non citata, prodest ad præsumptionem, secundum Bartol. in l. res hæreditarias. ff. de

De instrumento.

121

De cesione actionis.

crimine expi.hæred. Testes recepti inter certas personas faciunt præsumptionem inter alias, seu semiplenam probatio. l. admonendi. ff. de iurciur. & l. si quis libertatem. eod. tit per Bart. Sed quid de confeßione facta inter certas personas, an præiudicet alijs. vide quæ dixi in decisionib. Parlamenti, q. 154. Si testis deponat vidisse pecunias numerari, & non dicat, qua de causa præsumitur, quod ex causa mutui. Bar. in l. cùm quid. ff. si certum petatur.

122

Quis tradendo instrumentum debiti præsumitur conceßisse licentiam debitum exigendi. gl. notabilis in l. fi. C. de pactis conuentis tam super dote quàm dona. propter nuptias, in gl. 2. & ibi Bar. & pro hoc facit quod no. Inno. in c. ex parte decani. extrà, de offic. deleg. vbi quis permittendo alium agere per se ipsum, videtur eum procuratorem constituisse. Et istud facit ad quæstionem, quæ sæpè contingit, quòd si quis mittat instrumentum appellationis suæ, pro introducendo coram iudice appellationum totius Delphi. quòd videtur eum procuratorem constituisse ad ipsam appella. introducendam, ita quòd non poterit dici appellatio deserta defectu mandati: quia videtur eum procuratorem constituisse saltem ad illum actum, per præmissa, de hoc etiam tetigi in decisionibus Curiæ Parlamenti, qu. 13. Sed circa illud, quod suprà proximè dixi, quòd comparendo cũ asserto procuratore in iudicio, videtur quis eum procuratorem constituisse, est aduertendum: quia illud non seruatur in dicta curia Parlamenti: vt dixi in decisionib. Parlamenti, q. 40. Si hæres exhibeat inuentariũ in iudicio, & dicat alia non esse bona in hæreditate, præsumitur ita esse, donec creditores & legatarij alia bona esse probauerint: hoc probat tex. in l. scimus. §. licentia. C. de iu. deli. & ibi hoc no. Bar. & de hoc et tetigi in decisionib. Curiæ Parlamenti, q. 142. in fine. Ille, qui portat arma, præsumitur habere malum animum. ita notat Bald. in feudis, in titu, de pace tenenda.

123

nenda, & eius violatorib. in §. si quis rusticus. Et ibi vide tex. qui prohibeantur portare arma: & qua pœna puniuntur. de hac materia portationis armorum, & qua pœna puniantur, vide quæ plenè dixi in decisionibus Curiæ Parlamenti, q. 423. Seruitia, quæ per rusticos dominis eorum soluuntur, præsumuntur per metum extorta, nisi aliundè legitimè apparerent deberi. not. Io. And. in Nouella, in c. 1. de præscrip. lib. 6. & Bal. in gl. sua, quam ipse fecit super lege, de pace Constantiæ: quæ lex incipit: Imperialis clementiæ. & de hoc etiam tetigi in decisionibus Parlamenti, q. 407. Iusta causa & legitima semper in Principe præsumitur. l. relegati. cum ibi no. in gl. fi. ff. de pœn. & ponit Alber. in procemio fforum. & tangit Cy. in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offe. & Io. Fab. Inst. de iure naturali, gentiũ & ciuili. §. sed & naturalia. & plenius dixi in tractatu meo Rescriptor. Illi, qui dicit, incumbit onus probandi, nisi præsumptio faciat pro eo: idem in negãte. pro quib. vide Bar. in l. nulla. ff. de ver. obl. Vbi annuatim legatum relinquitur pauperib., præsumitur, quòd p alimentis: vt no. Bar. in l. eũ qui. §. 1. ff. de ver. obl. An allegans solutionẽ præsumatur debitor, vide plenè per Bar. in l. decẽ. ff. de ver. obligat. & Ang. de Are. in tractatu suo, de exceptionibus. a Præsumendum est semper pro iudice, allegatur l. credibile. C. de pœnis. quod intellige in maioribus iudicibus: secus in minoribus, in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. Et hoc verum, quando sunt discreti: secùs si essent indiscreti: quia tunc pro eis non est præsumendum, iuxta nota per Innocentium & Hostiensem, in capitu. accedens. lo 1. extrà, vt lite non contesta. Damnum, quod datur in agris, præsumitur datum à vicinis. not. Bartol. in l. si ita, §. mulieres. ff. de fundo instructo, & in-

124 125 126

a Et plenius dixi in tractatu meo super statuto Delph. de literis compulsorijs & præcisis concedendis, quæstione 21.

& instru. lega. Si aliquid reperiatur factum in re mea, nec appareat quis fecerit, præsumitur factum fuisse ab illo, qui ex tali facto consequitur vtilitatem. arg. in l. 1. §. idem Labeo. scribit ibi: eum enim videri factum habere, &c. ff. ne quid in lo publico. Opinio communis credendi id, quod publicè tenetur, facit eum, qui secundum illam agit, præsumi bonæ fidei, & excusat à dolo: licet illa communis opin. posteà appareat non vera per ea quæ scripsi in decisionibus Parlamenti, qu. 446. Res non præsumitur feudalis, nisi probet, cùm de iure multa sint allodialia. No. Host. in cap. nimis. extrà, de iureiuran. De verbo Intricare, est tex. in l. in summa. in princ. ff. de peculio. Et intricatio, quam aliquis facit in aliquo actu, facit præsumi dolum, vt ibi Bar.
127 Ille qui desigillat saccum, præsumitur pecunias ibi repositas subtraxisse, secundum Innoc. in c. super eo. Quæ vi metús ve causa fiunt. adeò, quòd contra eum iuratur, iuxta formam l. si quando. C. vnde vi. In dubio præsumitur modus, & non conditio, in l. cùm ab eo ff. de contrahen. emptio. & ven. & tangit Bart. in l. à testatore. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Si per extraneum fiat donatio filiofamiliàs, & in ipsa donatione fiat mentio de patria potestate, donatio ipsa censetur & præsumitur fuisse facta contemplatione patris: ita dicit Bartolus in l. cùm aliquis. C. de iure deliberandi. & tetigi in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæst. 565. circa principium. vbi ego dixi, quòd donatio de superuita, quæ consueuit fieri in contractibus matrimoniorum, dicitur & præsumi debet donatio propter nuptias: cùm de nuptijs ibi fiat mentio. Et ibi etiam tetigi de alio casu singulari, qui quotidie contingit, videlicet, quod dicta donatio pro superuita facta, debetur etiã dote non soluta: licet aliqui voluerint dicere contrarium, & malè: vt
128 ibi plenè scripsi. In dubio præsumitur potius iuris ignorantia, quàm dolus. l. sed & lege. §. Seiæ. ff. de petitio. hæredi.

& ibi

& ibi nota. Ex qualitate personæ præsumitur quandoque contra personam, vel pro ea. nota. Specul. in titulo, de relationibus. in §.1. circa finem. Præsens in actu iudiciario præsumitur fuisse citatus. nota. Angelus de Aretio. in l. furioso. circa finem. ff. de re iudicata. Emphyteuta & vasallus debent ostendere domino fines fundi emphyteuthecarij, vel rei feudalis, maximè si dominus iustè ignoret: quia fortè successit illi, qui dedit in emphyteusim, vel in feudum. argumento in l. Titius. in fi. ff. de actio. empti. & vide super hoc Hostien. in Summa. in titulo, de feudis. §. quot modis. versicu. quid si vasallus. & vide etiam gl. in l. 2. §. mobiles. C. quando & quibus quarta pars. libro 10. vide etiam Spec. in titulo, de iure emphyteutico. versic. 60. vide etiam in feudis, de probibita feudi alie. per Fredericum. ca. 1. §. illud. Et dicunt Hostien. & Odofred. in Sūma, extrà, de feudis. quod pœna nolentis ostendere est, quod omnia coniuncta rei emphyteuthecariæ vel feudalis, quæ dicet dominus, præsumuntur emphyteuthecaria vel feudalia. & allegant ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. sed si plures. & melius ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui tacuit. Præsumitur debitorem bona sua in fraudem alienasse, ex quo scit, se creditores habere, vel habiturum, bona eis non sufficere, vt dicit Angelus de Perusio. C. de iure fisci. in l. 1. libro 10. Et ibi dicit ipse Angelus in fine dictæ legis, quod ex titulo, de his, quæ in fraudem creditorum, oritur quædam actio in factum contra alienantem, quæ ad hoc est vtilis, vt per cessionem bonorum non euitetur pœna carceris. l. fina. in fine. ff. quæ in fraudem creditorum. ita dicit ipse ibi Angelus. Quis præsumitur durasse dominus, nisi probetur contrarium, vt dicit Angelus in dicta l. 1. in 2. columna. C. de iure fisci. An præsumptio sit sufficiens ad deferendum iuramentum, videtur quòd

129 Nota de emphyteuta.

130 Nota, quia habui in facto.

No. de dominio.

131

tur quòd non, vt not a. ff. de minoribus. l. 2. §. 2. gloss. super verbo, leuior. Primò nominatus in testamento, præsumitur fuisse à testatore magis dilectus, vt not. gloss. in l. qui soluendo. la 2. ff. de hæred. instit. quia ordo Scripturæ est attendendus. l. quotiens. in principio. ff. de vsufruct. Vbi quis 132 possidet, & allegat se possedisse, præsumitur possessio continuata, nisi probetur interrupta, vt dicit Innocen. in cap. sæpè. de restitut. spoliat. Quæsita per alterum fratrum, mortuo patre, durante commissione inter fratres, præsumuntur acquisita de communi, vt not. ple. Specu. in titu. de iudicijs. §. sequitur videre de communibus iudicijs. quæ sunt tria, &c. versic. quid si 133 duo fratres, &c. Libellum non sufficit concludere præsumptiuè, vt tenet Bartol. in l. cùm quid. ff. si certum petatur. 134 Vtrùm minor, qui non appellauit infra decem dies, præsumatur læsus, vide Bartol. in l. final. C. in quibus causis in integrum restit. non est necessaria. Duæ præsumptiones pares & oppositæ se inuicem impediunt. l. diuus. ff. de in integrum restit. Duæ præsumptiones faciunt plenam probationem. ff. de excusat. tutorum. l. 2. in princ. gloss. super verbo, legitimis. Per præsumptiones possunt aliqua probari, quæ probari non possunt directò. l. 2. in quæst. fin. ff. de adult. per Bar. in c. prætereà. de testib. c. ex literis. de præ135 sump. l. cap. quinto, & ibi Bar. ff. de adul. Ex pluribus præsumptionibus potest iudicari. c. illo vos. extrà, de pign. & ibi Innoc. in c. ad nostram. extrà, de emptio. & ven. Confessio delicti præsumitur spontanea: licet in accusatione non dicatur, quòd spontè confessus fuerit. ad hoc alleg. Bald. glo. singularem, in l. sed si quis. §. quæsitum. in verbo, conueni136 ri ibi: iniunctum. ff. si quis cautionibus. Non præsumitur quis collectam soluisse, si in libro soluentiũ collectam non reperiatur descriptus soluisse. ita no. Bar. in l. cũ quis. C. de re. cred. & iureiur. Præsumitur

No. de possessione.

Nota de collecta.

mitur pro instrumento authentico, nisi contrà probetur, in l. cũ precibus. C. de proba. Vel nisi esset alia suspicio propter rasuram, iuxta l. iubemus. & ibi gl. C. de proba. Vel propter personã producentis, qui aliàs est assuetus similia facere, vt l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. & ponit ista Bar. in l. 1. C. de iura. cal. Imperator in dubio præsumitur dominus directus eorum, quæ ipse possidet, donec contrariũ probetur. ita dicit Pet. Iac. in titu. de rei vend. directi dominij. Præsumitur de iure, quòd in ciuitatibus & locis circumvicinis sit copia peritorum, ita dicit Bart. in l. ab hostibus. ff. solu. matr. Non præsumitur metus interuenisse in contractu facto coram parentib. & amicis, iuxta l. transactio. C. de transact. & ibi Sal. Testes recepti inter certas personas, faciunt præsumptio. inter alias: vt dixi in decisionibus Parlamenti, q. 254. in fi. Non præsumitur matrimonium fuisse contractum per exhibitionem instrumenti dotalis, maximè in alterius præiudicium, ita no. Innoc. in c. illud. de præsumptionibus. Ratio, quare de iure Ciuili in causa appellationis possunt testes examinari etiam super ijsdem articulis, vel directò contrarijs, est, quia ius Ciuile præsumitur, quòd ita testes non audent dicere falsitatem coram superiore iudice, sicut coram minore: vt dixi pleniùs in decisionibus Curiæ Parlamenti, q. 586. Ideò in dicta curia domini consueuerunt testes quandoque repetere, aut de nouo examinare super eisdem articulis, quando eis æquum videtur, etiam post publicationem testium, & didicita testificata. Quia præsumptio, quæ habetur de subornatione testium post didicita testificata, potest benè tolli ex qualitate personarum: vt dicit Ioan. And. in c. auditis. extrà, de in integrum restit. ibi nec obstat, quòd oppositum est de subornatione, &c. Si quis non appellat infra decem dies à tempore latæ sententiæ, præsumitur eidem sententiæ acquieuisse. & hæc est mirabilis præsumptio, vt dicit gl. in l. ad solu-

ad solutio. C. de re iudi. Item etiam ille, qui pendente causa appellationis petit terminum ad soluendum debitum, de quo agebatur, præsumitur eius appellationi renũciâsse, secundum Innoc. in cap. ad solicitudinem, in versic. contra expen. extrà, de appellat. & in c. quòd ad consultationem. super verbo, recipiens. extrà, de senten. & re iudic. Præsumendum est de mente iudicis, quòd nihil intendat iniquè facere: quia hoc iurat. l. fin. C. ad legem Iuliam repe. Decretum in insinuatione donatio. appositum facit præsumi ipsam insinuationem fuisse solenniter factam: ita dicit gl. in l. 5. C. de iure fisci. libro 10. & in l. Imperatores. ff. de priuileg. creditorum. Et est speciale fauore decreti, quòd omnes solennitates etiam extrinsecæ præsumuntur interuenisse in actu, secundum Angelum de Perusio, in d. l. Imperatores. Si iudex interponat decretũ in donatione, an præsumatur facta insinuatio, vbi aliter de insinuatione non apparet. Bald. in quodam suo consilio incipiente: in Christi nomine, amen. decretum est, quòd filia in bonis patris, &c. dicit, quòd si causæ fuerint expositæ coram iudice nominatim, videlicet, quia pars iudici dicit, quid donabat & donare intendebat. Ita, quòd iudici, quid agatur & quod contrabatur, innotescat: tunc per appositionem decreti dicta insinuatio donationis facta. C. de prædijs curialium. l. 1. Vbi dubitatur de duobus rixantibus, quis fuerit aggressor, & quis aggressus, in dubio præsumitur contra mortuum, si mors vnius secuta est, vel contra amplius vulneratum, & pro altero. l. sententiam. §. cum sacramenta. ff. ad l. Aquil. Præsumitur in dubio contra curiam inquirentem, & pro delato. l. non puto. ff. de iu. fisci. In dubio præsumitur verberationem processisse ad defensionem potius quàm ad vltionem: probatur in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad legem Aquil. & ibi gloss. Et hoc in actibus & verberationibus procedentibus vno contextu:

Nota de aggrediẽtibus.

137

quia

quia præſumitur in dubio defenſionis gratia proceſſiſſe ver berationem potius quàm vltionis: Et verberatum fuiſſe aggreſſum alium, ſecundum Iacob. cuius opinionem ſequitur Albe. in l. 1. C. vnde vi. Præſumitur ſcientia, & non ignorantia, de his, quæ facta ſunt in iudicio palàm coram iudice, ita dicit Bar. in l. is cui. §. iiſdem. ff. de accuſationib. Ex coniunctione ſanguinis vnus præſumitur ſcire factum alterius, in l. de tutela. & ibi gl. C. de in integrum reſtit. minorum. & in l. octaui. in fine. ff. vnde cognati. Et iſta præſumptio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, iuxta ea quæ habentur in l. ei qui. ff. de probat. Quilibet præſumetur acquirere vſque ad mortem. l. ſi defunctus. C. arbi. tut. Quod pluries factum eſt, verum eſſe præſumitur Bal. in l. exemplo. C. de probationibus. vbi dicit, quòd ſi Cardinalis dicat ſe habere literas Apoſtolicas ad legitimandum, vel reſtituendum famæ, & proceſſerit ad executionem illarum literarum, licet de dictis literis non appareat, quòd ſi publicè huiuſmodi actus pluries facti fuerint, præſumitur, quòd ipſe habeat mandatum, quòd aſſerit, & valeant geſta per eum non ratione communis erroris, ſed ratione præſumptæ veritatis, aſſertione tanti viri, vt no. extrà, de reſtit. in integrum. c. cùm ex literis. in Nouella. per Ioan. And. quod no. Ex præterito infertur ad præſens: quia quòd olim fuit, hodie præſumitur eſſe in eſſentia. C. de teſti. l. teſtium, in fin. & ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. fin. Et qui priuationem allegare volunt, illam probare debent. Bald. in l. ea perſona. C. de probation. Si quis cognouerit carnaliter ſponſam ſuam conditionalem, ius præſumit eius purum conſenſum acceſſiſſe: ideò ſtatuitur matrimonium ſeruandum, in c. de illis. extrà, de deſponſa. impuberum. & de condi. appo. c. per tuas. Notat Specu. in titu. de præſumptionibus. in cap. vnico. Si pater facit filio donationem tanquam benè merito: vel alius ex-

138

139

traneus causet donationem in instrumento, propter merita quae asserat praecessisse, an illa merita praesumantur ex simplici assertione, nisi aliter probentur, vide quae scripsi in decisionibus Curiae Parlamenti Delphi. quaestione 415. Illud dicitur notorium, quod resultat ex praesumptione iuris: vt scripsi in apparatu statuti, si quis per literas per me Guidonem compilati in gloss. super verbo, notoriè. Praesumitur quis scire illud, de quo est publica fama. no. Bart. in l. nunquam. in prin. ff. de vsucapio. Quis praesumitur scire statuta suae terrae, ita dicit Angel. de Aretio, super Rubrica. ff. de noui operis nunciatione. in 8. columna. Si simpliciter producatur vnum statutum, sub vna Rubrica manu notarij, in dubio praesumitur totum productum, nisi contrarium probetur. not. in l. cùm de lege. ff. de probation. & haec fuit opinio Bart. vt refert de Aretio, vbi suprà, in Rubrica, de noui oper. nunciatio. ibi tertiò principaliter, &c. licet Ioan. de Imo. teneat contrarium, cuius opin. Imo. probat de Aretio, vbi suprà, qui tenet opinionem Bartol. & hanc materiam ibi prosequitur ipse de Aretio, per vnam columnam vel quasi. & ibi sufficiat remissio. Nuncius curiae non potest citare sine commissione, De citatione. vel mandato iudicis. l. fi. cum ibi nota. per Cyn. Barto. Bal. Salyc. C. de requirendis. Sed si non appareat de commissione iudicis, an praesumetur commissio iudicis praecessisse. Bald in d. l. final. dicit, quòd de consuetudine praesumitur. argu. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de rebus eorum. licet de iure non ita sit. argu. l. 1. ff. de mandatis Principum. vide Cyn. Iacob. de Butr. & Salyc. in l. ea quidem. C. de accusat. hanc materiam citationis, vide plenissimè per Ang. de Aret. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. vbi tractat, si credatur seruienti: Et cui credatur, si citatus dicat se non fuisse citatum: & si nuncius retulerit, quòd citatus sibi respondit, quòd non comparebit, si ei credatur. Et si sufficiat

ficiat citatio ad domum: de hoc etiam tetigi suprà in hoc tractatu. Qui detinet, præsumitur posside-re, nisi contrarium probetur. not. Archid. in c. 2. vt lite pendente nihil innouetur. lib. 6.

Qui detinet, præsumitur possidere.

Si pater in testamento reliquerit filiæ. C. pro dote sua: & mortuo patre frater eam maritauit, & sibi dotem constituerit: an ipsa filia poterit legatum patris petere cum dote fratris. dic quòd non: quia frater non præsumitur eam de suo proprio dotâsse: sed de bonis, & iuribus paternis ipsius filiæ. ita dicit Ioan. Ferrar in tit. libellus. super legato rei singularis, in gloss. 1. in 15. colum.

FINIS.

DE PRAESVMPTIONIBVS, SEV, CONIECTVris iure approbatis,

PER

D. IOAN. OLD.

PRÆSVMERE, *quasi antè sumere, aliàs vsurpatur pro audere vel tentare aliquid contra ius, vt ferè Pontifices Romani eo verbo vtuntur. Alexander III. ex concilio Lateranensi, loquens de clericis & monachis: Sed nec procuratores (inquit) villarum, aut iurisdictiones etiam seculares sub aliquibus principibus & secularibus viris, vt iustitiarius eius fiat, clericorum quisque exercere præsumat, hoc est, tentet, audeat. cap. Sed nec. Ne clerici, vel monach. secula. negoci. se immisce. 2. Timo. 2.*

Aliàs præsumere, accipitur pro nudo facto prius aliquid sumendi. Vnde Plinius libr. 36. tradit de farina cuiusdam lapidis, in certamine bibendi aduersus ebrietatem à potatoribus præsumenda: allegans Theophrastum autorem.

Aliàs significat Præoccupare apud Rhetores, qui præsumptionem vocant: cùm id quod in aduersarij causa, vel in iudicijs opinione contrarium nobis esse aut fore arbitramur, præoccupamus dicendo, ac bonis rationibus dissoluendo. Quintilianus lib. 9. Mirè verò in causis valet præsumptio, quæ πρόληψις dicitur: cùm id quod obijci potest occupamus, quæ præcipuè proœmio conuenit.

Aliàs proputatur, in l. vulgò. ff. de in lite. iuran. Vulgò præsumitur (inquit Vlpianus) alium in litem non debere iurare, quàm dominum litis.

Aliàs denique præsumere accipitur pro præsagire, conijcere,

ijcere, cogitare, seu diuinare aliquid in dubio. *Valerius lib.* 1. cap. 5. *Eq; fortuito dicto quasi certam spem clarißimi triumphi animo præsumpsit.* Et capit. 6. *Præsumpsit animo, ea re significari exitum suum.* Hoc est, coniecit, vaticinatus est.

Hoc autem modo, in sequentibus exemplis accipienda est præsumptio, quam sic describemus.

PRÆSVMPTIO est coniectura seu diuinatio in rebus dubijs, collecta ex argumentis vel iudicijs per rerum circumstantias frequenter euenientibus. Huius definitionis insigne exemplum est iudicium Salomonis sapientißimi regis, 3. Regum 3. quod refertur in c. 2. de præsumpt.

PRÆSVMPTIONVM alia maior, alia minor est, iuxta coniecturas, quæ non æquè omnes ad naturæ dictamen accedunt. Vnde Commentatores dicere solẽt: quasdam esse præsumptiones iuris, quasdam iuris, & de iure. Quasi verò verba IVRIS, & DE IVRE, multum distẽt. Eiusdem farinæ est diuisio, secundum quam adserũt: præsumptiones alias esse vehementes, alias violentas, quasdam necessarias: VIOLENTVM pro CERTO, accipiẽtes. cap. Literis. de præsump.

PRÆSVMPTIONEM non oportet ex priuato cuiuslibet adfectu metiri: sed ex communi rationis dictamine. Nam quod probabiliter nõ videtur credibile, id certè nullam admittit coniecturam. l. cùm de indeb. ff. de proba.

PRÆSVMPTIO nulla prorsus est admittenda ex delationibus eorum, qui sine charitate diffamant proximum suum. Sæpè enim æmuli suggillant nomen bonorum virorum. c. Cùm in iuuentute. de præsump.

NEMO præsumitur immemor suæ salutis, 1. q. 7. ca. Sancimus.

PRÆSVMPTIO nonnunquam habetur pro certa

 proba-

probatione: scilicet, cùm Lege id nominatim declaratur. l. quicunque. C. de apoch. public.

PRÆSVMPTIO *interdum tam magnis constat argumentis, vt probatio aduersus eam non audiatur. l. qui adulterij. C. ad leg. Iul. de adult. c. literis. de præsump.*

PRÆSVMPTIONES *multæ circa eandem rem, vehementius vrgent, quàm vna. l. excusantur. in princ. ff. de excus. tuto.*

PRÆSVMPTIO *cõfirmat vel deminuit dicta testium. l. 3. in prin. ff. de testibus. Callistratus. Testium fides diligenter examinanda est, ideoq; in persona eorum exploranda erunt. In primis conditio cuiusq; : vtrùm quis decurio, an plebeius sit: & an honestæ, & inculpatæ vitæ: an verò quis notatus & reprehensibilis: an locuples, vel egens sit, vt lucri causa quid facilè admittat: vel an ei inimicus sit, aduersus quem testimonium fert: vel amicus ei, pro quo testimonium dat.*

PRÆSVMPTIO *in cognitionibus causarũ, ex multis circunstãtijs colligenda est. Vt in proœmio Instit. Quorum omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras iußiones fidem, iam ex multis rerum argumentis accepimus.*

L. 3. §. Eiusdem quoque principis. ff. de testibus. Quæ argumenta (inquit Callistratus) ad quem modum probandæ cuique rei sufficiant, nullo certo modo satis definiri potest. Sicut non semper, ita sæpè sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur: aliàs numerus testium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo solùm tibi scribere possum summatim: non vtique ad vnam probationis speciem, cognitionem statim alligari debere, sed ex sentẽtia animi tui te existimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.

PRÆSVMITVR in qualibet causa id, quod frequēter accidere solet: nisi diuersum probetur. l. neq; natales. C. de probat. l. neque sine nuptijs. C. de nupt. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. petat. l. penult. C. de iud. c. 1. de cler. non residentibus.

PRÆSVMPTIO nonnunquam censetur liquidissima probatio ac manifesta. l. ita demum. in fi. C. de procu. l. manifestæ. ff. de iureiur.

PRÆSVMPTIO transfert onus probandi in aduersarium. l. fi. in prin. ff. quod met. cau. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. l. siue poßidetis. C. de proba.

PRÆSVMPTIONEM Lex potest ob causam introducere, vbi nulla esse videtur. l. 1. §. rei vxoriæ. C. de rei vxo. actio. l. 1. & l. 2. C. de testa.

DVRIORE probatione grauatur is, aduersus quem vrget præsumptio. c. quia verisimile. de præsump.

PRÆSVMPTIO trifariam transfertur de tempore in tempus: Videlicet, Ex præterito, in præsens. Instit. in proœmio. Versic. Quorum omnium solertiam. Ex præsenti, in præteritum. l. si quis adulterium. §. 1. ff. ad leg. Iuliam. de adult. Ex præterito, in futurum. c. mandata. & c. quanto. de præsumpt. Ex præsenti, in præsens. Quod est regulare. 6. q. 1. c. qui crimen.

PRÆSVMPTIO, non semper est vera probatio. l. 3. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisca. Ibi. Quibuscunq; tamen probationibus. l. Lucius Titius. ff. de condit. & demonst. l. absentem. ff. de pœ. Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari.

PRÆSENTIA eius, qui per rerum naturam nō potest intelligere quid agatur, nullā facit præsumptionem. l. 1. in fin. ff. de autor. & consens. tutor. l. coram Titio. ff. de verb. sign. l. 1. §. Initium autem. ff. de postulan.

IN RE, nō verisimili, nullis datur locus coniecturis. l.

fin.C.de hæredib. instituen. Vbi est exemplum de eo, qui in nomine suo dicebatur errasse. Quis enim nesciat proprium nomen.

PRÆSVMPTIO *neminem iuuat, nisi allegetur apud iudicem, qui circunstantiam eius plerunque non potest diuinare. l. si adulterium. §. Iidem Pollioni. ff. ad leg. Iuliam. de adulter. l. rem alienam. ff. de pignor. actio. Alioquin, si cōstat iudici legitima præsumptio ex actis, vel alio modo: sequi eam debet. l. 1. in fin. C. de his, quæ pœn. nomin. in testam.*

PRÆSVMPTIO *specialis, tollit generalem. l. cùm de indebito. in prin. ff. de probat. l. fin. ff. de hæred. instit. l. Diuus Antoninus. ff. de in integ. restit.*

PRÆSENS *non præsumitur consentire: quando detrimentum eius indirectò tractatur. l. Caius Seius. ff. de pign. act.*

PRÆSVMPTIO *malæfidei non admittitur post triginta annos. l. vlt. in fi. C. vnde vi.*

QVI TACET, *non præsumitur consentire, quando lex non exigit contradictionem, vel quia nihil efficeretur contradicendo, vel quod ipsum sibi factum satis repugnat. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. l. inuitum. ff. de seruit. vrb. prædio. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. l. sicut re. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluit.*

PRÆSVMPTIONI *possunt apertissimæ probationes apponi. l. vlt. ff. quod met. cau.*

SI DEBITOR *soluat creditori suo: non præsumitur vndè, quòd creditor ille nihil debeat soluenti. Pōt enim ex alia causa debitor soluentis esse. l. si cùm das. in prin. ff. rer. amota.*

QVOD VERBIS *scripti non iuuatur: id diuinando minimè gentium potest extra scripturam cōiecturis adseri. l. quæcunque. §. fin. ff. de publicia. Qui à pupillo emit,*

probare

probare debet tutore autore, & Lege non prohibēte, se emisse, ait Caius. Nam etiam si scriptum habeat verbum EMPTIO: non tamen per hoc significatur autoritas vel ius emendi.

IMPERFECTIO scriptorum, arguit imperfectionem conuentionis. Instit. de emptio. & vendi. §. 1. l. contractus. C. de fid. instrumento. Ratio est, Quia sicut consensus præsumitur ex scripto planè absoluto: ita scriptum imperfectum meritò facit cōiecturam dissensus. l. ex hac scriptura. ff. de donationibus. Nouell. Vt si plures filij non sint. §. Studium verò. Constit. 18.

CVM SCRIPTVM facit mentionem alicuius rei, quæ tempore illius scripti principaliter non tractabatur: tunc nulla præsumptio nascitur ad probationem. Vt si instrumentum faciat obiter mentionem alterius instrumenti. Nouell. de donat. propter nup. §. insuper & hoc præcipimus. Constit. 119.

PRÆSVMPTIONI rectè opponitur probatio veritatis: modò tamen id in eodem genere fiat. Nam aduersus coniecturam ex scripto probari oportet alia scriptura. Alioquin simplicē probationem, simplex testium probatio tollit. l. optimam. in fi. C. de contrahend. stipulat. l. 1. C. de fide instrum. & iur. hastæ fisca. iniunct. l. generaliter. C. de non nume. pecu.

IVS SINGVLARE ac illius solennitas non præsumitur in ijs, qui verisimiliter ignorant. Itaque si instrumento scribatur minorem 25. annis contraxisse, aut mulierem fideiußisse pro alio, non præsumitur minor iurasse, iuxta Constit. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. Neq; conijcitur, mulierem renunciasse beneficio Senatuscōsulti Velleiani, iuxta l. iubemus. C. ad senatusc. Velle. Nisi scriptum quoque & verum sit minorem iurasse, aut mulierem renunciasse admonitam prius talis beneficij quidnam esset.

MINOR & mulier non præsumuntur scire ius priuilegiariũ sibi competens: nisi admoneantur expreßè: quia ætatis & sexus infirmitas ingerit eis quandam infirmitatem, infirmitas ignorantiam. l. regula est. in prin. ff. de iuris & fact. ignor.

SI MINOR vel mulier iurauerit stare conuentioni, nulla renunciatione facta: præsumitur ignorasse beneficium seu priuilegium sibi cõpetens. Et consequenter, quia censetur ignorare ius suum: ergo coniectura est eam nihil cogitasse de renunciatione, l. mater decedens. ff. de inoffic. testamen. Nec facit contra iuramentum, si minor petat restitutionem in integrum, vel mulier alleget priuilegium Velleianum, in quibus id potuisset casibus non dato iureiurando: quia iuramentum non porrigitur ad ignorata. l. fi. ff. qui satisda. cogan. l. fi. in prin. ff. ad municip. l. fi. C. de non numerat. pecun. Quanquam hodie obstaret d. constit. sacramenta puberum.

SI INSTRVMENTVM habeat, testes fuisse præsentes: non tamen præsumuntur rogati, nisi id quoque fuerit adiectum. l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. qui testa. fac. poss.

IN CASV quo allegatio intestati iure communi non procedit: oportet probare eum, qui adserit intestatum decessisse: quia non præsumitur. l. si emancipati. C. de collation. Quia non præsumitur aliquis intestato mortuus, nisi probetur.

CVM IVRE communi prodest allegatio intestati: tunc regulariter non incumbit onus probandi aliquem decessisse ab intestato: quoniam præsumitur intestato mortuus, non probato testamento, arg. l. cùm de lege. ff. de prob. Ita potest intelligi Bart. in l. is potest. ff. de acq. hæred.

FECISSE ALIQVEM testamẽtum aut pactionem non præsumitur: quoniam vtrunque est facti, & regulariter

lariter eiusmodi facta nō præsumuntur, sed ꝓbanda sunt. l. in bello. §. factæ autem. ff. de postlimin. l. intestatus. ff. de verbo. sig. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. §. 1.

VBI CONSVETVDO extat: ꝙ coniugi sine liberis ab intestato defuncto, cōiunx superstes succedat exclusis cognatis, in omnibus bonis: ibi coniugem volētem succedere oportet probare & consuetudinem & causam intestati: quoniam iure cōi repelleretur per cognatos à successione vniuersorum bonorum. l. si emancipati. C. de collat. iunct. l. penul. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. est.

PRÆSVMPTIO sola non efficit, vt in accusatione grauis delicti procedatur ad condemnationem. eod. tit. cap. literas.

PRÆSVMITVR mentiri is, qui variat sine causa adsertionem suam in iudicio, vel extra iudicium. Ibidem.

PRÆSVMPTIO malæ fidei nō potest allegari post quadraginta annos. l. si. C. vnde vi.

PRÆSVMPTIONEM metus vel doli mali tollit præsentia amicorum. l. transactionem. C. de transact.

PRÆSVMITVR quilibet tā hæredibus suis, quàm sibiipsi cauisse. l. si pactum. ff. de probationib. Et ideò prudentißimi legislatores, vt ansam ad hoc præberent, admiserunt & stipulatoris & hæredis personam in conuētionibus nominatim comprehendere: sicut cotidie videmus fieri in literis. Vlpianus in l. stipulatio ista habere. ff. de verbo. oblig. Suæ personæ (inquit) adiungere quis hæredis personam potest.

QVÆ FIVNT in officio, ea præsumuntur facta esse ratione officij. Tit. de feud. guardi. & castaldi. §. si verò. l. 1. §. his igitur. ff. de postulan.

PRÆSVMITVR dolus nocendi in eo, qui clàm aliquid mali facit, nec vlla admittitur eius excusatio. Vt, si qs in domo amici contrectans res deprehendatur: & is dicat

se ioco

se ioco fecisse, Salomon in parab. Cap. 26. c. 1. de præsumpt. Sicut noxius est, qui mittit lãceas & sagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus, dicit: ludens feci. dist. 2. c. si quis post acceptum. Et de pœnit. dist. 1. c. si quis cum telo. l. is qui cum cultello. ff. ad leg. Corn. de sica. nam ludus. ff. ad l. Aquil.

PRÆSUMITUR malam habere litem, qui dilationes postulat non necessarias. c. nullus. de præsumpt. Bonifacius: Confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. 11. q. 1. c. Christianus. 3. q. 9. c. decernimus. Et 74. dist. c. honoratus.

EX CONIECTURA non propriè scriptus videtur ille, cuius nomen ita deletum est, vt penitus legi non poßit. l. 1. ff. si tabul. testamen. extab.

PRÆSUMPTIO colligi potest ex habitu personæ, qualis sit. l. moueor. C. si seruus exportans vent.

PRÆSUMITUR pro iudice, & pro tabellione. l. 1. C. de offic. iud.

PRÆSUMITUR actum esse inter contrahentes id, quod est ex natura contractus & consuetum. l. cùm quid. ff. si cer. petat. l. semper in stipulationibus. in princip. ff. de regul. iur.

PRÆSUMITUR testatorem ibi voluisse solui legata, vbi domicilia habent legatarij: etiam si maior pars hæreditatis in alio loco sit. l. sed & si suscepit. ff. de iudic. Nec enim (ait Vlpianus) verisimile est testatorẽ, qui honorem habitum voluit his quibus reliquit, tam modica fideicommissa in Prouincia præstari voluisse.

PRÆSUMITUR legem nolle nimis anxiè requiri id, quod ipsa non expreßit. l. de precio. ff. de publicia.

CONTRACTUS præsumitur simulatus inter patrem & filium. l. qui testamentum. ff. de probationibus. Videri enim (inquit Scæuola) eò, quòd ille plus capere non

poterat.

poterat, in fraudem legis hoc in testamento adiecisse.

INTER VIRVM item & vxorem. l. si quis donationis. ff. de contrahen. empt. l. 1. l. si sponsus sponsæ. §. circa venditionem. ff. de don. inter vir. & vxo.

EMPTIO quam tutor per interpositam personã fecit, præsumitur fraudulẽta. l. pupillus obligari. §. sed si per interpositam. ff. de autori. & consen. tut.

CESSIO inter extraneos facta, nõ caret suspicione simulationis. l. per diuersas. Et l. seq. C. manda.

CVM IN controuersiam venit, vnde ad mulierem quid peruenerit: & verius & honestius est, quod non demonstrat, vnde habeat, æstimari à viro, aut qui in potestate eius esset, ad eam peruenisse, ait Pomponius in l. quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. etiam. C. eod. ti. Doctores idem adserunt de quolibet administratore. c. 1. de pecul. cler. 12. q. 3. c. 1.

IGNORANTIA præsumitur, nisi probetur scientia. l. verius. ff. de probatio. l. si legibus. C. de episco. audien. l. super seruis. C. qui milita. pos. vel non. c. præsumitur. de reg. iur. lib. 6.

QVI semel fuit bonus: is semper talis præsumitur. l. nõ omnes. §. à barbaris. ff. de re militar. l. longi temporis. C. de præscrip. longi tempo.

SEMEL malus, semper in eodem genere delicti, præsumitur malus. Nam ex præterita hominis vita quæ non facilè solet mutari, Lex ducit coniecturam ad præsentem & futuram. d. §. à barbaris. c. semel malus. de reg. iur. libr. 6. l. si cui crimen. §. ijsdem. ff. de accus. l. 3. §. item erit quærendum. ff. de suspect. tut.

PVBLICANORVM, hoc est, Eorum, qui publica vectigalia habent conducta: insignis creditur esse audacia & temeritas ad expilandam factiosè pecuniam. l. quantæ audaciæ. ff. de public. & vectig.

VIVE-

VIVERE creditur, cuius mors non fuerit probata. l. sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxo. Ibi. Quia & mors eius expectanda est. l. nec nos præterijt. C. de postlimin. l. vxor quæ. C. de repud. Nouell. de diuers. capitul. §. cæterùm & id. Consti. 117.

SANA mens in homine præsumitur. l. nec codicillos. C. de codicill. Adseuerationi tuæ, (inquiunt Diocletianus & Maximianus) mentis eum compotem fuisse negantis, fidem adesse probari conuenit.

VOLVNTAS libera censetur, nisi probato metu adpareat diuersum. l. 2. C. de his, quæ vi vel met. cau. ge. sunt.

AMBIENS officium, reputatur planè indignus. l. si quenquam. C. de epis. & cler. Profectò enim (inquiunt Leo & Anthemius) indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Quem igitur hodie censebimus Sacrificulum officio dignum?

FALSARIVS existimatur, qui scripturam in iudicio profert suspectam: nisi adprobauerit eius veritatem. l. penul. C. de probat.

MILES non est credendus in aliud pecuniam mutuo accipere, quàm in causas castrenses. Et in hoc filij familiarum milites non absimiles videntur hominibus sui iuris. l. vlt. in fi. C. ad Senatusc. Macedonia.

PATER vel mater soluto semel matrimonio, non iterans nuptias: acquirit etiã extantibus liberis suis ex eodem coniugio, non solùm vsumfructum, verumetiam proprietatem prioris lucri dotalis pro portione vnius filij. Si tamen non alienauerit eandem portionem: præsumitur eam liberis æqualiter diuidendam, velut paterna bona, reliquisse. l. si quis prioris. §. 1. C. de secund. nupt. Nouell. De his, qui nupt. iter. §. quoniam verò mulieres. & §. sequen. Constitut. 22.

FRATER relinquẽs fratri bona, quæ in paganico habebat,

bebat, præsumitur voluisse illi relinquere res castrenses. l. 1. C. de testa. milit.

MVLIER censetur dotem sibi reddendam stipulari, quàm pro ea dat extraneus: nisi ipse stipuletur in casum soluti matrimonij. l. quoties pater. in fin. ff. sol. mat. l. 1. §. accedit. C. de rei vxor. actio.

QVI sub imagine alterius personæ, quam ad emendam supposuerat, possederi remis: præsumitur non alienasse, & velut possessor potest conueniri. l. & qui sub imagine. C. de distract. pignor.

IDONEVS officio præsumitur is, ex cuius persona non procedit læsio in alium. l. seruos legauit. ff. de manu. test. l. cùm pater filios. §. rogo filia. ff. de leg. 2. c. 1. de scru. in ord. fac. c. fi. de præsump.

PRÆSVMITVR non idoneus, qui lædit aut læsurus est alium officio suo. l. 2. C. de his, qui veni. ætat. impet. l. ex persona. C. de probat. l. 1. §. si Magistratus, in fin. ff. de Magist. conuenien.

PRÆSVMENDVS est naturalis adfectus filij erga patrem. l. Aurelius Symphorus. §. Titius testamento. ff. de liber. lega.

DONATIO præsumitur propter inclinationẽ proximitatis. l. censualis. C. de dona. l. liber captus. C. de postlim. & redempt. ab hosti.

QVI GLADIVM strinxerit, & eo percusserit: is præsumitur animum habuisse occidendi, modò si non adpareat diuersum. l. 1. §. diuus Hadrianus. ff. ad leg. Cornel. de sica. l. 1. C. eod. tit.

VERBA conuiciorum falsò prolata aduersus innocentem, arguunt animum iniuriandi, punitione reprimendũ. l. si non conuicij. C. de iniur.

QVI NATVS est ex marito & vxore in eadem domo, is creditur legitimus esse filius, nisi vel absentia, vel mala valetu-

valetudo declararet maritum cum vxore aliquandiu non concubuisse.l.filium.ff.de his,qui sui vel alien.iur.sunt.

SVSPECTVS est, qui ingerit operas suas inuito.l. quæ omnia.ff.de procur.

NON EST verisimile metu compulsum eum, qui habet claram in vrbe dignitatem. l. non est verisimile.ff. quod met.caus.

PRÆSVMITVR acquieuisse iudicis sententiæ, qui secundum eam quædā præstitit. l.quædam mulier.ff. famil.hercis.

SENTENTIÆ videtur consensisse, qui ad soluendum dilationem petijt.l.pen.C.de re iud.

QVI AB hæredibus institutis aliquid emit, vel conducit, vel soluit eis quod testatori debebat: is iudicium seu vltimam voluntatem defuncti agnoscere præsumitur.l.si ponas.§.si hæreditatem.ff.de inoffic.test.

SI EXHÆREDATVS petendi legatum ex testamēto aduocationem præbuit, procurationemq; suscepit: remouetur ab accusatione. Agnouisse enim videtur, qui quale, quale iudicium defuncti adprobauit.l.fi.ff.eod.tit.

QVI VNIVERSA bona sua alienat: intelligitur fraudandorum creditorum habuisse cōsilium. l. omnes debitores.§.1.ff.quæ in fraud.credit.

VERISIMILE FIT, extraneum qui stipulatur dotem sibi finito matrimonio reddi: etiam prospicere in casu voluisse, si matrimonium nō sequeretur.l.si extraneus. ff.de condict.causa dat.

IN LIBERÆ mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt: si non corpore quæstū fecerit. Modestinus l.in liberæ.ff.de ritu nup. c.illud quoque.de præsumpt.

PRÆSVMVNTVR quidam esse boni, quia nationis sunt non infamatæ. Quidam mali, quoniam ea natione sunt,

sunt, quæ valdè infamis est .l.quod si nolit.§.qui mancipia.ff.de ædili.edict.

PRÆSVMITVR sortem debere, qui vsuras longo tempore soluit.l.cùm de in rem verso.ff. de vsur.

SI INDVCTVM, hoc est, cancellatum fuerit chirographum, præsumitur debitor liberatus esse.l.si chirographum.ff.de probationib.l.inductum.C.de solut.

MVLIER edens partum vndecimo mense post obitum mariti, præsumitur ex alio concepisse. Nouell.de restitu.dot.rer.§.si quidem mulier.Constit.39.

EX TEMPORE præterito transfertur præsumptio ad tempus præsens.l.sicut re.§.superuacuum.ff.quib. mod.pig.vel hyp.sol. Et è diuerso. Ex tempore præsenti, in tempus præteritum.l. quædā sunt.in princ.ff.de reb. dub.

CREDITOR paciscens ne pecuniam petat, videtur simul etiam ius pignoris remittere .l.soluitur hypotheca. ff.eod.titulo.

FILII censentur domini rerum paternarum: nullis grauandi probationibus, siue agant, siue conueniantur.l. siue possidetis.C.de probationib.

SI SCRIPTVM in instrumento fuerit, promisisse aliquem, præsumuntur omnia solenniter acta, hoc est, Quòd interrogatione præcedente, responsio fuerit secuta. Insti.de inutili.stip.§.si scriptum.l.sciendū est.ff.de verb. oblig.l.1.C.de contrahend.& com.stip.

QVI SEMEL furere cœperit: is per totam prorsus vitam non existimatur ad sanam mentem rediisse: nisi euidēter adpareat diuersum.l.ambiguitatem. C.de vsufr.

RES dotalis æstimata post contractum matrimonium, non præsumitur donationis causa æstimari. Sed donata ante matrimonium, videtur donatio in tempus matrimonii collata.l.si res æstimata.in princ.ff.de iure dot.

SI MVLIER naufragio cum anniculo filio periit:

k veri-

verisimile videtur ante matrem periisse infantem. l. inter socerum. in prin. ff. de pact. dotal. l. si mulier. ff. de reb. dub.

SI BELLO pater cum filio perierit: præsumitur filius antè periisse. l. qui duos impuberes. §. cũ bello. ff. d. tit.

CVM MVLIER vno vtero marem & fœminam parit: in dubio conyciendum est, priorem masculum fuisse editum. l. si fuerit legatum. in fin. ff. eod. tit.

SI PATER cum filio pubere perierit: intelligitur, domi & extra bellum superuixisse filius patri. Quòd si filius impubes cum patre perierit: creditur patrem superuixisse: nisi vtroq; casu contrarium adprobetur. l. qui duos impuberes. §. fin. ibidem.

INCENDIA plerunque censentur fieri culpa inhabitantium. l. 3. §. 1. ff. de offic. Præfec. vigil.

ADVERSVS mentientem, præsumitur etiam sequentem eius adsertionem esse falsam. l. cùm de indebito. in princ. ff. de probationibus.

NEMO ITA resupinus est, vt facilè suas pecunias iactare, & indebitas effundere credatur. Itaq; præsumptio pro eo est, qui accipit. Ibidem.

QVILIBET præsumitur instructus esse instrumẽto suæ professionis. l. si quis ex argẽt. § . prætor ait. ff. de eded.

PRÆSENS præsumitur scire quid agatur. l. testium facilitatem. in princ. C. de test. l. 1. C. de err. aduoc.

IS CVIVS bona venerunt, præsumitur non esse soluendo, ad instar illius, qui apertè prodigus est. l. tres tutores. §. fin. ff. de administ. & peric. tuto.

QVOD ALIQVIS verbotenus exprimit: præsumitur voluisse. & contrà. Quod quis non dixit: intelligitur quoq; non voluisse. l. sed hæc nimium. & l. seq. ff. de excusa. tutor. l. Labeo ait. §. sed de his. ff. de supell. leg.

QVI DE rebus alienis nõ facit solennẽ inuentarium: is præsumitur in mala fide condemnandus ad id, quod interest

tere st iuramento probandum.l.1.§.officio tutoris.ff.de tutel.& rationi.distrahend.

PRÆSVMITVR agi inter contrahentes, primū, quod ex natura negotij, deindè, quod in ea regione consuetū est.l.cùm quid.ff.si certum petat .l.semper in stipulationibus.ff.de regulis iur.

QVI PER se vel per alium impedit cognitionem causæ: is omninò censetur suspectus iniquitatis, quam læsa conscientia timet detegi.l.penul.C.de postul.c.constitutis.de testib.c.peruenit ad audientiam.de testibus cog.

SVMMA pernicies existimatur, impiorum palpitatio. Sicut noxius est (inquit Salomon parabol.26.) qui mittit lanceas & sagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cùm fuerit deprehensus, dicit ludens feci.

EX NATVRALI inclinatione præsumitur cognatio sanguinis, exemplo Salomonis omnium celeberrimo.3.Reg.3.c.2.de præsumptio.

EX STVDIIS suis intelligitur puer: videlicet, qualis futurus sit Deo, & Reipublicæ.Prouerbio.26.cap.3.de præsumptio.

CONFITERI videtur omnia, qui calumniosis dilationibus subterfugit iudicium: vel, qui dato ad purgandum se iudicio non vtitur .c. nullus dubitat. eodem titu. 11.q.1.c. Christianis.& 3.q.11.c.decernimus.

CVI PLVRA proponuntur adserendo: is si vnum neget, videtur tacēdo reliqua fateri .c.nónne benè.de præsumptionibus.

VICINI præsumuntur scire conditionem vicinorum.c.quosdam.& c.seq.eod.tit.

QVI TACET, præsumitur consentire, quando lex dat potestatem contradicendi, quæ dissimulatur tacendo .l.qui tacet.ff.de regulis iuris.l.pen.ff.de re iudicat.l.

 si ser-

si seruus communis.ff.de donation. inter virum & vxor.

VERISIMILE non videtur, cognatum ignorasse malam valetudinem cognati, non subitò defuncti.l. octaui gradus.in fi.ff.vnde cognat.

QVOD SECVNDVM ordinationem iuris primùm fieri debebat: id primo loco censetur factum esse.l.& qui duas.ff.de seruitutibus vrba. prædio.l.illud dubitari.ff.de acquirenda hæreditat. Sicut (inquit Pomponius) si legitimam velim ad me pertinere, cùm sciam testamento mihi relictam: videbor antè repudiare testamentum, & ita legitimam acquisisse.

CREDENDVM EST, eum, qui partis dominus est, puta socium, iure potius suo vti, quàm furti consilium inire.l.meritò autem.ff.pro soc.l.si quis seruum.ff.de ser. corr. Nemo enim suum receperit.l.item apud Labeonẽ.§. si communem.ff.de iniur.l.semper in dubijs.ff.de reg.iur.

QVOD FACERE quispiam consueuit: eius quoq; nunc simile præsumitur fecisse aut voluisse.l.vel vniuersorum.ff.de pign.act.l.qui semisses.§.quæsitum est.ff.de vsur.l.item si filiusfam.§.quod dicitur.ff.de senatuscon. Maced.l.numis indistinctè.ff.de leg.3.

QVI SCIENS contemnit vindictam ordinatione legis à se faciendã: is est præsumendus in dolo dißimulati criminis.l.propter veneni.§.neptis.ff.de senatusc.Sila.

IN AMBIGVIS factis, id præsumitur euenisse, quod humanorum iuris sententiam parere poßit.l.si fuerit.§.fin.ff.de reb.dub.

QVI CONFITETVR sibi decẽ (puta) vel quinquaginta deberi: is præsumitur nihil credidisse debitori.l. rationes.ff.de probat.l.3.§.cùm Titio centum.ff.de adim. leg.l.siquidem.C.de transact.

PRÆSVMITVR quis nõ alienasse ea, quæ poßidet. l.sicut re.§.si voluntate.ff.quib.mod.pig.vel hyp.sol.

QVI

QVI DE eadem re contraria adſerit in gratiam alicuius: is præſumitur priore dicto veritatem confeſſus, quã poſteriore voluerit reuocare mendacio. cap. literas. de præſump. c. cùm in tua. de teſtib. c. per tuas. de prob.

QVI PONVNT eam conditionem, quam ſciunt eſſe impoßibilem: hi præſumuntur cogitare, quòd nihil agi voluerint. l. non ſolùm. in fin. ff. de obliga. & actio. Iuncta l. impoßibilis. ff. de verb. oblig.

SI QVIS priuatim ſcripſerit ſe fideiußiſſe: videtur omnia ſolenniter acta. l. ſciendum eſt. ff. de verb. oblig. Inſtit. de inutil. ſtipul. §. ſi ſcriptum. & Inſt. de fideiuſſ. §. fi. l. 1. C. de contrah. ſtipulat. Ratio eſt. Quia verba ſcripti inſinuant ipſam ſolennitatem & iuuant coniecturam. Et hanc commentatores vocant ſolennitatem intrinſecã magno verborum inuolucro.

QVANDO ALICVI rei tribuitur autoritate iuris ſignificatio perfectionis: tunc probata re illa, ſimul etiam præſumitur perfectio. Vt ecce, Arra non vi nominis, ſed legitima autoritate ſignificat perfectam eſſe conuentionem. Ergo probata arra, ſequitur argumentum perfecti contractus. Inſt. de empt. & vend. in prin. ff. de contrah. empt.

SI TABELLIO ſcribat ſe præſentem fuiſſe: præſumitur etiam rogatus: quoniam ex officio ſuo ſolet mandatum accipere ſcribendi inſtrumenti. Nouell. de tabellio. §. 1. Conſtit. 44.

PRÆSVMITVR non eſſe factam tranſactionem, niſi probetur. l. qui cum tutoribus. §. fi. ff. de tranſact. l. ſub prætextu. C. eod. tit.

PRINCEPS vel Magiſtratus præſumitur ſcire conſuetudinem ditionis ſuæ. l. 2. C. quæ ſit long. conſue.

CVM POSTERIOR ſtipulatio contineret plus quàm prior: pſumebatur olim nouatio. Aliter erat, cũ minus cõplecteretur, niſi nominatim cõueniret. l. 4 vſumf. ff.

de verb. obligat. Hodie non præsumitur. l. fin. C. de nouat.

QVI DVOBVS promittit copulatiuè decem, puta, TITIO & SEIO: is de ijsdem decem sentire, ac vnicuique quinque, non autem decem promittere, præsumitur. l. stipulatio ista habere. §. eum, qui ita. & l. eum, qui ita. in prin. ff. de verb. oblig.

PRÆSVMITVR, litigantes habere votum obtinendæ sententiæ. l. in ratione legis Falcidiæ retentionis. ff. ad leg. Falcid.

QVI PETIT sibi pignora addici: is velut pacto trãsegisse præsumitur. Proindè, contentus poßidere pignora, nõ potest superfluum debiti petere. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudicat.

NON PRÆSVMITVR aliquis per stipulationem plus promisisse etiam animo nouãdi, quàm teneretur priori actione nouata. l. 4. de vsur.

IN EO, quod tempore aut facto finitum est, nullus est coniecturæ locus. l. continuus. §. cùm ita stipulatus. ff. de verbor. oblig.

EX NATVRALI detentione quam adserunt testes, præsumitur possessio ciuilis. l. quædam mulier. ff. de rei vind l. 3. §. 1. ff. de acq. poss. l. 2. C. eod. tit. l. Titia. ff. de solut. Nam testes factum quod extrinsecus perceperunt adserere oportet: iuris consequentiã iudici relinquentes. l. hæredes palàm. §. in testa. ff. qui testa. fac. pos. l. testiũ. C. de testib. iunct. l. 3. ff. eo. tit. dum dicit: Eum, qui iudicat magis scire posse.

QVI FVNDVM vniuersum vno nomine possedit, quamuis diuersis partibus locauerat: is præsumitur totum fundum legasse sub vniuersali appellatione, nisi hæres, de qua parte testator senserit, euidenter probauerit. l. Caius Titius pronepos. §. Titius cùm. ff. de legat. 2.

VERISIMILE non fit, ad solutionem quem properasse.

perasse, amissa querela de chirographo per vim extorto. l. 2. C. de his, quæ vi metus cau.

PRÆSVMPTIO EST pro eo qui dicit, pecunias non indebitas sibi fuisse solutas. l. cùm de indebito. in prin. ff. de probat.

NEMO PRÆSVMITVR facilè suas iactare pecunias, & indebitas effundere. Ibidem.

DILIGENS & studiosus paterfamiliàs non præsumitur faciliter errasse in solutione. Ibidem.

NON EST verisimile quem scripsisse falsum contra seipsum. arg. l. exemplo. C. de proba.

NON MALIGNE accipiendum est per præsumptionem: eidem stipulatum vsuras, cui & sortem, videri. l. si ita stipulatus fuero: Si Titius. §. Chrysogonus. in fi. ff. de verbo. oblig.

EA, QVÆ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur. l. Titia quæ. §. 1. ff. eod. tit.

VBI REPERITVR in scripta cautione verbum PROMISIT: ibi præsumuntur præcessisse verba stipulationis. Ibidem. §. idem respondit cùm.

REVS OB aliquam rem conuentus cuius incidit dubitatio: semper præsumitur negaturus veritatem, si stetur eorum interpretationi. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig.

VOX VNIVS testis tametsi non probet: vtique præsumptionem introducit, qua moueri oportet Iudicem. vt tit. de consue. recti feud. §. sacramentum. dum dicit: Si aliquid pro eo sit quod Iudicē moueat. l. si duo patroni. in prin. ff. de iureiuran. l. 1. §. fin. ff. de lib. agno. l. 1. & l. 2. in fin. ff. quemadm. test. aper. l. Theopompus. ff. de do. releg. l. nemini. C. de aduoc. diuer. iud. l. si quis decurio. C. de decur.

QVÆ FIVNT ante officium: ea præsumuntur facta

priuato adfectu, nō officij ratione. Notatur in l. si aliquid. C. de suscepto. præposit. & arcari.

PRÆSVMITVR SÆPE aliquid negatum, nisi probetur concessum fuisse propter id, cui accedit, vt titu. de feud. guard. & castal. §. si verò. l. 1. §. item Senatuscon. ff. de postulan. l. furti. §. pactúsve. ff. de his qui not. infa.

CVM QVIS facit aliquid ad quod non obligatur: tunc error præsumitur, nisi probetur scientia in homine simplici. l. sed & si quis cautioni. l. cùm de indebito. §. sin autem is. ff. de probat.

QVI ID facit aut dat, cuius nulla tenetur obligatione: is præsumitur certò scire, nisi probet errorem si homo sit homo diligens, & studiosus paterfamiliàs. d. l. cùm de indebito. in prin.

QVI posteà fecerit quod prius fecisset, si certior factus cognouisset: id ex æquitate admitti debet, vbi de damno alterius vitando tractatur. l. deniq; diuus. §. & si. ff. de minorib. 25. annis.

IN DVBIO præsumitur, masculus prior ex vtero matris editus, quàm fœmina, vbi nascuntur gemini. l. si fuerit. in fi. ff. de reb. dub.

PRÆSVMITVR quis non alienasse ea, quæ possidet. l. sicut. §. voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol.

CVM DEBITOR creditori aliquid soluit, inde non nascitur præsumptio, quòd creditor ex alia fortè causa nihil debeat vicißim debitori tunc soluenti. l. si cùm dos. in prin. ff. rer. amota.

QVI confitetur sibi tantùm decem deberi aut aliam rem: is præsumitur nihil amplius credidisse huic debitori. Nulla taxationis voce adiecta: cessat talis præsumptio. l. rationes. ff. de proba. l. 3. §. cum Titio centum. ff. de adimē. leg. l. siquidem. C. de transact.

PRÆSVMITVR donare, qui sciēs indebitū soluit.

l. huius

l. huius per errorem. ff. de reg. iur. Et ideò soluens eo casu non habet condictionem indebiti. l. 1. ff. de condict. indeb.

PRÆSVMPTIO in materia legatorũ ex multis colligitur gradatim, quæ in alÿs etiam præsumptionum speciebus plurimum valent. Vlpianus in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. si numerus numorum legatus sit, neq; adpareat quales sint legati: ante omnia ipsius patrisfamiliàs consuetudo, deindè regionis, in qua versatus est, exquirenda est. Sed & mens patrisfamiliàs, & legatarÿ dignitas & charitas, & necessitudo. Item earum, quæ præcedunt, vel quæ sequuntur, summarum scripta, sunt spectanda.

NEMO PRÆSVMITVR voluisse, vt quis eandem rem bis cõsequatur. l. Meuius fundum. in princ. ff. de legat. III. Papinianus: Meuius fundum, mihi ac Titio sub conditione legauit: hæres autem eius eundem sub eadem conditione mihi legauit. Verendum esse Iulianus ait, nè existente conditione pars eadem ex vtroq; testamento mihi debeatur. Voluntatis tamen quæstio erit. Nam incredibile videtur, id egisse hæredem, vt eadẽ portio bis eidem debeatur. Sed verisimile est, de altera parte eum cogitasse.

PRÆSVMITVR, quòd fideiussores à tutoribus dati, REM PVPILLI SALVAM FORE, non fuerint satis idonei: nisi probentur fuisse soluendo. l. 1. §. si magistratus. ff. de magistra. conuenien. Probatio autem (inquit Vlpianus) nõ pupillo incumbit, vt doceat fideiussores soluendo non fuisse cùm acciperentur: sed magistratibus, vt doceant eos soluendo fuisse.

QVI MANET vltra tẽpus in re conducta, videtur de nouo conduxisse. l. legem. C. de locat. & conduct. Legem quidem conductionis seruari oportet, nec pensionum nomine amplius, quàm conuenit, reposci. Si autem tempus in quo fundus locatus fuerit, sit exactum, & in eadem locatione conductor permanserit: tacito consensu eandem lo-

 cationem

cationem vnà cum vinculo pignoris renouare videtur.l. qui ad certum.ff.eod.tit.

PRÆSVMPTIONI tunc est locus cùm veritas alio modo inuestigari non potest. l.numis.ff. de leg.2.Vlpianus: Numis indistinctè legatis, hoc receptum est, vt exiguiores legati videãtur: si neque ex patrisfamiliàs, neque ex regionis consuetudine vnde fuit, neq; ex contextu testamẽti poßit apparere. Arg.l.antiqui.ff.si pars hære.pet.

PRÆSVMITVR sciens qui scire debet, licet sit ignorãs.l.sed & si pupillus.§.proscribere.ff.de instit.actio. Vlpianus: Certè si quis dicat, ignorasse se literas, vel non obseruasse quod propositum erat, cùm multi legerent, idq; palàm esset propositum: non audietur.

PRÆSVMITVR bonus, qui de bono genere natus est. Vide BONVS.

PRÆSVMITVR nemo suum iactare vel perdere. l.cùm de indebito.§.sin verò.ff.de probat.

PRÆSVMPTIO melior, hoc est, vero similior, præfertur inter multas.l. Quintus Mutius.ff.de donationib.inter virum & vxorem.l.meritò.ff.pro socio.

PRÆSVMITVR bonus vir memor suæ salutis.l. fin.§.& licet.C.ad leg.Iul.repet. Et licet neminem diuini timoris contemnendo iureiurando arbitramur immemorem, vt saluti propriæ vllum commodum anteponat.

PRÆSVMITVR id quod malè actum est, semper iniuriam habere.l.si quis.ff.ad leg.Aquil.

PRÆSVMENDVM est potius bonũ, quàm malum, vbi factum vtranque interpretationem admittit.d. l.Quintus Mutius.& l.meritò.ff.pro socio.l.si defunctus. ff.de admin.& pericul.tutor.

PRÆSVMVNTVR omnia solenniter acta: nisi probetur contrarium. Diocletian.& Maximian.in l.cum precibus tuis.C.de probationib.

PRÆ-

PRÆSVMITVR negare, qui diuersum adserit. l. maritus. C. de procuratorib.

PRÆSVMPTIO non sola sufficit ad damnandum. l. absentem. in princ. ff. de pœnis. Vlpianus: Sed nec de suspitionibus debere aliquem damnari, Diuus Traianus Adsidio Seuero rescripsit.

PRÆSVMPTIONI leui non est standum. l. deniq. ff. de minorib. 25. annis.

PRÆSVMPTIO etiam leuis aliquando obstat petitioni. l. deniq. diuus. §. 1. ff. de minorib. Vlpianus: Idem tamen (inquit) constitetur: si leuior sit suspitio aduersarij, quasi dolo versati: non debere hunc in integrum restitui.

PRÆTORE autore qui possidet, iustè possidet. Paulus in l. iustè possidet. ff. de adquir. vel amit. possess.

PRÆTOR sine causa transigentem aliquando non audiet. l. cum hi. §. in causa. ff. de transact. Vlpianus: In causa erit inquirendum, quæ causa sit transigendi. Sine causa enim neminem transigentem audiet Prætor.

PRÆTOR, cùm vnum ex pluribus iudicare vetat, cæteris id committere videtur. Paulus in l. cùm prætor. in princ. ff. de iudic. l. 1. C. ad leg. Iul. de adult. & stup.

PRÆTOR ad arma & rixas non patiatur procedere eos, quos potest sua iurisdictione componere. l. congruet. ff. de offic. præsi. l. si cuius. §. sed si inter. ff. de vsufruct.

PRÆTEXTV debiti, restitutio commodati non probabiliter recusatur. l. prætextu. C. de commodat.

PRÆTEXTVS liciti, non excusat illicitum. l. illicitas. §. illicita. ff. de offi. præsid.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS TRACTATVS PRAESVMPTIONUM,

ita ordine digestus, vt cuiuis legenti quota præsumptionis, regulæ, numeri, & paginæ, vltrò se offerat.

A.

C.

 licto

de exi-

quili-

Con-

casu,

 se ta-

in In-

Mari-

N.

 quòd

Posśi-

non

tate

R.

S.

Super-

Vendens

quæ

FINIS.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM, APVD Nicolaum Bassæum, Anno 1580.

Alc· De· Ins·

in catasto communis fecit prædium describi tanquam commune cæteris fratribus, sibi præiudicat.

5 Notarius an quis præsumatur ex eo, quòd reperitur descriptus in matricula Notariorum.

1 *DEcimoseptimò. † Præsumitur pro matricula. l. matriculam. in verb. diuali probatoria. vbi Bar. C. de agen. 2 in reb. lib. 12. Et sic † probat matricula quem esse de numero eorum qui debent matriculari. Et idem not. Barto. in l. petitionem. C. de aduo. diuer. iudi. Et idem tenent Bald. Paul. de Castro, Rom. & Corn. in l. scriniarios. C. de testa. 3 milit. Facit etiam in simili, † quia in dubio præsumitur pro æstimo communi. l. fi. vbi Bart. C. de præd. min. lib. 11. l. censualis. C. de dona. l. forma. §. 1. & quod ibi not. ff. de censib. Et dicit Angel. & Io. de Plat. in l. rura. C. de omni agro 4 deser. per illum text. † quòd si frater emit aliqua bona proprio nomine: deinde in catasto communis fecit illud prædium describi tanquam commune cæteris fratribus, quòd sibi præiudicabit, & cesebitur communicatum. allegat etiam l. solennibus. C. de rei vendic. Et hæc præsumptio facit 5 ad quæstio. † an præsumatur quis Notarius eo ipso, quòd reperitur descriptus in matricula Notariorum. Et videtur quòd sic, prout tenent Bald. Salic. Rom. Paul. & Corn. in d. l. scriniarios. Bald. in l. 2. ff. de offic. præt. & in l. 2. col. 2. C. de senten. Ang. cons. 140. quidam Matthæus. Ludou. Roma. in l. in ista. in 9. col. ff. de verb. obliga. & Ias. in d. l. Barbarius. in 4. limita. vbi appellat istam veram & communem opinionem. Contrarium tenuit Martin. Sillima. quem refert & sequitur eius discipulus Ioan. And. in addit. Spec tit. de instrum. edi. §. restat. in verbo, & scias. per legem Herennius. ff. de decur. iuncta glo. vbi quamuis fuerit quis descriptus in albo, non tamen præsumitur decurio. Nam si matricula induceret quasi possessionem officij, prout dicunt præfati Doct. debuisset in illo casu habere locum*

præscri-